Coniuratio mali tp̄is & tempestatis ante q̄ cadat ī terraʒ./

In nōie patris + & filii + et spūs sancti. Coniuro te ventus: aqua: grandines et tēpestates p patrem + et filium + et spiritum ~~san~~sanctum + per celestes karactelas per virgam moysi que de celo cecidit in qua filii israel fuerūt substentati et aliti annis quadraginta. Coniuro te p tabulas lapideas manu dei descriptas in quibus decem p̄cepta legis sunt scripta: Coniuro te p montem synai in quo deus dedit legem moysi suo: Coniuro te p illud nomen + Kurtioy oxion alpha et ω primum et novissimum nomen. Coniuro te p alia nomina dei ut subito ~~recedatis de~~ locis ~~et~~ finibus istis recedatis. et fines istos nō tangatis: sed ~~tte~~ potius ad loca deserta ubi nō est habitatio hominum: et nullum malum nec damnum faciatis, nec homines nec bestias ledatis. amē.


postea dicatur pater noster et ave maria tribus vicibus signando tempus singula vice et cū gratia dni nri iesu christi et bndictione dni sine damno recedet./

Iosephi Mathathie Filii Hebrei genere sacerdotis ex Hierosolimis de bello iudaico in libros septem prologus per Ruffinum aquilensem traductos.

Quoniam bellum quod cum Romanis gessere Judei omnium maximumque nostra etas vidit queque auditu percepimus: ciuitates cum ciuitatibus gentesue comisisse cum gentibus: quidam non quod rebus interfuerint: sed vana et incongrua narrantium sermones auribus colligentes: oratorum more perscribunt: qui vero presto fuerunt aut Romanorum obsequio aut odio iudeorum contra fidem rerum falsa confirmant: scriptis autem eorum partim accusatio: partim laudatio continetur: nusquam vero exacta fides reperitur historie. Idcirco ego statui que retro barbaris antea misi: patria lingua digesta: Greca nunc his qui Romano reguntur imperio exponere. Josephus Mathatie filius Hebreus genere: sacerdos ex Hierosolymis qui et in initio cum Romanis bello conflixi: posteaque gestis quod necessitas exigit interfui. Nam cum hic vt dixi motus exortus esset grauissimus Romanum populum domesticus morbus habebat: iudeorum autem qui etate validi et ingenio turbulenti erant manu simul: ac pecunia vigentes adeo temporibus insolenter abusi sunt: vt pro tumultus magnitudine hos possidendarum spes: illos amittendarum partium orientis metus inuaderet. Quoniam iudei quidem cunctos qui trans Euphraten essent: gentes nostre gentiles etiam suos secum rebellatores esse crediderant. Romanos autem et finitimi Galathe irritabant: nec manus celtica quiescebat: dissentionumque erant plena omnia post Neronem: et multos quidem Reges tempus adhortabatur. Lucri autem cupidine pars militaris mutationem presentium desiderabat. Itaque indignum esse duxi errantem in tantis rebus dissimulare veritatem: et Parthos quidem ac Babylonios Arabumque remotissimos: et vltra Euphraten gentis nostre incolas: itemque Adiabenos mea diligentia vero cognoscere vnde cepisset bellum quantisque cladibus constitisset: quo ve modo desiysset. Grecos vero et Romanos qui militiam secuti non essent figmentis siue adulationibus captos ista nescire: atque historias audent eas inscribere qui preter hec vt mihi quidem videtur: quod nihil sanum referunt etiam de proposito decidunt. Nam dum Romanos volunt magnos ostendere iudeorum res extenuant et in humilitatem deiciunt. Non autem intelligo quoniam pacto magni esse videantur qui parua superauerint. Et neque longitudinem temporis eos pudet quo bellum tractum est: neque multitudinis Romanorum quam in ea malitia labor exercuit. Neque ducum magnitudinis quorum profecto gloria minuetur: si cum multum pro Hierosolymis desudauerint rebus per eos gestis aliquid derogetur. Nec tamen ego contentione romanas res extollentium gentiles meos amplificare decreui: sed facta quidem vtrorumque sine vllo mendacio prosequar. Dicta vero de factis reponam: dolori atque affectioni mee in deflendis patrie cladibus indulgens. Nam quod domesticis dissentionibus est euersa: et in templum sacrosanctum inuitas Romanorum manus atque ignem iudeorum tyranni traxere. testis est qui eam vastauit ipse Cesar Titus per omne bellum miseratus quidem populum quod a seditiosis custodiretur. sepe autem consulto differri passus ciuitatis excidium: protracto obsidionis spatio: dum belli peniterent auctores. Quod si quis me aduersus tyrannos eorumque latrocinium accusatorie putet loqui: vel patrie miseros ingementem calumniari preter legem historie: dolori veniam tribuat. Ex omnibus enim que romano imperio parent: solam nostram ciuitatem contigit ad summum felicitatis gradum procedere eamque ad vltimos casus deponi. Deniquè omnium post condita secula res aduersas: si cum iudeorum calamitatibus conferantur superant.

contra historicos
Josephi conductio
contra historicos
gentiles meos
Cesar Titus

-Ch. Harris
April 11, 1916
W



sri non ambigo. Et hoꝝ auctor nullus externus est: vnde nec fieri potest: vt a questi-
bus temperetur. Si quis aūt durioris misericordie sit iudex: res quidē tribuat hy
storie: lamenta vero scriptori: q̄ꝫq̄ꝫ merito grecoꝝ disertos increpauerim: qui tantis re
bus sua memoria gestis: quaꝝ cōparatione preterita olim bella exigua monstrantur.
iudices resident alioꝝ facundie detrahentes. Quoꝝ et si doctrina superāt: uoluntate
vincuntur. Ipsi vero assirioꝝ et medoꝝ gesta perscribunt veluti minus recte a scripto
ribus antiquis fuerint exposita: cum in scribendo tantum eoꝝ viribus cedant: q̄ꝫtuꝫ
sententie. Erat enim vnicuiqꝫ studium que vidisset facta scribere: qm̄ interfuisset rebꝰ
gestis efficaciter quod promittebat impleret: mentiriqꝫ apud scientes inhonestū esse
videretur. Enimuero noua quidem neqꝫ ante cognita memorie tradere: suiqꝫ tempo
ris res cōmendare posteris: laude ac testimonio dignū est: industrius autem habetur
non qui alienam dispensationem atqꝫ ordinem transfert: sed qui noua dicendo etiam
corpus proprium cōficit hystorie. Sed ego quidem sumptu ac labore maximo: qui cū
essem alienigena grecis simul et romanis gestaꝝ rerum memoriaꝫ repono. Ipsis au
tem indigenis ad questū quidem ora patent ac lites: lingueqꝫ solute sunt. Ad hysto-
riam vero in qua uerum dicendum est: summaqꝫ ope negotia colligenda sunt obmu-
tescunt: concessa infirmioribus neqꝫ scientibus licentia scribendi res a principibꝰ ge-
stas. Honoretur itaqꝫ apud nos hystorie veritas: que a grecis negligitur ab origine
quidem iudeos repetere: qui fuerint: quoue pacto ab egyptijs discesserint: quasqꝫ re-
giones errando peragrauerint: et quas uel quotiens incoluerint: et quemadmodum
inde migrauerint. Neqꝫ huius esse temporis: et preterea superuacuū existimaui: qm̄
multi ante me iudeoꝝ de maioribus huius gentis verissima composuerunt: et nōnulli
grecoꝝ que illi scripserant patria voce prosecuti non multum a ueritate deuiarūt. Ex
inde autem hystorie principium sumam quo scriptores eoꝝ et nostri prophete desie-
runt: et bellum quidem meis temporibus gestum latius quoqꝫ potuero diligentia re-
feram. Que vero etate maiora sunt: summe breuiter percurram. Quomodo antiochꝰ
cognomento epiphanes deuictis penitus hierosolymis cum per trienniū sexqꝫ men
ses eaꝫ tenuisset a somanei filijs expulsus est. Deinde quod eoꝝ posteri de regno dis
sentientes ad res suas occupandas populū romanuꝫ pompeiūqꝫ traxerunt: quodqꝫ
herodes antipatri filius eoꝝ potentiam deposuerit auxilio sossij: quomodo herode
mortuo et Octauiano cesare plebis in eos orta seditio est. Augusto quidem imperan
te romanis. Quintilio auteꝫ uaro in locis degente. Quodqꝫ bellū anno duodecimo
post imperium neronis erupit: quamqꝫ multa per sossiū acciderint: q̄ꝫtaqꝫ ad p̄mos
impetus armis iudei p̄suaserint q̄ꝫ mō accolas p̄munierit: et q̄d nero ꝓpter cestij p̄tā
sūme rei metuens bello Vespesianū ꝓposuerit: et q̄d is cū maiori filiorū iudeā intra
uerit q̄ꝫtūqꝫ romanorū exercitū ducens: q̄ꝫtaqꝫ manus auxilioꝝ per omneꝫ cesa fue-
rit galileam: et q eius ciuitates quasdam victoria reperit alias deditione. Ubi etiam
romanorum in bello disciplinam curamqꝫ rerum et vtriusqꝫ galilee spacia: et naturaꝫ
finesqꝫ iudee. Necnon et peculiarē terre equalitatē: lacusqꝫ et fontes captarūqꝫ ciui-
tatū mala: cū fide sicut vidi: aut ptuli expediaꝫ. Nec etiā miserias meas celauerim:
cū scientibꝰ eas relaturus sim. Deinde q̄d iam fessis rebus iudeoꝝ nero q̄dem mor-
te obierit. Vespesianꝰ aūt in hyerosolymā ꝓperans imperij causa retractꝰ sit: queqꝫ
signa de hoc ei contigerūt: romeqꝫ mutationes: et q inuitus a militibꝰ imꝑator decla
ratus sit. et q eo disponende reipub. gratia in egypto digresso: iudeoꝝ statꝰ seditōibꝰ
agitatus sit: quoqꝫ mō tyrānis succubuerint: eorūqꝫ inter se discordias mouerint. Et
q ex egypto Titus reuersus: his iudeoꝝ fines ingressus sit: quoqꝫ mō exercitum: et
quo in loco congregauerit: uel qualiter: et quotiens ciuitatem affecerit ipso p̄nte sedi-
tio. Aggressꝰ nūerosos et q̄ꝫtos erexerit aggeres triūqꝫ muroꝝ ābitū et magnitudinē

aduocatorum natura
contra historicos
Et quicquid grecia mendax audet in historia
Qui fuerint iudei

sine mensurã et munitõnem ciuitatis et fani templiqꝫ dispositionem: ad hec are spatiũ mensuramqꝫ diligentissime dicam festoꝝ quoqꝫ dierũ mores aliquos septẽqꝫ lustrationes et munera sacerdotum. Itemqꝫ pontificis vestes: sanctaqꝫ templi cꝰmõi fuerint sine aliqua dissimulatione vel adiectõne memorabo. Narrabo deinde tyrannoꝝ in suos gentiles crudelitatem: Romanorumqꝫ in alienigenas humanitatem: quotiensqꝫ Titus ciuitatem simul ac templum seruare cupiens ad concordie federa dissidentes ꝓuocauit. Discordiam vo populi et vulnera et calamitates quanqꝫ multa mala nunc bello: nunc seditõnibus: nunc fame perpessi postea capti sunt. Nec vo aut ꝑ fugaꝝ clades aut captiuoꝝ supplicia pretermittam vel quemadmodum templum inuito cesare conflagrauerit: q̃taqꝫ multa sacre opes flamma rapte sint ac totius que reliqua erat ciuitatis excidium et que precesserant portenta atqꝫ ꝓdigia vel Tyrannorũ captiuitatem: vel qui buitio abducti sunt multitudinẽ: aut cui quisqꝫ fortune sit distributus: et quod Romani quidem belli reliquias persecuti sunt vicorunqꝫ munimina funditus eruerunt. Titus vero peragato territorio cuncta restituit eiusdemqꝫ reuersionem in Italiam ac triumphum. Hec omnia septem libris comprehensa perscripsi: neqꝫ vituperatõnes rerum scientibus: et qui bello interfuerunt sustineaꝫ: veꝝ amãtibus ꝓut verius potui cuncta explicaui. Narrandi autem initium faciam hoc ordie quo capitula sunt digesta.

Ruffini aquilensis traductio in Josephum historiographũ clarissimum de bello Judaico. Liber primus.

Um potentes Judeorum inter se dissiderent: eo tẽpore quo de tota Syria cum Ptholomeo sexto Antiochus qui epiphanes dictus est ambiebat. Erat autem illis cõtentio de potentia ꝙ honoratus quisqꝫ grauiter ferret similibus subiugari Onias quidem de pontificibus postq̃ preualuit: Tobie filios expulit ciuitate. Illi autem supplices ad Antiochum confugerunt petentes: vt se met cum ducibus in iudeam irrumperet. Idqꝫ rei ꝑsuasum est iam pridem sic animato. Quare cũ magnis militum copijs egressus: et ciuitatem fortiter expugnatam capit: et maximam eorum multitudinem: quibus Ptholomeus carior erat interfecit. Dataqꝫ passim militibus predandi licentia: ipse et templum spoliauit: et quotidiane religionis assiduitatem per annos tres sexqꝫ menses inhibuit. Pontifex autem Onias effugi vad Ptholomeum acceptoqꝫ ab eo in Heliopolitana regione solo ibi opidum condidit Hierosolymis simile: templumqꝫ edificauit: de quibus iterũ opportune referemꝰ Uerũtñ ãtiocho neqꝫ ꝑter spẽ victa ciuitas: neqꝫ ꝑplatõ: neqꝫ tãte cedes satis fuere sed in temperantia vitiorum: eorumqꝫ memoria que in obsidione ꝑtulerat iudeos cogere cepit: vt abrogato more patrio: nec infantes suos circunciderent: porcosqꝫ super aram immolarent: qbus omnes quidem aduersabant. Optimꝰ vo quisqꝫ ꝓpterea trucidabatur. Et Bacchides presidijs ab Antiocho prepositus ad naturalem crudelitatẽ suã ꝑceptis ipijs obsecũdãs oiodam iniqtatẽ excessit: cũ et sigillatĩ viros honorabiles vberaret: et cõiter quotidie spẽm capta vrbis exhiberet: donec eos attrocitate icõmodoꝝ q ea patiebãt ad vidicte audaciã irritauit. Deiqꝫ Matatias Asamonei filius vnus ex sacerdotibus ex vico cui nomẽ ẽ moneir cũ mãu domestica. Nã qnqꝫ filios hẽbat: sic his armatꝰ Bacchidẽ occidit: et stati qd ẽ ꝑsidioꝝ mltitudinẽ vitꝰi mõtes refugit. Multis vo ex populo sibi societatis recepta fiducia descẽdit. Cõmissoqꝫ prelio supatos duces Antiochi ex iudee finibus exegit. Secũdis aũt rebꝰ potẽtiã

Septem lustrationes

nactus suisqȝ volentibus: vt ab alienigenis eos liberasset imperans moritur relicto iude principatu: qui filiorum suorum natu maximus erat. Ille aūt nec enim cessaturum existimabat antiochū: ⁊ indigenarum cōflabat exercitū: ⁊ cū romanis primus amicitiā pepigit: antiochū epiphanemqȝ iterum fines suos ingredientem vehementissima percussum plaga repressit. Adhuc aūt feruente victoria in presidia ciuitatis impetum fecit: necdum enim cesa fuerant: habitoqȝ conflictu: milites de superiori ciuitate que ps sacra dicitur ad inferiorem compellit. Fano autem potitus ⁊ locū purgauit omnem muroqȝ cinxit: ⁊ vasa noua diuinis rebus curandis fabricata in templū intulit: veluti prioribus prophanatis: aramqȝ aliam edificauit: ⁊ religionibus dedit initium. Sacro autem ritu vix ciuitati reddito moritur quidem antiochus. Regni autem eius in iudeos filius eius antiochus heres exigit. Quare congregatis peditū militibus quinquaginta: equitum autem prope ad quinqȝ milia octoginta vero elephantes montana iudee per partes aggreditur. Et bethson quidem municipium capit. In loco vero cui bergazzarie nomen est: qua transitus erat angustior: iuda cū suis copijs occurrit. Et priusqȝ congrederentur agmina: eleazarus frater eius prospecto preter alios excelso elephante turriqȝ maxima: ⁊ munimentis aureis ornato illic antiochū esse ratus a suis procul excurrit: ruptaqȝ hostili acie ad elephantem vsqȝ peruenit. Sed illū quidē quē regē esse opinabatur: contingere quod multū supemineret minime potuit. Beluam vero in aluo percussam super se deposuit ⁊ obtritus interijt: nulla re alia gesta nisi qȝ magnum opus conatus aggredi post vitam gloriam habuit. Qui tamen regebat elephātum priuatus erat. Et si casu fuisset antiochus nihil plus eleazaro profuisset audacia: qȝ vt sola spe preclari facinoris mortem videretur optasse. Hoc autem fratri eius totius prelij presagium fuit. Nam fortiter quidem iudei diuqȝ decertauerunt: sed a regijs secunda fortuna vsis: numeroqȝ prestantibus superati sunt: multisqȝ interfectis iuda cum ceteris ignosniticam toparchiam refugit. Antiochus autem ad hierosolymā profectus: ibiqȝ dies paucos cōmoratus vtensilium penuria inde dirigitur: relicto quidem ibi presidio quod satis eē arbitrabatur: cetera vero multitudine ad hiemandum ducta in syriam. Capitulum .II.

Discessu aūt regis iuda non quiescebat: sed accersione multorum sue gētis animatus. aggregatis etiam quos ex prelio receperat apud vicum adasa cum antiochi ducibus cōgreditur. factisqȝ fortibus in prelio cognitus: multis hostibus interfectis occubuit. Et in diebus paucis frater eius ioannes occiditur: insidijs eorum captus qui cū antiacho sentiebant. Ca. III.

Cum aūt successisset ei frater eius ionatha ⁊ in alijs que ad indigenas pertinerent. cautius sese ageret: suamqȝ potentiā romanorum amicitia corroboraret: antiochi quidem filio recōciliat. Nō tamen horum ei quicqȝ profuit ad depellendū periculū. Namqȝ triphon tyrannus antiochi quidem filij tutor: sed insidijs eum captans: ⁊ preter hec amicis nudare cupiens ionathā cū ad antiochū paucis comitatus Ptolomaida venisset dolo cōprehendit. Eoqȝ vincto cōtra iudeā mouit exercitum. Unde repulsus a simone ionathe fratre quodqȝ ab eo superatus esset iratus eundem ionathan interfecit. Ca. IIII.

Simon aūt fortiter regendis rebus intentus Zachē ⁊ Iopā ⁊ iamnā capit. Euertit aūt ⁊ acharan subactis presidijs: aduersus tryphonē antiocho auxilium prebuit. quē doris an militiā quā in melos habuit obsidebat. Sed regis auiditatē satiare nō potuit quāquā neci triphonis suā quoqȝ operam adhibuisset. Nō multo eni post antiochus cendebeū ex ducibus suis ad vastandā iudeā: opprimendūqȝ seruitio simonem cū exercitu misit. Ille aūt quāquā senior erat bellū: tamen iuueniliter administrat. ⁊ filios quidem suos cū validissimis premisit: partem vero multitudinis co

mitatus alio latere aggreditur: multisqꝫ p̄ multa loca insidiis etiam mōtana disposit[is]
in omnibus superat. Clarissimaqꝫ potitus victoria pontifex declarat: ⁊ .clxx. post an
nos iudeos liberata dn̄atōne Macedonū: ⁊ h̄ moritur in conuiuio captus insidiis
Ptholomei generi sui: qui eius coniuge duobusqꝫ filiis in custodia conclusis certos
misit qui ioannem tertiū cui etiam Hyrcanus nomen fuit interficerent. Cognito au
tem impetu qui parabatur adolescens ad ciuitatem ꝑperabat: multosqꝫ populo fret⁹
⁊ ꝓpter memoriam paterne v̄tutis ⁊ iniquitas Ptholomei cunctis esset inuisa. Vo
luit autē Ptholome⁹ etiam alia porta ingredi ciuitatē: sed a populo reiectus est: qui
maturius Hyrcanum susceperunt. Et is quidem statim recessit in aliquod vltra hie
ricunta castellum quod dagon vocatur. Hyrcanus autem paternum honorem pon
tificis assecutus: postq̄ deo sacrificia reddidit velociter. Ptholomeū petiit ⁊ matri
simul ⁊ fratribus adiumēto futurus: castellumqꝫ aggressus: aliis quidem rebus supe-
rior erat: iusto autem dolori cedebat. Ptholomeus enim quotiens premeret mr̄em
eius fratresqꝫ in murum ꝓductos palam vt possent conspici flagellabat eosdemqꝫ p̄
cipitaturū: nisi q̄ primum recederet minitabat̄: vn̄ Hyrcanum quidem plus timor
ac misericordia q̄ iracundia commouebat. Mater v̄o eius nihil plagis aut intenta
ta nece perterrita manus pretendens filiū precabatur ne vel suis fractus iniuriis p-
ceret impio. Sed quidem ipsa sibi mortem a Ptholomeo ꝓpositam immortalita
te duceret meliorem: dummodo ille penas eorum que in domum suā contra fas ad
misisset expenderet. Joannes autem nunc obstinatōnem matris cogitans ac preces
eius audiens ad irruendū impellebatur: modo verberari eam lacerariqꝫ conspiciēs
effeminabatur: totusqꝫ plenus doloris erat. Ob hoc aūt diu tracta obsidione feriatus
annus aduenit. Quem septimo quoqꝫ orbe apud iudeos cessare moris est: exemplo
septimorum dieꝝ. Et in hoc Ptholomeus obsidionis requiem nactus fratrib⁹ ioā-
nis vna cum matre occisis ad Zenonem confugit: qui cotila cognominatus est phi-
ladelphie tyrannū. Ca. V.

Antiochus autem ob ea q̄ p̄ Simonem passus fuerat iratus i iudeā ducit ex
ercitū: ibiqꝫ assidens Hierosolymis Hyrcanum obsidebat. Ille āt patefa
cto sepulchro Dauid qui regum ditissimus fuerat ablatisqꝫ inde pecuniis
plus q̄ tribus millib⁹ talentoꝝ ⁊ Antiocho psuasit: datis ei trecentis talētis ab obsi
dione recedere p̄miusqꝫ iudeoꝝ p̄uatis opib⁹ alere pegrina cepit auxilia. Ca. VI.

Ursusqꝫ tn̄ qn̄ Antiochus ꝯtra medos bello suscepto tempus ei vindicte p̄
buit: ꝯfestim ꝯtra ciuitates prexit: vacuas ꝓpugnatoribus esse rat⁹ qd̄ verū
erat. Medabā quidē ⁊ Samagā cū ꝓximis necnon ⁊ Sicimā ⁊ Argarizi
ipse cepit: ⁊ sup his cutheorū genus adiacentia fano loca incolētiū: exemplo ei⁹ qd̄
ē Hierosolymis edificato. Capit autem idumee nō paucas alias ciuitates: ⁊ ꝑterea
Adoreon ⁊ Maresā. Samariā v̄o vsqꝫ ꝓgressus vbi nūc ē Sebaste ciuitas ab hero
de rege ꝯdita ex oi ea pte ꝯcludit: filiosqꝫ suos Aristobū ⁊ antigonū obsidioni p̄fecit
Quib⁹ nihil renitentib⁹ ad hoc famis qui erant intra ciuitatē venerūt: vt etiā insuetā
carnē cogeret̄ attingere. Igit̄ Antioch⁹ adiutorē sibi aduocauit spondiū sibi ꝯgnoia
tū. Qui cū ei ꝓmpta volūtate paruisset ab Aristobolo ⁊ Antigono supat̄. Et ille q-
dē ad Scitopoli vsqꝫ psequētib⁹ ꝯmemoratis fratribus effugit hi v̄o ad Samariam
reuersi ⁊ multitudinē tātā itra muꝝ ꝯpellūt: ⁊ expugnata ciuitate ipam qdē diruunt
Habitatores v̄o ei⁹ captos abducūt. Prospe aūt ita cedētib⁹ reb⁹ alacritatē refrigescere
nō sinebant: sed cū exercitu Scitopoli vsqꝫ ꝓgressi: ⁊ ipam puaserunt: ⁊ agros intra
carmelū oēs intra se ptiti sunt. Ca. VII.

Ecūdaꝝ āt rerꝝ ioānis ⁊ filioꝝ ei⁹ inuidia seditōnē gētiliū ꝯcitauit: multiqꝫ
aduersus eos collecti non quiescebāt: donec apto bello deuicti sūt Reliquū

vero tempus ioannes cũ fortunatissime viueret: ⁊ optime rebus ꝑ annos triginta ⁊ tres administratis: quinqꝫ relictis filijs moritur. Vir plane beatissimus: ⁊ qui nullã dedisset occasionem: cur eius causa de fortuna quispiam quereretur. Deniqꝫ tria vel maxime precipua solꝰ habebat. Nam ⁊ gentis princeps ⁊ pontifex erat: ⁊ preterea propheta cum quo deus ita loquebatur: vt futurorꝫ nihil penitus ignoraret. Quinetiã de duobus maioribus filijs suis ꝙ rerum domini ꝑmansuri nõ essent: anteuidit atqꝫ predixit. Quorꝫ vite qui fuerit exitus narrare non indignum videtur. q̃tumcunqꝫ a paterna felicitate diuerterint. Ca. VIII.

Patre namqꝫ mortuo natu maior aristobolus translato in regnum principatu diadema sibi primus imposuit: quadringentis ⁊. lxxx. annis ac tribꝰ mensibus postq̃ populus in eam terram deuenit: seruitio quod apud babylonios sustinuit liberatus. Fratrem vero a se secundum antigonum: namqꝫ illum diligere videbatur: in honore pari producebat: alios vero vinctos custodie tradidit. Matremqꝫ itidem colligauit. ausam aliquid de potestate contendere. Namqꝫ hanc rerũ dominam ioannes reliquerat. Eaqꝫ crudelitas ꝓcessit vt vinctã fame necaret. Horum autem facinorum penas antigonus nihil crudelius aristobolo fratri morte ꝑsoluit: quem plurimum amabat: quemqꝫ regni participem habebat. Nam ⁊ hunc interemit adductus criminationibus per maliuolos regni compositis. Itaqꝫ primo quidem aristobolus dictis fidem non habebat: quin vt fratrẽ perderet. Pleraqꝫ fingi liuore arbitraretur. Sed cũ antigonus ex militia clarus rediisset: festiuis diebꝰ quos tabernaculis positis deo celebrare mos patrius exigebat: euenit eodem tempore: vt aduersa valitudo aristobolũ corriperet. Antigonus vero circa festorum solenniũ finem armatis comitatus ad eum adorandum q̃maxime potuit: plusqꝫ in honorẽ fratris ascendebat ornatus. Tumqꝫ delatores nequissimi regem adeuntes: ⁊ armatorꝫ pompam ⁊ antigoni arrogantiam priuata fortuna maiorem esse criminabantur. q̃dqꝫ maxima multitudine stipatus vt illum interficeret eo venisset. Nec enim perpeti honorem solum ⁊ regnum habere: cui ipsum liceat regnum obtinere. His paulatim: q̃uis inuitus: tamen credit aristobolus. Ac ne vel suspicari quicq̃ videretur ꝓspiciẽs ⁊ vt incerta precaueret: suosqꝫ satellites in quendam subterraneum ⁊ tenebrosum locum transire iubet. Ipse autem iacebat in castello bariante: post aũt antonio cognominato vt ⁊ inermi quidem parerent. Occiderent autem antigonũ precepit: si cũ armis audiret. Necnon ⁊ ipsi antigono qui preciperent misit: vt inermis veniret. Ad hec regina satis callidum cum insidiatoribus consilium capit. Namqꝫ his qui ad eũ missi fuerant persuadet: vt mandata quidem regia taceant: dicãt vero antigono quod frater audisset: arma sibi: q̃ pulcherrima in galylea ornatumqꝫ bellicosum fabricasse: que ne sigillatim inspiceret morbum impedimento fuisse: nunc autem presertim cum alio discessurus sit: libenter eum videret armatum. His autem antigonus ne qd eni mali suspicaretur. fratris suadebat affectus: cum armis velut ostensurus se veniens ꝓperabat. Sed vbi ad obscurum transitum qui stratonis pyrgus vocabatur accessit a satellitibus interemptus est: ceterumqꝫ documentum prebuit. Omnem beniuolẽtiam iusqꝫ nature criminationibus cedere: nullamqꝫ optimarꝫ rerum affectionem tm̃ valere: vt inuidie perpetuo possit obsistere. In hoc autem etiam iudam quis non recte miretur? Esseus erat genere qui nunq̃ diuinando peccauit neqꝫ mentitꝰ est. Is antigono transeunte ꝑ templum mox vt eum vidit ad notos qui aderant exclamauit Non paucos autem discipulos papas sine consultatores habebat. Nunc mihi pulchrum est mori qñ ante me veritas interijt: mearũqꝫ predictionũ aliquod mendaciũ deprehensum est. Viuit enim iste antigonus qui hodie debuisset occidi. Locus autẽ neci eius apud stratonis pyrgum fato fuerat distributus: ⁊ ille quidem sexcentorũ ab hinc stadiorũ interuallo distat. Hore vero diei sunt iiii

Ubi pinguissima hydumea regio ꝛ palmarum plurimum ac balsamum nutrit: cui⁹ inciso lapidibus acutis robore stillanté lacbrymam ex vulneribus colligunt. Cũqꝫ illic pernoctasset mane in hierosolymam properabat. Itaqꝫ hoc eius impetu perterritus Aristobolus supplex occurrit: pecunia pollicitus quodqꝫ semetipsum ei cũ ciuitate ꝑmitteret. Pompeium mitigat seuientem. Nec tamen quicq̃ eoꝝ que ꝑmisit effectum est. Gabinium enim qui ad suscipiendam pecuniaꝫ missus fuerat: nec in oppidum quidem Aristoboli socij receperunt. His commotus Pompeius Aristobolum in custodiam collocat: ad ciuitatem vero profectus explorabat qua facilior eẽt accessus. Nam ꝛ murorum eius firmitatem oppugnari posse facile non videbat. Uallemqꝫ pro menibus horribilem fanũqꝫ illic cernebat proximum: adeo tutissima munitione circundatum: vt etiam si ciuitas caperetur: secundum esset hostibus ꝓfugium. Capitulũ. XIIII.

Hoc autem diu quid faceret hesitante: seditio intra ciuitaté orta est. Aristoboli quidem socijs belligeri potius regemqꝫ liberare dignum esse firmantibus: qui vero cum Hyrcano sentirent Pompeio portas aperire. Metus autẽ hos plures faciebat romanorum constantiam respicientes. Deniqꝫ victa pars Aristoboli concessit in templum: ꝛ ponte qui ab eo ciuitati iungebatur abscisso vt ad vltimum vsqꝫ resisteret instruebatur. Cum autem alij romanos recepissent in ciuitatem his ꝙ domum regiam tradidissent: ad hec optinenda Pompeius vnũ ex ducibus sibi obedientibus pisonem cum militibus intromittit. Hisqꝫ presidijs in ciuitate dispositis: q͛ nemini eorũ qui in templum confugerant pacem persuadere potuit. Omnia que circumerant expugnare parabat: hyrcano eiusqꝫ amicis ad consilia conferenda: ꝛ ad efficienda que iuberet alacriter animatis. Ipse vero partes septẽtrionales fossamqꝫ vallemqꝫ replebat omni genere materie per milites comportato: cum per se op⁹ esset difficillimum propter immensam altitudinem: ꝛ preterea iudei modis omnibus desuper obsisterent. Mansissetqꝫ opus imperfectum nisi Pompeius obseruatis diebus septimis quibus religio iudeos ab omni opere manus abstinere compellit per eos aggerem cumulare precepisset inhibitis a prelio militibus. Pro solo enim corpore iudeos etiam per sabbata pugnare licet. Capitulum. XV.

Situr iam valle repleta: ꝛ impositis aggere turribus admotisqꝫ machinis cito portatis moliri tentabat. Desup obstantes lapidibus repellebant. Cum diu turres obsidentiũ magnitudine simul ꝛ pulchritudine prestantes vim repugnantiũ sustinerent. Ueruntamen romanis tunc plurimum defatigatis Pompeius iudeorũ tolerantiam ꝛ in alijs admiratus est: ꝛ ꝓcipue ꝙ nihil de sup̄stitõnis sue ritu inter media tela pereuntes derogari passi sunt: sed velut in alta pace ciuitas ageret ꝛ quotidie sacrificia ꝛ victimas oẽmqꝫ dei cultũ diligẽtissime celebrarũt: nec vł in ipso excidio cũ ad aram in dies singulos trucidarent: legitimis religionis sue muneribus abstinuerũt. Mẽse nãqꝫ obsidiõis tertio vix vna turre deiecta fanũ irruptũ ẽ. Ca. XVI

Prim⁹ aũt muꝝ transcendere ausus ẽ cũ suis agmib⁹ sylle fili⁹ faust⁹ cornelius ꝛ p⁹ eũ cẽturiones duo Furi⁹ ꝛ Fabi⁹ cũ suis agmib⁹. Et circũsepto vndiqꝫ fano alios alio ꝯfugientes vel etiã paulisper repugnantes interficiũt. Ubi plurimi sacerdotũ q̃q̃ hostes strictis gladijs irruentes videbãt intrepidi tñ in pagendis reb⁹ diuinis ꝑseuerabãt ꝛ i ipso libãdi tẽplũ adolẽdi misterio mactabãt saluti quoqꝫ ꝑferẽtes ꝛligiõis obsequ. Multos ãt sui gẽtiles aduerse ptis studiose trucidabãt plĩmi se metipos i rupes ꝑcipitabãt. Nonulli furibũdi ꝯctis q̃ circa muꝝ erãt i desparõe ꝛ succẽsis piter ꝯflagrabãt. Itaqꝫ iudeoꝝ qdẽ milia. xij. occubuerũt romanoꝝ vo pauci sꝫ plures sauciati sunt. Nihil aũt grauius in illa clade iudeorũ gẽti visum est: q̃ sãctum illud arcanũ neqꝫ cuiq̃ ꝑus visum alienis esse directũ. Deniqꝫ Pompeius

vna cũ suis comitib⁹ templũ ingressus vbi neminẽ preter pontificẽ adesse fas erat:q̃ intus erãt candelabra cũ lychnis ꝛ mensas ꝛ in q̃bus libare atq̃ adolere moris erat vascula ex auro cuncta ꝓspexit:congestãq̃ pigmẽtoꝝ molẽ sacreq̃ pecunie ꝓpe ad duo milia talẽtoꝝ. Nec tñ vl' hec vel aliud q̃cq̃ de sacrosanctis opib⁹ siue instrumẽtis attigit. Sed postero die post excidiũ curare templũ ne quid haberẽ sordidũ edituos iussit:ꝛ solennia sacra celebrare. Ipse aũt hyrcano pontifice declarato.q̄ se ꝛ in alijs rebus alacrẽ obsidionis tpe prebuisset:ꝓmptãq̃ ad bellũ agrestiũ multitudinem ab aristobolo reuocasset:p que sicut imperatorem bonũ decuit beniuolentia potius q̃ timore plebẽ sibi recõciliauit. Inter captiuos etiã cõprehensus aristoboli socer idẽq̃ patruus tenebatur:ꝛ illos q̃dem qui maxime belli causa fuisset securi ꝑcussit faustũ vero ꝛ q̃ vna fortiter fecerãt ꝓclaris ꝑmijs donat:ꝛ in hierosolymis tributũ indicit ablatas aũt genti etiam quas in syria ceperat ciuitates romanoꝝ qui tunc erant militũ ducibus pere iussit:ꝓprijsq̃ tantũ terminis circũclausit. Instaurat aũt in gratiã cuiusdam ex libertis suis Demetrij gaderensis etiã gadara quã iudei subuerterãt. Mediterraneas preterea ciuitates eoꝝ de potestate liberauit quas preuenti nõ exciderãt hypison ꝛ scitopoliũ ꝛ pellã:ꝛ samariam ꝛ marissam itẽq̃ azotum ꝛ iamniã: maretusam:necnõ ꝛ maritimas garam ꝛ iopam ꝛ doram ꝛ pridem stratonis pyrgus vocabatur. Post aũt ab herode clarissimis edificijs transformata cesarea nominata ẽ easq̃ omnes indigenis ciuib⁹ redditas viri ꝓuincie syrie nõ iunxit. Hui⁹ aũt ꝛ iudee cunctorũq̃ administratione ad egyptios fines ꝛ flumen euphraten cũ duab⁹ cohortibus scauro ꝑmissa Romã ipse ꝑ ciliciã ꝓperauit captiuũ ducens aristobolum cũ familia. Erant aũt filie due totidemq̃ filij quoꝝ vnus alexander ex itinere fugit:minor aũt antigonus cũ sororibus romã vectus est. Ca.XVII.

Preterea scaurus in arabiã ingressus ad petrã quidem regionũ asperitate ꝓhibebatur accedere:que aũt circumerãt omnia vastabat:multis ꝛ in hac malis afflictus. Nam exercitũ fames cõprimebat. Cui tñ hyrcanus ꝑ antipatrum victui suppeditabat necessaria. Quem velut arcte familiarem etiam scaurus ad eum allegauit:vt bellũ pactione deponeret. Itaq̃ ꝑsuasum est arabis. ccc. talentis decedere:atq̃ ita scaurus ex arabia transduxit exercitũ. Alexander aũt aristoboli filius qui pompeiũ fugerat:magna manu dilapso interea tpe cõgregata hyrcano grauius imminebat iudeamq̃ populabat. Quã quidem mature debellare posse credebat: q̃m disturbatũ quoq̃ a pompeio murũ hierosolymis renouatũ esse confidebat nisi gabinius in syriam missus qui scauro succederet:cum in alijs fortem se prebuissẽ tunc etiam in alexandrũ mouisset exercitũ. Huius autem ille impetũ veritus:ꝛ ampliorem militum manũ congregabat:donec facta sunt decem milia peditum ꝛ mille quingenti equites:villasq̃ oportunas mutis hoc est alexandriũ ꝛ hyrcanũ ꝛ machereunta nõ longe arabie montib⁹ muniebat. Igitur gabinius cũ parte militũ premisso Marcoantonio ipse cum toto exercitu sequebatur. Lecti autem antipatri comites: aliaq̃ iudeoꝝ multitudo quoꝝ malichus ꝛ pytbola⁹ principes erant: iunctis cum Marcoantonio virib⁹ suis alexandro obuiã ꝓcesserunt: neq̃ ita multopost aderat cum suis copijs gabinius. Alexander autem cum quidem in vnum confertã hostiũ multitudinem sustinere non poterat abscessit. Cumq̃ hierosolymis propinquasset coactus prelium suscepit. Amissisq̃ sex milibus quorum tria viua capta sunt tria vero prostrata cum reliquis effugit. Gabinius aũt vbi alexandriũ venit quia multos deseruisse castra cognouit promissa delictoꝝ venia conabat̃ sibi eos ante plurimum coniungere. Cum autem illi nihil mediocre cogitarent:plerisq̃ interfectis: reliquos in castellum concludit. In hoc bello dux marcusantonius multa preclare gessit:ꝛ quamuis semper ꝛ vbiq̃ vir fortis apparuisset:tamen tunc etiam suũ vicit exemplũ.

Sabinius autem relictis qui castellum expugnarent ipsi ciuitati subuenire: et intactas quidem confirmare: subuersas autem erigere curabat. Deniq; iussu eius scitopolis habitare cepit: et Samaria et Antedon: et Appollias: et Jamnia: et Arabia: et marissa: et Dora: et Gadara: et Azotus: alieq; multe lectis ciuibus atq; incolis ad eas concurrentibus. Js autem recte dispositis regressus ad Alexandrium vehementius vrgebat obsidium. Quare territus Alexander omnibus desperatis legatos ad eũ misit: et ignosci delictis orans et que sibi parerent castella macherunta et Hyrcanium tradere non dubitans: quin etiam Alexandrium eius potanti permisit. Que quidez Sabini⁹ omnia consilio matris Alexandri funditus eruit: ne rursus belli alterius receptaculum fierent. Aderat tamen quo suis Sabinium palparet obsequijs viro suo ceterisq; captiuis metuens qui Romam fuerant adducti. Ca. XVIII

Ost hec vero Sabini⁹ Hyrcano Hierosolymã deducto eiq; fani cura mãdata ceteris reip. partibus optimates prefecit. Omẽmq; iudeorum gentem in conuẽtus quinq; diuisit: vno Hierosolymis: altero Doris: itemq; tertio vt apud Amathunta respondeat: destinatis quarto hierico et quinto sephoris. Galilee ciuitas attributa est. Singulari autem vnius dominatõne liberati: libenter ab optimatibus regebant. Ueruntamen non multo post euenit: vt turbatũ his qui fieret initium elapsus Roma Aristobolus qui magna iterum iudeorum manu conflata partim cupida mutatõnis partim qbus olim dilectus erat: primum occupat Alexandrium: idq; recingere muro tentabat. Deinde cognito q Sabinius Sisennam et Antonium et seruilium duces contra se cum exercitu misit in macherunta concedit. vulgiq; in bellis onere deposito solus armatus ppe ad octo milia militum secum duxit inter quos erat Pitbolaus secũdarum partium rector cum mille viris et Hierosolymis pfugus. Romani autem sequebantur: habitoq; conflictu aliquãdiu cum suis Aristobolus fortiter dimicando perseuerabat: donec vi Romanorũ subacti: cesa sunt virorum quinq; milia. Prope vo ad duo milia in quendam tumulum confugerunt. Ceteriq; mille cum Aristobolo perrupta Romanorum acie in macherunta coacti sunt. Ubi rex cum in ruinis prima vespera tetendisset: sperabat quidem aliam se manum p induttias belli posse contrahere: castellumq; bene munire. Jmpetum autem Romanorũ supra quã poterat p biduum remoratus postremo capitur: et cum Antigono filio q Rome secum fuerat vinctus ad Sabinium atq; inde Romam perductus. Sed illum quidem senatus custodia coercuit. Filios vero eius in Judeam remisit q: Sabinius scripserat per Epistolas id pro traditõne castellorũ coniugi Aristoboli spospondisse. Parato autem Sabinio bellum partbis inferre Ptbolomeus impedimento fuit. Qui reuersus ab Euphrate petebat egyptum Hyrcano et Antipatro amicis vsus ad omnia que militie necessitas exigebat. Nã et pecunijs et armis eum et frumẽto Antipr auxilijs adiuuit. Et iudeis in ea pte vias q pelusiũ ducerẽt obhuantib⁹ transmittere Sabiniũ psuasit. Alia vo Syria discessu Sabinij cmota et iudeos iterum Alexander Aristoboli fili⁹ ad dissẽsionẽ reduxit: et maxia mltitudie cflata Romanos omẽs q poẽm terrã degerent obtrũcare decreuerat. Quã rẽ Sabini⁹ metuẽs iã ei ex Egypto redierat. Hoc tumultu istãte nõnullis dissidẽtiũ pmisso Antipatro cordiã psuasit. Cũ Alexãdro aũt milia. xxx. remanserãt: et ille ad bellũ pmpt⁹erat Jtaq; ad pugnã egredit. Occurrũt ãt iudei et circa mẽtẽ itabiriũ cgressi: decem milia sternũt: ceterã vo mltitudinẽ fug⁹ dispsit. Et gabini⁹ i hierosolymã rgressus. id ei ãti pr voluit rẽp. ei⁹ cposuit. deide hic pfect⁹ Nabatheos pugna superat: et mitridatẽ et orphanẽ a ptbis p fugas clã dimittit: eosq; militib⁹ aufugisse firmauit. .XIX.

Nterea crassus ei successor pat⁹ syriã suscepit. is i ptbice militie sũptũ et oẽ aliud aurum tẽpli qd Hierosolymis erat abstulit: et a qb⁹ Pompei⁹ tẽpauerat duo milia talẽtorum

Euphraten vero transgressus ⁊ ipse periit ⁊ exercitus eius: de quo nō est huius tem-
poris cōmemorare. Post crassum aūt parthos in syriam properantes cassius inhi-
buit receptus. Prouintia autem fauore eius quesita in iudeā festinabat: captisqꝫ ta-
richeis prope ad tria milia iudeoꝝ adducit in seruitiū. Occidit aūt etiam pitilaum se
ditiosos aristoboli colligentē: cuius necis suasor erat antipater. Ca. XX.

Hic aūt nupta fuit ex arabia nobilis femina nomine Cypris: vnde filios
quatuor: phaseluꝫ ⁊ regem herodem ⁊ iosephum ⁊ pheroram ⁊ Salome fi
liam habebat. Cum autem omniū qui vbiqꝫ potentes essent amicitia hos-
pitijs familiaritates conquireret: precipue regem arabū per affinitatem sibi sociauit:
eiusqꝫ fidei cōmendans filios suos ad eū misit. quoniam bellū cum aristobolo geren
dum susceperat. Cassius autem compulso ad otium per conditiones alexandro ad
euphraten reuersus est parthos transitu ꝓhibiturus de quibus alio loco referemus.
Cesar aūt post senatus ⁊ pompeij fugam tranl mare ionium rebus omnibus romaqꝫ
potitus solutum vinculis aristobolum cum duabus cohortibus velociter in syriam
misit: ⁊ hanc facillime ⁊ cuncta iudee proxima per illū subijci posse ratus. Uerum ⁊
spem cesaris ⁊ aristoboli alacritatem precessit inuidia. Nam veneno peremptus a
pompeij studiosis aliquādiu etiam sepultura in solo patrio carebat: corpusqꝫ mortui
seruabatur melle conditū. Donec ab anthonio iudeis iussum est in monumentis re-
galibus sepeliendū. Occiditur autem alexander quoqꝫ filius eius a scipione securi
ꝑcussus antiochie secundū pompeium litteras accusatione ꝓ tribunali prius habita
super his que in romanos admiserat. Ptolomeus autem manei filius qui apud cal
chida sub libano morabatur captis eius fratribus filium suum philippionem q eos
accerseret: mittit ascaloneꝫ atqꝫ ille abstractum ab aristoboli coniuge antigonū eiusqꝫ
sorores adducit ad patrem. Amore autem minorem earum coniugio suo copulat: ob
eamqꝫ postea causam a patre occidit. Accepit eni ptolomeus in matrimoniū alexan
dram ꝑempto filio: huiusqꝫ affinitatis gr̄a fratris eius ꝓpensiore cura tuebat. Anti-
pater aūt pompeio iaꝫ mortuo in clientelā cesaris sese contulit: ⁊ quia mitridates par
gamenus ab accessu pelusij prohibitus cum exercitu quem ducebat in egyptuꝫ apud
ascalonem morabatur. Non solum arabas q̄uis hospes esset auxilium ferre ꝑsua-
sit. Uerum ⁊ ipse armata iudeorum tria circiter milia secum mouit. Excitauit autem
presidio syrie quoqꝫ potentes ⁊ incolam libani ptolomeū etiam plicum ⁊ ptolomeū
quorum gratia ciuitates illius regionis alacri animo bellum pariter inchoarunt
Iāqꝫ fretus mitridates auctis propter antipatrum copijs pelusium proficiscitur. Et
quia transire vetaretur ciuitatē obsidebat. Antipater vero ⁊ in hac oppugnatione cla
rus enituit. Effracto enim ex parte sua muro primus in ciuitatem cum suis comitib⁹
insiluit. ⁊ pelusium quidem capta est: vlterius autem progredi non sinebant iudei et
egyptij terraꝝ incole qui appellantur onium. Quibus tamen antipater non modo
ne obstarent: verumetiam vt uictui necessaria preberent militi persuasit. Unde factū
est vt nec memphite in manus venirent: vltroqꝫ sese traderent mitridati atqꝫ ille dela
to peragrato pugnam cum ceteris cōmisit egiptijs in loco cui nomen est iudeon stra-
ton pedon: eūqꝫ in acie oī dextro cornu ꝑiculo liberauit antipr̄ circūgressus fluminis
ripā. Leuū eni cornu ꝯtra se positū supabat. Facto aūt in eos impetu q mitridatem
ꝑsequeret multos occidit: tādiu q̄ reliquos fugiētes angebat: donec etiā castris eoꝝ
potitus ē. lxxx. tm̄ de suoꝝ nūero amissis. Octingentos aūt fere mitridates cū fuge-
rat ꝑdidit. Preter spē v̄o huat⁹ ex ꝑlio vacuus inuidia testis reꝝ ab ātipatro gestaꝝ
fuit apd̄ cesarē. Un̄ ille tūc qdeꝫ ātipatꝝ petit laudib⁹ incitatū ad subeūda ꝓ se ꝑicu
la reddidit ꝓmptiorē. In qb⁹ oīb⁹ bellator audacissim⁹ ꝯprobat⁹: multaqꝫ ꝑpessus
uulnera toto corpore gerebat: signa v̄tutis diserte. Postq̄ aūt rebus in egypto com

uentum quod corpora mortuorum melle condita seruabantur.

positis ad Syrias rediit et Romana cum ciuitate simul et immunitate donauit: aliisque rebus honorando amicissimeque tractando dignum emulatione constituit: eiusdemque gratia etiam pontificatum confirmauit hyrcano. Ca. XXI.

Eodemque tempore Antigonus quoque Aristoboli filius cum venisset ad cesarem maioris preter opinionem felicitatis causam prebuit Antipatro. nam qui de patris morte queri deberet propter inimicitias pompei: veneno quantum putabatur perempti: et crudelitatis in fratrem accusare scipionem: nullumque inuidie dolorem admi scere miseriis. Ultro hoc Hyrcano et Antipatro criminabatur veluti se patrio loco cum fratribus iniquissime pellerent: multisque gentem iniuriis afficerent: dummodo sociarentur quoque in egyptum auxilia ipsi cesari non beniuolentia: sed timore veteris di scordie miserint: et vt amore pompei deprecarentur. Ad hec Antipater veste proiecta multitudinem vulnerum demonstrabat: et qua fide quidem cesarem coluisset verbis non esse opus dixit. Nam corpus etiam se tacente clamare: antigoni autem mirari audaciam: qui cum hostis Romanorum sit filius et fugitiui Romanorum nouarumque rerum studium votumque seditiosum patris habeat apud Romanorum principem alios accusare conetur: hominique aliquid adipisci tentaret quem hoc solum oporteret amplecti: quod viueret. Nanque eum tam nunc propter inopiam desiderare facultates: sed vt in eos qui se dedissent iudeorum seditiones accenderet. Que vbi cesar audiuit Hyrcanum quidem pontificatu digniorem esse pronuntiauit Antipatro autem cuius velit potesta tis detulit optionem. Qui permissa dignitatis mensura ipsi qui daret iudee procurator declaratus est. Et preter hoc impetrauit subuersa patrie menia renouare sibi licere. hos quidem honores cesar incidendos in capitolium misit: vt iusticie sue virtutisque signum Antipatri memorie traderetur. Antipater vero vbi de Syria cesarem prosecutus est in iudeam reuersus ante omnia patrie muros a pompeio dirutos reparabat: omniaque lustrando ne quid in illis regionibus turbaretur esset: nunc in terminando: nunc etiam sua dendo curabat vnumquemque admonens: quod si cum Hyrcano sentirent in otio atque opulentia victuri essent fortunis suis et omni pace potituri sin spe vana ducerentur: eorum qui priuati questus gratia res nouas optarent. Se quidem non procuratorem sed dominum omnium Hyrcanum vero tyrannum pro rege: itemque Romanos et ce sarem hostes pro amicis et rectoribus habituri: neque enim passuros huius potestatem la befactari: quem ipsi regem constituissent. Sed quamuis hoc diceret tamen etiam per se quoniam Hyrcanum segniorem videret: nec tam efficacem sicut regni posceret solli citudo: statum prouintie componebat. Et sic phaselum quidem natu maximum filiorum suorum militi prepositum Hierosolymis eiusque territorio prefecit. Herodem ve ro etate posteriorem nimisque adolescentem galilee destinat similia curaturum: qui cum natura strennuus esset cito materiam vbi animi magnitudinem exerceret inuenit: captumque la tronum principem Ezechiam quem preclari maximo agmine continentia Syrie deprehendit: ipsumque aliosque latrones multos interfecit. Eaque res adeo grata fuit Syris: vt per vicos et opi da caneretur herodes veluti per eum pace reddita et possessionibus restitutis. Ex huius de niq operis gloria sexto etiam cesari propinquo magni cesaris et Syriam tunc admini stranti est cognitus. Ca. XXII

Uin et phaselus frater eius idolem contentione bona superare certabat augendo erga se beniuo lentiam hierosolymis habitantium atque illam quidem ciuitatem possidens nihil autem crudeliose per ipso lentiam potestatis admittens. hic autem antipater et obsequiis regalibus ab ea gente colebatur: et honores ei tanquam regi domino omnes habebant. Nec tamen ipse propterea minus fidelis aut beniuolus hyrcano fuit. Uerum fieri non potest vt liuorem quisque in secundis rebus effugiat. Namque hyrcanus quamuis et antea ta cite sua sponte mordebatur adolescentium gloria maxime rebus ab Herode bene gestis et crebris nuntiis laudes eius per singula facta predicantibus augebatur.

A multis tamen inuidis qui regnis adherere solent: quibusqꝫ antipatri eiusqꝫ filioꝝ probitas officiebat instigabatur: dicentibus ꝙ Antipatro ꝛ filijs eius rebus traditis solo contentus ꝛ hac potestate uacuo regis nomine sederet. Et q̄diu sic errabit vt in se reges producat. Nec enim eos uel simulare iaꝫ procuratiōem: sed certe esse dn̄os ipso reiecto: cuius nec mandatis nec epistolis preter iudeorum legem tantam multitudinem peremisset Herodes: illumqꝫ nisi regnet: sed adhuc priuatus ita ad iudicium uenire debere rationem tam ipsi regi quam patrijs legibus redditurum: que indemnatos occidi non sinerent. His paulatim accendebatur hyrcanus. Ad extremum autem ad iracundiam prouocatus causam dicturum herodem iubet accersiri: atqꝫ ille ꝛ patrijs monitis: ꝛ ꝙ ei fiduciam res geste darent munita prius galilea presidijs ad regem proficiscitur. Ibat tamen cum forti caterua ne vel derogare videretur hyrcano: si plures duceret vel inuidie nudus pateret. Sextus autem cesar adolescenti metuens ne quid apud inimicos deprehenso mali fieret ad hyrcanum mittit: qui ei manifeste denunciarent: vt homicidij crimine liberaret herodem. Hyrcanus autem qui eum diligeret: per se quoqꝫ id cupiens absolutioneꝫ decernit. Atqꝫ is inuito rege fugisse ratus damascuꝫ recessit ad sextum: nequaq̄ paratus obedire si denuo fuisset accitus. Rursumqꝫ a nequissimis irritabatur hyrcanus firmatū herodem abijsse firmantibus: ꝛ vt se contra eū instrueret ꝑperasse. Hec autem rex vera esse existimans quid ageret nesciebat: quoniam potentiorem inimicū videbat. Cum vero a sexto cesare dux militū per Syriam itemqꝫ samariam declaratus esset herodes: neqꝫ solum propter gentis fauorem: sed etiam viribus suis terribilis putaretur: ad timorem vltimū decedit: iamiamqꝫ illum cōtra se credens cum exercitu esse venturū. Neqꝫ opinione deceptus est. Nāqꝫ herodes intentate sibi occisionis iracūdia: ꝯflataꝫ militū multitudinē hierosolimā ducebat: vt hyrcanū regno deponeret. Idqꝫ fecisset nisi pariter egressi pater ꝛ frater fregissent eius impetū deprecantes vt ꝛ ipse ad vindictaꝫ ministrandā: solaqꝫ indignatione mitigaretur: regi aūt parceret sub quo ad hoc potentie processisset: ac si propterea ꝙ in iudicium vocatus esset indignaretur quia tn̄ absolutus est gratias ageret: neqꝫ tristibꝰ quidem paria referret saluti vero esset ingratus. Quod si etiam momenta belloꝝ reputanda viderentur iniquitatem militie cōsideraret: neqꝫ omnino de victoria bene speraret qui cum rege cōgressus esset vna secū educato: ꝛ sepe quidem benemerito: seuo autē nunq̄: nisi ꝙ maliuoloꝝ consilijs impulsus vmbrā ei tantum iniquitatis admouisset. Paruit his herodes q̄ speratis putauerat posse sufficere: suasqꝫ vires demōstrare natiōi. Ca. XXIII.

T inter hec discordia Romanoꝝ circa appamiā bellūqꝫ domesticū oritur: q̄m cecilius bassus fauore Pompeij sextū cesarē dolo necauerat: eiusqꝫ militeꝫ occupauerat. illi vero cesaris duces mortis eius vlciscende gr̄a cunctis viribus bassuꝫ petebant. Quibꝰ cū tam interempti q̄ superstitis cesaris causa ambobus esset amicus antipater ꝑ filios suos misit auxilia. Cū aūt bellū traheretur ex italia quidem successor antedicti sexti venit Marcus. Ca. XXIIII.

Odem tp̄e bellū inter romanos cōflatur: dolo bruti ꝛ cassij cesare interfecto Postq̄ trienniū septemqꝫ menses tenuit principatū. maximo autem motu cedis eius gratia cōcitato: ꝛ optimatibꝰ inter se dissidentibꝰ ꝓpria spe q̄sqꝫ ducebaꝫ ad id quod existimabat esse cōmodius. itaqꝫ cassius syriam petit occupaturus militē qui appamiā circūsedebat: vbi ꝛ marcū ꝛ dissidentes cohortes basso cōciliauit: simulqꝫ obsidione liberauit appamiā. ipse vero exercitū ducens stipendiū ciuitatibus indicebat: nec modus erat exactionū. Cuꝫ autē iudeos quoqꝫ septingēta talenta iussisset inferre: minas eius veritus antipater filijs suis ꝛ alijs amicis mature pecunie cogende curam distribuit. ꝛ inter eos maliccho cuidaꝫ ex inimicis necessitas

ne tibi aliquid facere: vt non queras Antonium: huius sermonis humanitate regem
ne quid penitus de amicicia sua dubitaret hortatus: ⁊ diadema illi imposuit: ⁊ indul
gentiam decreto consignat. In quo multa honorifice in eius laudem locutus est. Il
le autem prius eum mulieribus delinitum rogabat: vt Alexandrum quendam sup-
plicem ex amicis antonij iuberet absolui. Sed vicit iracundia cesaris multa illum et
grauia pro quo rogabatur admisisse dicentis: quibus reppulit deprecantē. Postea
vero ad egyptum euntem per syriam cesarem herodes cūctis acceptis regni diuitijs:
tuncq3 primū cū3 eo militem inspiciente: circa ptolomaida equo vectus est: cenāq3 il
li cū omnibus amicis exhibuit: atq3 insup exercitui epulis cūcta distribuit. Prospe-
xit enim vt per arida loca p̄ficiscentibus ad pelusium atq3 inde redeuntibus aquarū
copia nō deesset. Nec defuit cuiq3 vtensilium quod desideraret exercitus. Pro his
deniq3 meritis paruum esse herodis regnu3 tam cesar q̄3 milites estimabāt. Ideoq3
postq̄3 venit in egyptum: iam Cleopatra ⁊ Antonio mortuis: non solū ceteros eius
honores auxit: verū etiā regno partē finium addidit: quā Cleopatra dempserit. Et
preterea gadaram hippon samariam: maritimarūq3 insuper ciuitatum gazem ⁊ Ar-
chedonam: ⁊ ioppen ⁊ pirgon stratonis: ⁊ ad hec satellites quadringētos galathas ei
donauit: quos antea Cleopatra stipatores hēbat. Nulla res aūt magis liberalitatē

cesaris incitauit q̄ magnus animus accipientis. Post primam vero aliadam etiaꝫ regionem que tracon vocatur eius ditioni subdidit: eiq̄ꝫ cōtinentē Bataniam: itēq̄ꝫ aurantem. Ex huiusmodi causa Zenodorus qui domus lisarie conductor erat non cessauit vnq̄ꝫ ex regione que tracon dicitur: latrones damascenis immittere. Illi aūt ad varronē tunc rectorem syrie confugerunt: eūq̄ꝫ deprecati sunt: quo suas miserias cesari declararet. Cesar autē his cognitis ei rescripserat: vt latrociniū penitus curaret extinguere. Uarro autem cū milite aggressus loca suspecta expurgauit latronibus terram ipsam zenodoro abstulit. Quam cesar ne latronū denuo contra damascum receptaculum fieret. herodi dedit: eumq̄ꝫ preterea totius syrie procuratorem constituit. Et decimo anno reuersus iterum in prouintiam: ne quid eo inconsulto procuratoribus liceret administrare precepit: ac zenodoro mortuo terram omnē que inter draconem ꝛ galileam erat eidem attribuit. Quod autem maius his omnibus existimabat herodes a cesare quidem post aggrippam amabatur: ab aggrippa autem post cesarē Hinc ad summū felicitatis euectus: ꝛ ad maiorem subleuatus animum: maximam prouidentie partem obsequio pietatis impendit. Itaq̄ꝫ anno regni sui quitodecimo ꝛ templum instaurauit: ꝛ duplum terre spatium quam fuerat circa templū muro amplexus est: ingenti sumptu ꝛ munificentia singulari. Augmento erant in ambitu fani magne porticus: eiq̄ꝫ victum a septentrione castellum. Et illas quidem a fundamētis erexit. Hoc autem nulla re minus: q̄ꝫ regni sedes esset largis opibus renouatū. Antoniam vocauit in honore Antonij. Qui etiaꝫ domo ibi regia in superiori parte ciuitatis extructa duas edes in ea maximas atq̄ꝫ pulcherrimas: quibus ne templum quidem vsq̄ꝫ conferri posset edificauit: easq̄ꝫ amicorum vocabulis vnam Cesariam Aggrippium alteram nominauit. Nec vero solis tectis memoriam eorum ꝛ cognomina circunscripsit: sed in totas etiaꝫ ciuitates studium liberalitatis extendit. Nam in samaratica regione oppidum muro pulcherrimo per viginti stadia circundatuꝫ sebasten appellauit: deductis eo sex milibus colonorum: terraq̄ꝫ fecundissima his attributa. Ubi templum quoq̄ꝫ maximum inter edificia collocauit: ꝛ circum id aream trium semis stadiorum cesari dedicauit: eiusq̄ꝫ oppidi habitatoribus precipua legum beneficia prestitit. Insuper his alterius terre adiectione donatus a Cesare aliud tēplum circa iordanis fontem candido marmore posuit: qui locus appellatur panium Ubi montis quidam vertex in precelsum editus propter subiecti lateris vallem specus aperit vmbrosum: qua profunde altitudinis rupes ad immensuꝫ liquentis gutte receptaculum concauatur ꝛ stagnantis aque copia dimittentibus aliquid donec terrem inueniat longitudo nulla sufficiat. Foris autem de spelunce radicibus oriuntur fontes. ꝛ ut quidam putant: hoc est iordanis principium: Sed veri fidem in posterioribus indicabimus. Quin ꝛ apud iericuntha inter castellum cyprum ꝛ priores domos regias: meliores alias: ꝛ que commodiorem vsum preberent aduenietibus fabricatas eorundem amicorum nominibus vocitauit. Prorsus non est idoneus regni locus: quem honore cesaris nudum reliquerit. Postea vero q̄ꝫ fines suos templis repleuit in prouincia quoq̄ꝫ honores suos effudit ꝛ multis ciuitatibus templa que cesaria vocantur instituit. Cum autem inter maritimas ciuitates vidisset vnam vetustate fessam que stratonis pyrgus vocabatur: ꝛ pro loci natura munificentie sue capacem. Totam eam candidissimo saxo reparatam clarissima regia decorauit. ꝛ in ea maximam in natura sui animi magnitudinem demonstrauit. Nam inter doram ꝛ ioppen. quarum media ciuitas sita est. Omnis ora maritima adeo fuit importuosa: ut omnes qui ad Egyptum ex Phenice nauigarent in salo fluctare cogerentur minas Aphrici metuentes. Cuius etiam mediocris aura tantas vndarum moles ad scopulos erigit: Ut remeante estu Gurgitis per aliquantū spatium

maris feritas augeatur. Sed rex liberalitate ac sumptibus deuicta natura pyreo ma
iorē portuꝫ fabricauit: ⁊ i eius penetralibus alias nauibus statiões fecit altissimas.
Et quāq̄ȝ omnis ei locus aduersabatᷓ: tamen ita cum difficultate certauit: ut firmitas
quedam structure nequaq̄ȝ mari cederet. Pulcbritudo vero tanta esset: quam nulla
res ardua perpedisset ornatum. Metitus enim quantū diximus portui spacium per
viginti vlnas in ꝓfundum saxa demisit. Quorum pleraqȝ pedum quinquaginta lon
gitudinis: ⁊ altitudinis nouem: ⁊ latitudinis decem. Nonulla vero etiaȝ maiora fue
runt. Expleto autem spacio quod vnda celabat: in ducentorū pedum muerum dila-
tauit. Ex quibus centum repellendis erant fluctibus ante cōstructi: vnde etiā ꝓcy-
mia dicebatur. Ceteri autē saxeo quo portus cingitur muro subiecti sunt magnis tur
ribus interpositis: quarum maxima atqȝ pulcberrima ex parēte Cesaris drusum co-
gnominata est. Crebri autem fornices ad ducenda que portus baberet proqȝ fornici-
bus: ⁊ circum eos pila saxea ⁊ lata que naues egrediētes exciperet ambulatu. Adi-
tus autem a septētrionali erat. Uentorū enim pro situ loci placidissimus est boreas.
Ad bostium vero statue sue colossi tres vtrinqȝ fulti columnis: quarū a leua quidem
intrātibus stantis solida turris sustinet. Dextra vero duo ꝓceri lapides iuncti: ⁊ par
tis aduerse turris magnitudinē superantes. Domus autem portui cōnexe candido
itidem lapide: pariqȝ mensura spatiorū ciuitatis vice tendētis in portum. Contra bo
stiū vero portus in colle cesaris templū magnitudine simul ⁊ pulcbritudine ꝑcipuuȝ:
statuaqȝ in eo cesaris siue colossus nō minor q̄ȝ iouis apud olympia: cuius ad exem
plar factus. Romano autē par ⁊ iunoni que argis est. Oppidum autem ꝓuincie de-
dicauit: rebusqȝ aduectitījs portum. Cesaris vero conditoris bonorem: vnde ciuitati
cesarie nomen imposuit. Quin etiam ⁊ cetera opera forum tbeatrum ampbitbeatruȝ
digna vocabulo collocauit: ⁊ quinquēnali certamine instituto nomen ei cesaris dona
uit. Primusqȝ ipse in centesima nonagesima ⁊ secūda olympiade maxima premia
ꝓposuit: vt non solum victores: sed ⁊ proximi ⁊ tertij successores eorum regalibus di
uitijs potirentur. Antbedona quoqȝ reparatam: quam bella subuerterant agrippiuȝ
vocauit: nimiaqȝ beniuolentia nomen amici etiam porte inscripsit: quam ipsi in tēplo
edificauit. Sed nec parentes suos ita quisq̄ȝ dilexit: nam ⁊ patris monumento opti-
mo regni campo ciuitatem condidit: fluminū arborūqȝ ditissimam: eāqȝ antipatridaȝ
nuncupauit. Et super iericunta castellum natura tutum ⁊ pulcbritudine precipuum
muro cinxit: atqȝ in bonorem matris Cyprum vocauit. Fratriqȝ pbaselo turrim cō
gnomie bierosolymis dedicauit: cuius babitus ⁊ in magnitudine claritas postea de-
clarabitur. Aliamqȝ ciuitatem in regione qua de iericunta in boream itur Pbaselū
nominauit. Cognatis autem ⁊ amicis eterne glorie traditis: nec sui quidem fuit im
memor: sed castellum contra montem arabici lateris propugnaculo permunituȝ de
suo nomine berodium vocauit: tumulūqȝ asta idem qui manu factus stadiorum se-
xaginta spatio ab bierosolymis aberat: similiter nominatum municentius accura-
uit. Etenim rotundis quidem turribus cacumen eius amplexus est. Ambituȝ au
tem compleuit edibus regijs liberalissime exornatis: vt non solum interna membro-
rum facies clarior esset: verum etiam foris parietes ac materie tectaqȝ largis infusa
diuitijs elucerent. Aquam enim plurimam ingenti sumptu ac labore ex longo inter-
uallo induxit: perqȝ ducenta gradus marmoris candidissimi fabricauit ascensum.
Erat autem totus collis manufactus ⁊ clementer excelsus. Qui ⁊ aliam circum ra
dices eius regiam ac diuersoria que sarcinas ⁊ amicos recipere possent edificauit:
vt pro rerum quidem omnium copia ciuitas esse videretur. Castellum vero do-
mus regalis circūscriptione: tantis autem constructis edificijs animi sui magni-
tudinem in plurimis etiam externis ciuitatibus demonstrauit.

Nãq3 apud tripolim τ Damascu3 τ ptolomaida publicas balneas que gymnasia dicunt. bibli autē murum: exedras vero τ porticus fora: que τ tēpla briti ac tyri: nec non τ sidonem apud τ Damascū theatra condidit. Maritimis autē laodicensibus aque ductū: apud ascalon vero nymphea sine lacus ornatissimos τ balneas. Itēq3 pistilla tam opere q̄3 magnitudine miranda cōstituit. Sunt quibus etiam lucos portusq3 prebuit. Multe ciuitates ab eo tanq̄3 regni socie agris quoq3 donate sunt. Ad exhibitionē vero thermarū alijs redditus ānuos ac ppetuos delegauit: quēadmodū comis ne quādo beneficij gratia deficeret. Ad hec frumenta cūctis ministrauit egentibus: τ insulis rhodiorū ad instruendā classem pecunias sepe: multisq3 in locis prebuit: incensūq3 pythium in meliorem formā reparauit sumptibus suis. Quid dicam eius in licbios aut Samos libertate3: per que omnē ioniam eorum que desiderasset quisq3 largitiones. Nōne Athenienses τ lacedemonij τ Nicopolitani: τ in Misia pgamus herodis sunt plena donarijs. Nōne antiochensiū syrie plateam cū plena ceni esset ab oibus vitaretur per viginti stadia plixam statuit: polito marmore declinandisq3 imbribus q̄3 longa esset ornauit. Sed hec quidē propria quis dixerit illorū quibus ea detulit populorū. Quod autē elidēsibus prestitit: non solum Achaie commune: sed etiā totius orbis terre munus esse videtur: per quē Olympiaci certaminis gloria diffunditur. Nam cū hos deficere sumptuū videret inopia: quodq3 solum ex veteri grecia restabat effluere: nō solum agonithetā ipse factus est: eo lustro q̄ cum romam nauigaret offendit: sed ppetuos pecuniarū questus instituit: vt nunq̄3 eius memoria agonithete munere fungi desineret: inextricabile opus erit debitorū remissiōes exponere: sicut phaselitas τ balaonetas. Alia que circa Ciliciam municipia leuauit ānuis pensionibus: licet multu3 eius animi magnitudinē timor fregerit: ne quam pateretur inuidiā veluti maius aliquid aucuparetur: si beneficijs amplioribus afficeret ciuitates: q̄3 qui eas haberēt. Quin τ corpore vsus est quod animo cōueniret. Cūq3 summus venator esset: in hoc tamē ipso equitandi peritia que cuperet assequebatur. Deniq3 vno die quondam quadraginta feras subegit. Est aute3 aprorum altrix illa regio: sed magis ceruis τ onagris frequentatur. Bellator autem erat qui sustineri nō posset. Itaq3 multos etiam in exercitatione terrebat: quibus τ torquendo iaculo directissimus: τ sagittarum librator videbatur egregius. Preter animi autē corporisq3 virtutem: fortuna quoq3 secunda vsus est. Raro aute3 contra votum eius belli cessit euentus. Et si quando id accidit: non ipsius culpa: sed aut proditione quorundam: aut temeritate militum factum est. At vero publicam ei felicitatem memores inuidere domestici: τ aduersi casus ex muliere ceperunt: quam maxime diligebat. Na3 quia regis meruit potestatem: repudiata quam priuatus acceperat vxore ex hierosolymis genus ducente que dosis vocabatur: Mariannem sibi coniunxit Alexandri filiam Aristoboli filij: vnde domus eius in discordiam venit. Et ante quidem maxime vō postq̄3 roma egressus ē. Nā primū Antipatrū ex doside filiorum causa: quos de mariāne susceperat expulit ciuitate: solis festis diebus eo cōmeandi facultate concessa. Deinde auum coniugis hyrcanum ex parthis ad se reuersum propter insidiarum suspitionem peremit. Quem captum quidē occupata syria Barzaphranes adduxerat: miserati vero gentiles liberauerunt: qui vltra eupbraten colebant. Et si monitis eorum paruisset ne ad herodē transiret: non interijsset. Uerum mortis eius fuit illecebra neptis matrimonium. Hoc enim fretus multoque amplius patriam desiderans venit. Herodem autem commouit non q̄ regnum affectaret: sed q̄ ipsi iure deberetur. Quinq3 autem filiorum quos ex Marianne susceperat: due femine ceteri mares erant. Horūq3 minimo rome in studijs mortuo: duos maiores τ propter matris nobilitatem: τ q̄ iam regnanti sibi fuissent geniti regie producebat.

Sed enim fortior amor his Marianes suffragabatur: que in dies singulos ꝓficiēs succendebat adeo herodem: vt eorum nihil sentiret: que ꝓpter dilectam sibi doleret. Tantum nāq3 in eum Marianes erat odium: quantū ipse illa3 amabat. Habens igitur ex rebus quidem ipsis inimiciciarū probabiles causas: ex amore vero fiduciā meo ei que hyrcano auo suo fecisset obijciebat: queq3 in fratrē ionathen egisset. Nec enim vel huic quicq3 qui puer erat parcebat: quem pontificem in decimosexto etatis anno creatum: post honorē statim occidit. Atq3 ille quidem cum sacra veste amictus ad aram accessisset festo die populus omnis illachrymauit: ꝛ tamen noctu missus in iericuntha: ibi sicut mandatū fuerat lacu submersus a galathis interijt. Hec igit̃ herodi Marianē ꝓbro dabat: sororēq3 eius ꝛ fratrē maledictis atrocioribus dehonestabat. Sed ille quidem amore mutus erat. Graui autē indignatione mulier seuiebat: ꝛ quo maxime cōmoueretur herodes isimulabat eum adulterum. Preter alia multa que verisimilia fingerētur hec accusantis: ꝙ in egyptum imaginē suam misisset Antonio: proq3 imoderata libidine absentem se ꝓperasset ostendere viro mulierū cupidine insanienti: ꝛ qui vim posset afferre. Id veluti fulmen aliquod emissum ꝑturbauit heroden: maxime quidem amoris causa emulatione succensum. Deinde etiam cogitante Cleopatre seuitiam: cuius gratia ꝛ lisanias rex: ꝛ Malichus arabs erant perempti. Non eni3 coniugis amissionē: sed morte sua periculū metiebatur. Itaq3 ꝓfecturus romam Iosippo salome sororis sue viro quem fidum habebat: ꝛ ꝓ affinitate beniuolum cōmendabat vxorem: mandato ei clam vt eam interficeret: si etia3 se occidisset Antonius. Uerum iosippus nō maligne: sed regis amorem mulieri cupiens demonstrare: ꝙ ab ea neq3 mortuus pateretur diuelli: secretu3 ei sermonē aperit. Et illa reuerso herode multaq3 inter fabulas de affectu iurante: qđq3 nunq̄3 ess3 alterius mulieris amore captus: valde inquit amor nos tuus mandatis iosippo comprobatus est: quibus vt me occideret precepisti. His auditis que occulta credebat amens erat herodes ilico: nec vnq̄3 iosippū mandata sua ꝓditurum fuisse ratus: nisi eam corrupisset pre dolore isaniebat. Cūq3 stratis exiluisset in regia spaciatur: ibiq3 tūc Salome soror eius accepto tempore criminādi suspitionē de iosippo cōfirmauit. Unde herodes immoderato emuli dolore furens confestim vtrunq3 iussit interfici. Deinde penitudo sequebatur insaniam: ꝛ postquam iracundia concidit: amor iteru3 calescebat. Tanta vis autem cupidinis erat: vt ne mortuam quidem putaret eam: sed egritudine quasi viuam alloqueretur. Donec processu temporis funere cognito meroris magnitudine quam superstitem dilexerat equauit affectum. Materne autem iracundie succedunt filij: ꝛ immanitatem sceleris reputantes: non aliter suspectum patrem q̄3si hostis esset habebant. Idq3 ꝛ antea quādiu rome in studijs erāt: ꝛ multo magis postquam in iudeam reuersi sunt. Siquidem cum etatibus eorū mentium quoque roborabatur affectio. Iam vero maturi coniugio vnus amite sue Salomes que matrem amborum accusauerat filiam duxit: alter Archelai cappadocu3 regis. Unde accessit etiā libertas odio: ꝛ occasiōes ex eorū confidentia delatoribus date sunt. Itaq3 apertius quidam cum rege loquebatur: ꝙ ei per vtrunque filium instruerentur insidie. Alter quidem vltrices materni exitij simul cum fratre armaret manus. Alter vero hoc est Archelai gener socero fretus etiam fugam pararet: ipsu3 apud cesarem accusaturus heroden. His igitur criminationibus repletus herodes veluti propugnaculo sibi futurum aduersus filios adducit Antipatrum ex doside susceptum. Hisq3 illum proponere modis omnibus cepit. Qui cum hanc mutationem tolerabilem non putarent: ac priuata matre editum proficientem viderent: indignationem cohibere pro sua nobilitate non poterant: sed in singulis quibus offenderent̃ iram ꝓdebāt. Et illi quidē in dies singulos magis magisq3 negligebāt̃.

Antipater autē sui causa fauorabilis erat: nam ꝛ patri blandiri callide nouerat: ꝛ varias inter fratres suos calūnias conferebat: quedam ipse dictans: amicos vero suos ad alia vulganda submittens: donec omnino spem regni abscidit fratribus suis. In testamēto enim ipse quoqꝫ aperte iam successor fuerat declaratus. Deniqꝫ tanqꝫ rex etiā ad cesarem missus est: cultuqꝫ regio ꝛ ceteris obsequijs preter diadema vtebatur. Tempore aūt sequenti valuit suā matrem in cubile Mariānes inducere: duobusqꝫ armoꝝ generibus in fratres vsus: blanditijs ꝛ opinationibus regi obrepsit: vt etiam de filioꝝ morte cogitaret. Quapropter Alexandrū quidē secum romā pater abstractum: veneni sibi dati reum apud cesarem postulauit. Ille autē vix deplorādi copiā nactus: ꝛ licet imperitissimū iudicem: tamen herode ꝛ Antipatro prudentiorē: delicta quidem pr̄is verecūde repressit: in se vero delata crimia diluit: piculorūqꝫ socio fratre purgato: mox de Antipatri calliditate ꝛ de suis iniurijs questus est: cū preter inocentie constantiā eloquentia iuuaret. Erat autē acerrimus in dicendo. Postremo plocutus ꝙ eos pater libēter occideret: auxit facinus ꝛ lachrymas quidē cunctis excussit. Uerum cesarem sic affecit: vt eorū accusatiōibus spretis herodē statim reuocauit in grām. Hac autem lege recōciliatio facta est: vt adolescentes quidē patri in oībus obedirent: ille aūt relinqueret regnum cui vellet. Postea rex roma reuersus: licet soluisse criminibus filios videret: nōdum tamen erat suspitionibus liberatus: quoniā argumentū odij sequebatur antipater: ꝛ si verecundia reconciliatoris palam proferre inimicicias nō auderet. Cum vero siciliam preternauigās eleusinam venisset: suscepit eum benignissime Archelaus: ꝓ salute generi gratiā referens: ꝛ reintegrate concordie causa letus: quippe nihil moratus amicis rome scripserat: vt in causa dicenda suffragarentur Alexandro: ꝛ vsqꝫ ad zesirium deduxit talentis. xxx. donatū. Postea vero qꝫ hierosolymā peruenit herodes: populo cōuocato tribusqꝫ filijs prope se stantibus cām reddit ꝓfectionis: multasqꝫ deo gratias agit: multas etiam cesari qui domus sue perturbationē sedasset: quod regno maius esset: concordiā filijs prestitisset: qꝫ ego inquit arctius cōpilabo. Nam ille quidē me regni dominū ꝛ successoris iudicem cōstituit. Ego autē cum mea cōmoditate gratias refero: tresqꝫ filios meos reges designo: huiusqꝫ sentētie me socium primū dominum fieri precor: deinde vos. Nāqꝫ huic etas: illis nobilitas successionē regni conciliat quidē magnitudo eius etiam pluribus sufficit. Quos autē cesar vinxit: ꝛ pater constituit obseruate. Non iniustis eos neqꝫ disparibus: sed meritis colentes honoribus. Nec eni tanta quis reficiet cum leticia qui preter etatē obsequitur: quantū ei quem despiciet doloris infliget. Quos aūt seniles coniunctos esse oporteat: ꝓpinquos atqꝫ amicos ego distribuam: ꝛ cōcordie sponsores illos constituā: ꝓ certo sciens seditionū contentionūqꝫ causas ex cōtubernaliū nasci malicia. Hosqꝫ si boni fuerint affectiones tueri. Rogo aūt vt non solum isti: sed etiā primates ordinū exercitus in me solū spem habeāt in presentia. Nō eni regnū: sed regni honorē filijs meis trado: ꝛ iocūditatē quidē quasi rectores patiuntur: pondus aūt rerum tametsi nolim meū est. Consideret aūt quisquis vestrum etatem meā: viteqꝫ institutū necnon etiā pietatē. Nam neqꝫ senex adeo sum vt de me cito desperet: neqꝫ voluptatibus assuetus: que adolescentiū quoqꝫ vitam spacio breuiter cōcludunt. Diuinitatem vero ita colimus: vt in longum nos euum ꝓgressuros esse credamus. Quod si quis in cōtemptū meum filijs meis placere maluerit: etiā pro illis mihi suppliciū dabit. Ego enim non ꝙ inuideam de me genitis honorifice eos haberi veto: sed qꝛ noui hec adolescētibus studia ferocie nutrimēta suggerere. Itaqꝫ sic cogitēt qui ad eos se applicāt: bonis quidē apud me paratū esse p̄miū: seditiosis vero apud ipsos quibus lenocinabuntur: infructuosam fore malignitatē. Oēs ꝓfecto mecū hoc est cū filijs meis sentiēt. Nāqꝫ his expedit me regnāte neqꝫ his esse cōcordem.

verba herodis.

Nos autez o boni filij sacrā primū retinentes mente figurā: cuius affectiones inter feras bestias salue sūt. Deinde cesarē q nos reduxit in gratiāmeqz tertiū qui ea que iubere liceat rogem fres pmanete. Iā nunc autez vobis: & vestimenta & obsequia dabo regalia. Deumqz oro conseruare iudicium meū si concordes eritis. Hec locutus singulos benigne consalutauit: populūqz dimisit alia ɔuenientia dictis eius optantes qui vero mutatiōis erāt cupidi nec audisse quidez se quicqz simulātes: fratres autem dissensio nō reliquit: sed peiora suspicātes alius de alio digressi sūt. Nāqz alexander & aristobolus egre ferebāt confirmatum esse antipatro meritum. Antipater autē succensebat vel secundo loco fratres haberi. Sed tamen ille ꝓ varietate morum & reticere secreta nouerat: & quanto sibi essent odio multa fraude celabat. His autez ꝓ nobilitate in lingua erat quicquid venisset in mentē. Et multi quidem his instigandis operā dabāt: plures autem amicorū sese explorādi cā insinuabāt. Itaqz omne quod dictū esset apud alexandruz statiz apud antipatruz erat: & ab antipatro ad herodem cum adiectione deferebatur. Nec vel similiter aliquid ꝓlocutus: adolescens innoxius habebat: sed cuncta eius verba in crimia vertebātur: maximaqz mimis affingebant: sic vbi liberior paulo fuisset. Semp autez qui eū irritarent submittebat antipater: vt mendacia sua veras occasiones haberent: multisqz falso vulgatis vnum quid cōprobatū fidez omnibus faceret. Sed huius quidez amicorū quisqz aut natura tacisturnus erat: aut muneribus parabat: ne quid occultū expromeret negasset aliquis si antipatri vitā malitie dixisset arcanuz: alexādri vero fāiliares aut pecunia corruptos aut impulsos blāditijs quibus expugnauit oia: ꝓditores ac fures eorū que ɔtra se dicerent: siue agerent effecerat. Cū caute vniuersa cōmitteret: astutis etiā criminationibus aditus ad herodē moliebat: fratrisqz psonā gerens alijs delatoribus vtebat. Si quid in alexādrū nunciassent fauore simulato id quidē primo reprehēdisset: mox otiose adstruendo regis iracundiaz ꝓuocabat: omniaqz ad isidias referebat: & ut necem patris alexāder optare videret. Nihil enim maiorē fidē calumnijs suggerebat qz si eū purgaret antipater his accensus herodes quantū in dies singulos de affectu adolescentiū detrahebat: tātum adijciebat antipatro. In eandē vero ptem inclinati sunt etiā qui regno parebant: hi volentes alij ꝓ impio sicut ptolomeus amicoruz carissimus: regisqz fratres ac tota ꝓgenies: omnia nanqz in antipatro sita erant: & qđ alexandro fuit acerbissimū cuncta in eorū pniciē matris antipatri cōsilio gerebātur. Nouerca enim senior erat: multoqz plus qz priuignos oderat: quos regina mr edi derat. Sed quanqz oēs vt antipatro magis obsequerent spes inducebat: nō minus tamen precepta regis queqz ab adolescentibus sepabant: qui carissimis dixerat: ne quis ad aristobolū vel eius fratrē accederet: aut se ad eos applicaret: nō solis eniz regalibus erat formidini: verū etiam externis. Nulli enim regū tantum potestatis cesar dederat: vt fugitiuos suos quāuis ex ciuitatibus non subiectis ei liceret educere Adolescentes autē delata in se facinora nesciebāt: hisqz propterea capiebantur icautius. Nullus enim palam incausabatur a patre: sed affectu refrigescente paulatiz intelligentes dolorē asperius excitabant. Eodem autē modo etiā pherorام patruū & Salomen amitam contra illos cōmonuit antipater assidue: velud cuz vxore sermocinando: quibus in eos instigaretur. Huius autem inimicitijs conspirabat alexādri quoqz vxor glaphira multa de sua nobilitate cōmemorans: cunctarumqz se que in regno viuerent dominam esse dictitans: paternū enim genus a temeco: maternū ab dario histaspis filio ducere: multumqz ignobilitatem despiciens sororis & vxoris herodis: quarū queqz ꝓpter formam non propter nobilitatē eēt electa. Nā multas ei fuisse diximus vxores: quod licet & iudeis more prio plures habere: quodqz rex pluribus oblectaret. Omnibus igit propter superbiam & ɔtumelias glaphire iuisus erat.

Alexander. Salomen autẽ aristobolus: ⁊ si socrus eius erat: ipse inimicã sibi reddi-
dit: ⁊ ante quidem propter maledicta glaphire seuientẽ: ⁊ frequẽter ei hũilitatẽ gene-
ris obijciebat vxori ꝙꝙ ipse plebeiã: reginã vero frater suus duxisset alexander: hoc
salomes filia cũ fletu mr̃i nunciauit. Addebat autẽ ꝙ aliorũ quoqꝫ fratrũ matres idẽ
alexãder ⁊ aristobolus si regnũ obtinuissent: textrices cũ ancillis facere minitarẽtur
ipsos quoqꝫ vicorũ scribas scilicet irridẽtes ꝙ litterarꝫ studijs operã darent. His cõ-
mota salomes ꝙ iracũdiã cobibere non posset herodi cuncta indicauit. Satis autẽ
idonea videbantur cõtra generũ dicẽs. Et preter hec alia quedã criminatio diuulga-
ta est: que succẽdit animũ regis. Audiuit enim alexandrũ ⁊ aristobolũ crebro mr̃ẽ
iplorare: casumqꝫ eius cũ gemitu atqꝫ imp̃cationibus conqueri: ac sepe illum quedã
ex mariannes vestimentis posterioribus diuidentem coniugibus minitari solitos eẽ
ꝙ cito ꝑ regalibus delitijs eas factis vestibus indueret. His de causis herodes li-
cet prestantẽ animũ adolescẽtiũ formidaret: tamen ne spẽ correptionis eis abscinde-
ret: ad se eos vocauit. Romã eni nauigaturus erat: ⁊ quasi rex pauca interminatus
pluribus quasi pater monuit: rogauitqꝫ vt fratres diligerẽt ꝑmissa priorũ peccatorũ
venia si post hec meliores fierent. Illi autẽ criminationũ inuidiam deprecando fi-
ctas eas eẽ dicebãt: purgationisqꝫ sue fidẽ rebus ipsis posse constare: verũ quoqꝫ ip-
sum debere omissa facilitate credẽdi aditũ maledictis obstruere. Nunꝙ enim calũ-
niatores defore: dũ cui persuadeat extabit. Cũ his eum mature placuissent: qui vt
patrẽ presenti metu reiecto: de post futuris merere ceperunt. Etenĩ cognouere Sa-
lomen sibi esse infensã: ⁊ patruũ pheroram: vtriqꝫ autẽ seui ⁊ graues erant: sed ampli-
us pheroras qui totius quidẽ regni preter diadema socius erat: ꝑprios autem reddi-
tus habuit. c. talenta totiusqꝫ trans iordanẽ fructus ipse caperet a fr̃e sibi dono data.
Quin etiã tetrarcham eũ fieri beneficio cesaris idẽ herodes impetrauerat: regaliqꝫ cõ-
iugio dignatus erat: sorore vxoris sue nuptũ ei collocata. Et post illi⁹ mortẽ despõde-
rat ei filiarũ suarũ maximã. ccc. talẽtis in dotẽ datis. Sed regale cõiugium pheroras
ãcille amore captus refugerat. Quãobrẽ iratus herodes filiã quidẽ nuptũ dedit fr̃is
filio: qui post a parthis occisus ẽ. Mox autẽ morbo pherore venia data idignatiões
remisit. De hoc etiã erat opio ꝙ viua regina herodẽ opprimere voluisset veneno. Sꝫ
tunc plurimis delatorib⁹ aditus erat: vt ꝙuis amãtissimus frater eẽt herodis: fide
tamẽ eorꝫ que audisset adduceret ad metũ. Itaqꝫ de multis qui suspecti erant habi-
ta questione postreo ad pherore amicos venit: quorꝫ nulla quidẽ fuit de maleficijs ap-
ta confessio: sed ꝙ amica suspecta in parthos cogitasset effugere ꝑdiderunt. Huius
autẽ cõsilij ⁊ fuge cõsciũ eẽ aristobolũ salomes maritũ cui rex eã tradidit. Postꝙ su-
perior adulterij cã perẽptus ẽ: sed nec salome crimiatione libera mãserat. Nã ⁊ hãc
pheroras accusabat ꝙ cũ sillaeo ꝑcuratore obedire regi arabũ de nuptijs cõstituissꝫ
quẽ inimicissimũ herodes habet: cõuicta autẽ ⁊ in hoc ⁊ in omnibus: que pheroras
detulerat indulgentiã meruit: atqꝫ ipsũ etiã pherorã criminibus soluit. Domus ve-
ro tẽpestas in alexandrũ transijt: totaqꝫ capiti eius incubuit. Tres erant eunuchi re-
gi carissimi: ⁊ ex genere fãulatus neminẽ id latebat. Uni eni vinũ ministrare fuit cu-
ra: alteri cenã apponere: tertius autem dormitũ eum collocabat: ⁊ cum ipso cubabat
hos muneribus maximis alexander cupiditati sue subiecerat. Itaqꝫ postꝙ regi hec
sunt indicata vi tormentorum coacti ⁊ stuprum confessi sunt: ⁊ quibus essẽt ad hoc ꝑ-
missis inducti aperuerunt: quomodo eos fefellisset alexander nullam in herode spẽ
habendam esse: improbo sene cõmemorans: ⁊ qui capillos inficeret: nisi ob hoc solũ
eum etiam adolescentem putarent: verum se coli oportere: qui etiam inuito eo regni
esset futurus successor. Neqꝫ multo post ab inimicis penas repeteret: fortunatosqꝫ
amicos suos beatosqꝫ faceret ac pre ceteris ipsos. Quin ⁊ obsequa potẽtiũ alexãdro

clam parare: militumqꝫ rectores. Itemqꝫ ordinum principes occulte ad eum cõuẽi re dixerunt. Hec herodes adeo pertimuit: vt nõ auderet stati delata ꝓferre: sed exploratores die noctuqꝫ submittẽs dicta factaqꝫ singl'a scrutabat: ⁊ ꝺ qb⁹ suspitio eẽt illico trucidabat. Itaqꝫ regnũ eius acerbissima iniquitate repletum est. Nã pro suo quisqꝫ odio vel inimicitijs calumnias fingere: multiqꝫ regis iracundia cedis cupida contra aduersarios abutebãtur: ⁊ mendacio quidem confesti fides habebat. Erant autẽ criminationibus ipsis velociora supplicia. Deniqꝫ accusabat qui modo accusauerat: ⁊ cum eo qui ãte iustus eẽt ducebat ad penã. De vita nanqꝫ periculũ regis questiones breuiore compendio terminabat. Ad hoc autem seuitia ꝓcesserat: vt nec eorum quenqꝫ humãitus aspiceret: q accusati non essẽt: veruꝫ etiã amicis imitissimũ sese preberet. Itaqꝫ multis etiã regno interdixit: ⁊ in quos potestateꝫ non haberet in eos dictis asperis seuiebat. Accessit malis antipater collectaqꝫ amicorũ caterua nullum criminationis genus omisit. Tantus etiam ineptia sua regem cõmentisqꝫ delatorum timor inuasit: ut stricto instare sibi gladio videret Alexandrum. Deniqꝫ subito ⁊ ipsum correptũ in vincula coniecit: ⁊ in amicoꝝ eius tormenta perrexit: m'lti autem taciti moriebantur: nulla uite supra conscientiam proditi. Alij uero quibus mendatium impatientia doloris extorsit: de patris eum insidijs cuꝫ fratre Aristobolo cogitasse dixerũt tẽpusqꝫ obseruare: vt illo dũ venaretur occiso romã ꝓfugerẽt. His tametsi verisimila nõ erãt: sed necessitate cruciatus ex tempore fingebãt: libenti tam animo rex credebat ꝑ consolatione accipiens vincti filij ne id fecisse videret iniuste Veruꝫ alexander suspitionẽ patris nullo modo aboleri posse arbitrabatur: vltro malis assentiendum putauit ac digestis aduersus inimicos. iiii. libris fatet isidias: eorumqꝫ se plurimos socios habere ꝓscribit: ante omnes auteꝫ pherorã ⁊ salomen. Hanc enim etiã stupro sibi quondã eẽ mixtã: cũ vim noctu adhibuissꝫ inuito. Iãqꝫ libri in manibus erant herodis: multa ⁊ grauia de optimatibus fere clamantes cuꝫ mature in iudeaꝫ archelaus venit metuens genero simul ac filie quibus etiam pronti dentissimo consilio succurrit: regisqꝫ minas arte dissoluit. Mox enim cũ eo congressus vbi naꝫ est: clamat exitialis gener meus: aut vbi parricidiale caput aspiciã: quod meis manibus ipse lacerabo: addãqꝫ filiã meaꝫ bono marito nouo. Nã ⁊ si consilij pꝛiceps non est: quia tamen eiusmodi viri coniunx fuit inquinata est. Miror autem patientiã tuã cuius periculũ agitur ꝙ adhuc viuit alexander: ego nanqꝫ ita ex cappadocia properans veniebã: vt qui ⁊ illũ olim reperirẽ dedisse suppliciũ: ⁊ de filia questionẽ tecũ haberem: quã vite atqꝫ contẽplationis dignitate illi desponderã. At nunc de vtroqꝫ nobis consulendum est: licet nimiuꝫ pater sis: ⁊ ad puniẽduꝫ insidiatoreꝫ filiũ minus fortis. Permutemus dexteras: ⁊ alter alteri⁹ iracũdie vicarie succedamus. Talibus increpans ꝙuis pertinacem fallit herodẽ. Itaqꝫ quos alexander perscripserat libros legendos ei prebet singulisqꝫ capitulis insistens cũ eo deliberabat. Unde occasionẽ sui consilij nactus archelaus paulati causas in eos qui scriptis continebant: ⁊ in pherorã contulit. Cũ autẽ sibi credere regẽ videret: ꝯsiderandum est inquit ne forte adolescentulus tot nequissimoꝝ insidijs circũueniatur: nõ tu ab adolescentulo: nec eni apparere causã cur in tantũ ruerit scelus: qui ⁊ nunc regno potiretur: ⁊ successionem regni speraret nisi aliquos haberet huius persuasionis auctores: qui ad sinistram partem lubricum etatis impellerent. Ab eiusmodi nanqꝫ hominibus non solum adolescentulos falli: verum etiã senes domosqꝫ clarissimas totaqꝫ regna solere subuerti. Consentiebat dictis herodes: iramqꝫ paulatim remittebat in alexandro: ⁊ in pherorã excitabatur. Nanqꝫ hoc erat librorum quattuor argumentũ: qui vbi propensioreꝫ esse regis animũ sensit: ⁊ in omnibus apud eũ amicitiã archelai preualere: ꝙ honeste non possit ex ipudentia saluteꝫ quesiuit. Relictoqꝫ

alexandro confugit ad archelaum. Et ille non inquit videt quo se pacto existimat tantis criminibus inuolutum: quibus manifeste conuinceretur regem insidijs voluisse decipere omniumq; malorum presentium adolescenti causa fuisse: nisi mallit omissis artibus callidis et negandi pertinacia quibus insimularetur omnia confiteri: et a fratre presertim cum dilectus eet veniam petere. Nanq; ad hoc ei modis omnibus se quoq; opem laturum paruit archelao pherooras: atraq; veste cum lacrymis: vt q; miserabilis appareret instructus ad pedes herodis accessit: sicque meruit veniam postulans: et se quidem sceleratum esse fatebatur. Nanq; omnia que sibi obijcerentur fecisse. Horum autem causam esse dicebat diminutionem mentis atq; insaniā ex mulieris amore conceptam. Itaq; postq; stetit pherooras semetipse accusator ac testis tunc eum iam archelaus excusando herodis iracundiam mitigabat proprijs vsus exēplis. Etenim se quoq; a fratre multo grauiora perpessum. Naturale ius dicebat anteposuisse vindicte: quippe in regnis velut in magnis corporibus semper aliquam partem pondere ipso tumescere: quam recidi quidem nō oportet: leui vero curari.

Multa in hunc modum locutus archelaus. Herodem quidem pherore placidū reddidit: ipse autem alexandro tam diu manebat iratus: filiamque ab eo distractam secum abducturum esse firmabat: donec herodem compulit vltro pro adolescentulo deprecari: vt iterum ei filiam desponderet. Satis autem cum grauitate archelaus cui vellet eam preter Alexandro collocari promisit: maxime enim impendere que iura inter se affinitatis inuiolata permaneant: regem autem sibi filium ab eo donatū infirmante nisi matrimonium diremisset: q; et liberos iam haberent: vxor quoq; ab adolescente diligeretur: que si remaneret: peccatorum foret obliuio: si vero discederet causa de omnibus desperandi molliorem nanq; fieri audaciam: si domesticis affectionibus distrahatur. Vix tandem cessit: vnaq; et ipse redijt cum adolescente in gratiam et patrem eius reduxit. Proculdubio tamen eum Romam mitti debere: ait cum cesare collocuturum: de omnibus eni sese litteras ad eū fecisse. Consilium quidem Archelai quo generum periculo liberauit peractum erat: et reintegrata gratia in epulis et humanitate conuictus familiariter versabantur. Abeuntem autem muneribus talentorum septuaginta: solio quoq; aureo gēmis ornato. Et eunuchis et concubina donat herodes que panichis vocabatur. Itemq; amicorū eius quiq; pro merito: quin et cognati regis omnes iussu eius Archelao dono dederunt: eumq; tam ipse q; optimates eius Antiochiam vsq; prosecuti sunt. Non multo autem post quidam in iudeā venit Archilai consilijs multo potentior: qui non solū reconsiliationem gratie Alexandro quesitā fecit irritā: verū etiā causa fuit vt periret. Laco erat genere nomine Ericles ad regni desiderium amore pecunie corruptus. Iam eni luxū eius regia tolerare non poterat. His āplissimis donis herodi oblatis: velut eorū que aucuparetur illecebra: cū stati multiplicata recepisset imaculatā liberalitatem nihil esse ducebat: nisi regnū sanguine cōparasset. Itaq; regē adulatione falsisq; de ipso laudibus: et sermonis calliditate circūuenit: matureq; prospecto eius ingenio dictis simul et factis ne illi placerent inter primos eius amicos habetur. Nam et rex et omnes eius comites libenter ciuē sparthe patrie causa precipuo dignū honore ducebant. Ille autē postquā fragilitatē domus animaduertit: fratrūq; inimicitias et quēadmodū pater in singulos esset aiatus: Antipatri que quidē hospitio preuentus erat. Simulata vero amicitia fallebat Alexandrū oli se et Archelai sociū esse mentitus: quo etiā citius quasi probatus obrepsit. Moxq; ab eo fratri quoq; Aristobolo cōmendatus est. Pertentatis autē personis oibus aliā alio modo subibat: ac primū fit antipatri mercenarius et alexandri proditor: illū exprobrando castigans: q; cū fratrū sit maxim⁹ spei sue negligit insidiatores. Alexandrū vero q; regina creat⁹

ꝛ regie coniugis vir filiū priuate mulieris pateretur regno succedere. Presertī cū ha bebat magnā occasionē Archelaū: que quidē adolescenti vera fide suadere videbat ꝙ amicitiā simulasset archelai. Unde nec alexander quicꝙ metuens: ꝛ de antipa tro que se mouerent apud eū querebatur: ꝛ ꝙ nihil mirū faceret herodes si cum ma trē illoꝝ interemerit: ipsis quoqꝫ regnū auferret: quoꝝ cause Euricles ꝛ misereri e os ꝛ dolere pariter simulans etiam aristobolū ad ea dicenda pellexit: atqꝫ ita que relis in patrē vtroqꝫ deuicto referens ad antipatrū secreto discedit: affīcto insidiaruꝫ quoqꝫ mendacio quas ei fratres firmasse parabat: ac pene iā strictis gladijs in eum irruere. Ob hoc autē multa pecunia donatus ab antipatro laudator eius erat apud patrē: ꝛ ad extremū necis alexandri: ꝛ aristoboli redēpta opera ipse accusatoris par tibus fungebatur. Cūqꝫ adijsset herodē vitā ei se rependere beneficijs sibi pro dela tis: ꝛ lumen referre dixit hospitio. Nanqꝫ oli alexandrū exacuisse gladiū ꝛ ꝯfirmas se dexterā: veruꝫ sceleri tanto fuisse impedimento ꝙ societatē facinoris assimulasset. Alexandrū eni dicere non bene secū herodē actū putare: ꝙ regnū obtinuisset alienū ꝛ post matris eoꝝ necē principatū eius dilacerasset: nisi eā degenerē coaptaret he rodē: auitūqꝫ ipsoꝝ regnū antipatro spurio propinaret. Proinde semet hyrcani ma nes ꝛ Mariannes vltū iri. Nec eni decere successionē regni ab huiusmodi patre si ne cede suscipere: multis enim rebus ad hoc excitari quotidie: quia nihil omnino lo qui sine calūnia liceret. Nā si de nobilitate alioꝝ fiat mentio sine ratione se contūe lijs affici patre dicente solus generosus alexander: ꝛ cui pater sit pro ignobilitate de cori inuentionibus quoqꝫ offendere si taceat. Si vero laudet cauillatorem appellari prorsus vbiqꝫ imitem sibi patrē offendere: soliqꝫ antipatro indulgentē: ob que velle mori non recusare: nisi ex voto insidie successissent: sin eū occidisset: primū salutis oc casionē fore archelaū socerū suū ad quē facile possit effugere. Deinde cesarē q nunc vsqꝫ ignoraret mores herodis: nec eni sic ei astaturū vt antea patris presentiaꝫ formi dando: nec de suis tantū criminibus locuturū: sed primū toti⁹ gentis erūnas: ꝛ quos ad necē vsqꝫ tributis opprimeret vulgaturū. Deinde in quibus delitijs quibusqꝫ ac tibus parte sanguine pecunie consumpte sint: ꝛ qui vel quales ex illis fuerint locu pletati: qua causa ciuitates plagate: ibi autē quesiturū: ꝛ aui ꝛ matris neceꝫ: ꝛ omnia scelera regis retexturū: quibus cognitis nemo se iudicauerit parricidā. His Euri cles in alexandruꝫ falso delatis antipatri laudes prosequebatur illū solū qui patreꝫ diligeret esse confirmans: quiqꝫ adhuc insidias retardasset. Rex autē nondū pre terite suspitionis dolore compresso intolerabilis iracundie feritate turbatur: in hoc tē pus nactus antipater alios accusatores fratribus subornauit: qui eos dicerent cū io cundo ꝛ tyranno clā colo qui solitos esse equitum regis oli principibus: tunc vero ꝓ pter quasdam offensiones ordinibus motas. Hac denique predignatione succens⁹: confestī eos tormentis herodes subdidit. Illi autē nihil eoꝝ se que crimini darētur scire confessi sunt: sed oblata est quedā velut ad propositū castelli alexandri ab alexā dro scripta epistola deprecante: vt cū aristobolo fratre se in castellum reciperet: si pa trem iterfecissent: tam armis q̄ꝫ alijs subsidijs eos vti permitteret: hāc alexāder dio phāti cōmentum eē dicebat: qui regis erat notarius hō audacissimus: ꝛ cuiuslibꝫ ma nus litteras imitari pcallidus. Itaqꝫ multis sepe falso conscriptis ad hoc postremo occisus ē. Torto autē castelli quoqꝫ preposito: nec eius indicio quicꝙ herodes eoꝝ: que delata erant vera esse cognouit. Sed quāuis nullū documentū validū proferret filios: tamē interī absolutos asseruari precepit. Euricles vero domus sue pestem ac totius sceleris fabricatorem bene de se meritū datoremqꝫ salutis appellans: talentis quinquaginta donauit. Ille autem priusq̄ꝫ certuꝫ fama nūciaret ad archelaū ꝓpe rat: ausus qꝫ dicere: ꝙ herodem reconciliasset alexandro: ab illo quoqꝫ pecunias ca

pit. Deinde in achaiam transgressus ad similia facinora male quesitis abusus est. Postreo apud cesarē accusatus φ dissensionib⁹ repleuisset achaiā ⁊ ciuitates spoliaret: inde fugatur: atq3 hoc eū modo pene Alexādri ⁊ aristoboli persecute sunt: hoc loco dignum est Coumeuaristum huic spartiate conferre. Nāq3 is cum amicissim⁹ eēt alexādro: eodēq3 tēpore quo Euricles ibidē erat aduēisset pcontanti regi super his que ille insimularet: iuratus nihil se ab adolescētibus audisse firmauit. Nec tamen id quicq3 miseris profuit apud heroden solis maledictis aures paratissimas aperientē eūq3 gratiosissimum sibi iudicantē: qui secū eadem crederet: hisdemq3 moueretur. Incitabat preterea Salome crudelitatē ei⁹ in filios. Nanq3 hanc aristobolus quo periculis inuolueret: quā ⁊ socrum habebat: ⁊ amitā monitum miserat: vt saluti sue consuleret: quasi rex eā decreuisset occidere iterū insimulatā quoꝝ ante fuerat accusata: φ eni Silleo arabi nubere cupiens: que3 sciret eius inimicū: occulta illi secreta regis nūtiaret. Et hoc fuit extremū quō tanq3 tempestate oppressi adolescentes: non secus ac turbine pessundati sunt. Salome eni protinus contendit ad regē eiq3 monita aristoboli prodit: atq3 ille vlterius durare non passus: vtrunq3 filium vinxit: ⁊ separatos asseruari precepit. Deinde volumū militie magistrū: ⁊ ex amicis suis olimpū descripta ferentes indicia proficisci iussit ad cesarē: qui postq3 Romā naui delati sunt: regisq3 litteras reddiderunt: vehementer quidem cesar in adolescentes exarsit: verū etiam potestatem in filios a patre auferendam esse non duxit. Denique rescribit ei vt ipse sui dominus eēt arbitrij: melius tamen facturum dicens: si in communi consensu propinquorum suorum prouincieq3 rectorū de insidijs quereret: eosq3 si delato crimini reperiret astrictos occideret. Si vero fugam tātum eē meditatos mediocri supplicio contentus eēt. Parit scriptis herodes: cunq3 beritū quo cesar iusserat peruenisset cogit iudicium. Presederunt autem iudicio rectores: quibus a cesare scriptum fuerat: saturninus ⁊ penaius legati: ⁊ cum his volumnius procurator. Itemq3 propinqui regis ⁊ amici: necnon ⁊ Salome ⁊ pheroras: ⁊ post hos optimates Syrie preter archelaum regem. Nanq3 hunc herodes φ alexandri socer eēt suspectum habebat. Sed filios quidem satis prouido consilio i iudiciū non produxit: sciebat eni φ si tantū visi fuissēt omni modo ad misericordiā cunctos impellerent: si vero etiam dicendi copiam nacti eēnt facillime alexandrum obiecta diluere. Igitur illi quoq3 custodiebantur in platene vico sidoniorum. Exorsus autem rex veluti cū presentibus ageret commouebatur: ⁊ insidias quidem timide obijciebat. Nam pbationibus deficiebat maledicta vero ⁊ probra ⁊ iniurias: ⁊ peccata plurima in se admissa prosequebatur: eaq3 morte grauiora eē confessoribus demonstrabat. Postremo cum nemo contradiceret semetipsum argui miserabiliter questus: acerbamq3 victoriā vincere singulos sententiam rogat in filios: ⁊ primus saturninus condemnandos eē adolescentulos: sed non morte pronunciauit: nec enim fas eē cum tres ipse astantes habet filios mortem alienis decernere. Idem etiam duobus legatis visu3 est: eosq3 nonnulli alij secuti sunt. Tristem vero sententiam primus volumnius dixit cunctiq3 post eum herodis emulatione vel odio: neque indignatione quisq3 necādos eē adolescentes iudicauit. Tunc autem vniuersa iudea ⁊ Syria suspensa quidē operiebatur huius tragedie finem: sed nemo estimabat herodis crudelitatem ad parricidium vsq3 processuram. Ille tantum filios tyrū traxit: atq3 inde naui cesaream deuectos: quo mortis genere perimeret cogitabat. Interea vetus quidam regis miles Tyro nomine: qui ⁊ filium habebat alexandro assuetū atq3 amicū: ⁊ ipse diligebat adolescentulos: pre nimia indignatione mentis in postremo hos circumiens clamabat conculcatam eē iustitiam veritatem perijsse: naturam eē confusam: vitamq3 hominū iniquitatis eē plenam: ⁊ omnia que dolor contēptori vite dictasset: deide ip-

sum etiam regē ausus adire: mihi vero inquit omnium videris eē infelicissimus: qui contra carissimos nequissimis credas. Siquidem pherozas ⁊ Salome fidē apud te advers⁹ filios habēt: quos sepe ipe mortis supplicio dignos eē iudicasti: neqꝫ adversus hoc eos agere: vt iustis successoribus destitutus cū solo remaneas antipatro capi facile regē optantes. Verūtamen cogita ne ille quoqꝫ militibus odios⁹ sit ꝓpter cedē omniū fratruꝫ. Nullus eni est qui nō adolescētiū misereatur. Principum aūt plurimi etiā palā graviter ferūt. Hec dicens simul eos: quibus res indigna videretur noiabat. Rex autē stati illos ⁊ ipsū cuꝫ filio comprehendi iubet. Ibiqꝫ cuꝫ alijs quidā regalis tonsor nomine tripho: nescio qua exagitatus insania semetipsū idicās ꝓsilit: ac mihi quoqꝫ tyro inquit iste persuasit vt occasione tondēdi novacula te occiderē: magnaqꝫ alexandrū daturū munera pollicebat. His auditis herodes: ⁊ tyronē eiusqꝫ filiū: ⁊ tonsorē subdidit questioni. Cunqꝫ illi pernegarent: tonsor autem amplius nihil diceret tyronē vehementius torqueri iussit: tū que filius eius pr̄is miseratione cōmotus cuncta se regi: si eū sibi cōdemnasset indicaturū promisit. Eoqꝫ relaxato ipsius occidendi patrē suū habuisse voluntatē: dixit impulsū ab alexandro Hoc autē quibusdā factū ab adolescente videbat: quo tormentis eriperet patrem. Nonnulli verum eē firmabāt. Herodes tamen ⁊ militū principibus ⁊ tyrone pro concione accusatis: ita in eos armavit populū: vt ibideꝫ cū tonsore lignorū ⁊ lapidū ictibus interirēt. Filios vero in sebasten missos: quos non longo a cesario intervallo distaret: offocari precepit ea que re mature perfecta in castellū alexādriū mortuos asportari cū alexandro materno avo sepeliendos. Hic finis quidē aristobolo ⁊ alexandro vite fuit. Antipatro cū iam sine controversia successorē regni speraret: intolerabile gentis excepit odiū cunctis scientibus illū omnes fratribus suis conservisse calūnias: nihiloqꝫ minus timor eū non mediocris sollicitabat crescente sobole peremptorū. Erant eni alexandro ex Glaphira filij duo Tygranes ⁊ alexander: iteqꝫ aristobolo ex beronice salomes filia herodes ⁊ agrippa ⁊ aristobolus: filieqꝫ herodias ⁊ marianne. Sed glaphirā quideꝫ herodes cuꝫ dote sua in Cappadociam dimisit postqꝫ alexandrū interfecit. Beronicem autē aristoboli coniugē avūculo antipatri nuptū dedit: qui vt salomen quā offensā habebant sibi reconciliare istas nuptias excogitavit. Idē vero etiam pherozam muneribus alijsqꝫ obsequijs atqꝫ amicos ꝑterea cesaris ambiebat: magnas romā mittendo pecunias. Saturninum enim cum alijs omnibus apud Syriā donis expleverat: hoc autē magis invisus erat cunctis ꝙ plura donabat: velut ope tantas non munificentia largiretur: sed metu consumeret. Itaqꝫ eveniebat vt nec accipiendum benivolentia quicqꝫ profecerit: quibusque nihil dedisset acerbiores inimicos haberet. In distributionibus munerum quotidie largior erat: cum preter spem videret orbos pueros ab herode curari quantūqꝫ illū peremptorū cedis peniteret prolis eorum miseratione significari. Convocatis enim propinquis ac amicis suis: ⁊ pupillis astantibus cum lacbrymis opplesset oculos dixit: horum quidem mihi patres fortuna quedā tristis eripuit: ipsos autē orbitatis misericordia cum natura commendat. Experiar itaqꝫ vt si pater infortunatissimus fui: avus tamen sim providentior: ⁊ a quibus post me regantur amantissimos mihi relinquā. Despondeo igitur filiā tuam pherora maximo filiorum alexandri vt ei curator sis necessarius. Tuo vero antipater filio aristoboli filiam: eris eni hoc modo pater orbate. Sororem vero eius meus herodes accipiet: ⁊ pontifice avo materno pronatus. Et de his quidem sit iudicium meum: neqꝫ quisqꝫ dirimet quin me amabit. Precor autem deū etiā bono regni mei: meorumque nepotū copulare nuptias: atque hos pueros placidioribus: ꝙ patres eorum oculis aspicere. Postqꝫ

hec locutus effleuit τ puerorum dexteras iunxit:benignissime consalutatis singulis dimisit consiliū:stati diriguit antipater quantūq; dolore affectus eēt neminem latuit pupillorum. Nanq; honorē apud patrē quoq; sibi derogatū existimabat:iterūq; de rebus cunctis periculū fore:si alexandri filius preter archelaū etiam pherorам ad iutorez haberet:ad hoc reputabat odiū suum:τ orbitatis miserationem qua tota gēs flectebatur quanto viuentium puerorum studio:τ quanta memoria mortuorum scele re tenerentur iudei. Itaque omnimodo dirimere sponsalia studuit:τ callide qui dem patri surripere timuit seuienti:acriterq; vigilanti ad suspicandum. Palam ve ro eum supplex adire ausus est coramque deposcere:ne se honore priuari quo dignū esset iudicasset: nudūque regis nomen habere vellet: regni autem substantiam pe nes alios esse: nec enim posse rerum obtinere dominatum:si preter auum Archela um etiam Pherōras Alexandri filio socer esset adiunctus. Instantissime vero pre cabatur:quia numerosa eēt regia progenies nuptias permutari. Nouem nanq; regi vxores erant:sed harum septem vnde filios susceperat ipsum antipatrum ex do side herodem autē ex Marianne pontificis filia:itemq; antipan τ Archelaum ex Martha cesamaritide filiamque Olympiaden:quaz frater eius Josephus habu erat: ex hierosolomytide vero Cleopatra heroden τ Philippum:necnon ex Pal lade Phaselum. Habebat autem filias quoque alias Rosamen τ Salomen:vnā ex Phedra:τ alteram ex lopide:duasque vxores sine filijs consobrinam τ sororem ac preter has Alexandri τ aristoboli sorores duas ex marianne. Cum igitur tan ta prolis copia superesset aliter nuptias iungi postulabat antipater. Rex autem perspecto eius animo quid de pupillis cogitaret vehementer iratus est:quippe fili orum quos interfecerat casum reputans formidabat:ne etiam hi quandoque crimia tionū antipatri premiū fierent:sed tunc quidem senioribus dictis protelat. Postea vero blanditijs eius abductus sponsalia reformauit: ac primum ipsi antipatro Ari stoboli filiam collocat:filium vero eius iungit filie Pherore. Hinc licebit aduer tere quantuz antipatri valuerit adulatio:ꝙ ipsi in simili causa impetrare salome non potuit. Hanc enim quāuis soror esset:atque hoc sepe intercedente Julia vxore Ce saris postulasset arabum regi nubere non passus est:sed inimicissimam sibi fore iura uit:nisi ab hoc studio destitisset. Posteaq; inuitam Alexe cuidam ex amicis suis in matrimonium dedit:eiusque filiarum vnam alexandri filio: alteram antipatri a uunculo tradidit. Natarum autem Mariannes vna sororis filium habebat An tipatrum. Altera fratris Phaselum. Sic interrupta pupillorum spe antipater τ pro sua commoditate affinitatibus iunctis expectatiōe certa nitebať:adiectaq; maligni tati fiducia nequaq; erat tolerabilis:nā quia singulorū odiū vitare nō potuit: securi tatem sibi extorquere querebat. Cū ꝑterea pheroras ei veluti iā cōfirmato regi ob secundaret:qn τ mulierū cōflata in aula ꝯflatio nouas turbas excitabat. Eteni phe rore vxor cū matre ac sorore sua:necnon τ matre antipatri multa in regno isolēter age bat:ausa etiā duas regis filias ꝯtūeliose tractare:cui rei maxīe ab antipatro erat ab iecta. Itaq; cū illi iuise eēnt:alis quidē morigeras hēbāt:sola vero salome aduersa bať eorū cōcordie ꝙq; nō bono regis coirēt apud ipsū insimulabat. Cognita vero ei⁹ delatiōe mulieres quodq; herodes egre tulisset:apto quidē cōuētu τ fāiliaritate abstinuerūt:cōtra vero etiā discordare iter se rege audiēte simulabāt. Cū his collu deret ātipater:vt palā pherore mīme dubitaret offēdere:occultos āt cet⁹ τ nocturnas commessationes habebant:earumq; confessionem fecit obseruatio firmiorem: cum horum nihil ignoraret Salome: sed herodi cuncta nunciaret. Ille autē ardens ira cundia maximeque contra Pherore coniugem ꝙ eā ꝑ ceteris accusaret salome cō uocato cognatorū amicorū cōsilio:τ talia multa mulieris τ filiaꝝ ꝯtumelias crimini

dedit:quodq3 pbariseis mercedem contra prebuisset:fratremq3 sibi bostem reddidisset expugnatum venenis. Postremo conuersus ad pberoram: vtrum ait se fratrem an vxorem vellet optare. Cunq3 ille se citius vita dixisset q̃3 coniuge cariturum incertus quid ageret ad antipatrum sermonem contulit:ac ne cum pberora:vel eius coniuge.aut quouis alio qui ad eam pertineret vnquã colloqueretur edixit. Uerum ille palam precepta custodiens in occulto cum bis pernoctabat. Metuensq3 obseruatiõem salomes per amicos in italia degentes vt romam proficisceretur effecit:ipsorum perlatis litteris vbi antipatrum aliquanto post tempore ad cesarez mitti oportere perscriberent. Igitur Herodes nibil moratus eum misit cunctis q̃ vsui forent magnaq3 pecunia liberaliter instructum. Testamentumq3 vna portandum ei dedit in quo Rex ipse Antipater inscriptus erat. Et Antipatri successor Herodes ex Marianne põtificis filia procreatus. Quin τ silleus arabs itidem Romam neglecto cesaris precepto nauigauit. De bis cum Antipatro certaturus:de quibus cum Nicolao causam antedixerat. Non leue autem cum areta rege suo certamen babebat:cuius τ alios amicos interfecerat:τ senium in petra oppido potentissimum:redemptoq3 pbabato dispensatore cesaris fautore vtebatur etiam in beroden. Sed maiore pecunia data berodes pbabatum a silleo remouit:ac per semetipsum que cesar iusserat exigebat. Ille autem cum nibil dedisset:accusabat apud cesarem pbabatum dispensatorem esse dicens:non que ipsi:sed que berodi expedirent. Quibus commotus ad iracundiam pbabatus adbuc autem apud beroden maximus babebatur:secretorum sillei proditor factus est regiq3 indicauit q̃ Silleus corintbum eius satellitem pecunia corrupisset:eumq3 asseruari oporteret:neq3 rex id facere dubitauit:quoniam corintbus iste licet in aula regis esset educatus ex Arabia tamen fuerat oriundus. Igitur mox non illum solum corripi:sed etiam duos alios Arabas iussit eum apud repertos vnum sillei amicum:alterum pbilarcbum. Qui subditi questione magna pecunia corintbo: vt beroden occideret persuasisse confessi sunt. Illi quidem etiam a Saturnino rectore syrie interrogati Romam trãsmissi sunt. Herodes autem pberore vebementius imminebat:vt repudiaret vxorem. Aliquid enim quod mulierem plecteret excogitabat quia multas in eam odij causas baberet:donec ipsum etiã fratrem cum ea supra modum indignatus eiecit. Pberoras autem equo animo accepta iniuria in tetrarcbiaz suam recessit:iuratus vnum sui exilij finem sibi fore mortem berodis. Neq3 se ad eũ reuersurum esse dum vixerit. Deniq3 nec egrotum quanuis sepe accitus fratrem visere voluit cum quibusdam mandatis eum quasi moriturus vellet instruere. Sed ille quidem preter spem conualuit. Postmodum autem pberoras in morbum incidit: tumq3 berodis patientia demonstrata est. Nam τ venit ad eum τ bumanissime curatum voluit. Sed morbum superare non quiuit:in diebus enim paucis est mortuus. Quem licet ad vltimum vite diem dilexisset Herodes:tamen q̃ illuz quoq3 veneno peremerit fama vulgatum est. Uerum eius corpore in bierolymam portato luctum maximuz cuncte genti denuntiauit:clarissimaq3 funus sepultura dignatus est. Unus quidem interfector Alexandri τ Aristoboli bunc exituz vite sortitus est. Transijt autem in Antipatrum auctorem pena sceleris ex interitu pberore nacta principium. Quidam enim ex eius libertis cum regem tristes adijssent fratrem ipsius pberoram veneno interemptum esse dicebant. Nam quendaz ei cibuz obtulisse coniugem suã non eo quo solebat modo conditum:eoq3 sumpto illuz morbo protinus esse corruptũ venisse autẽ ante biduum matris ac sororis eius accitu quandaz veneficam mulierculã ex Arabia:vt venenũ pberore ↄficeret amatoriũ τ p̄ amatorio dedisse mortiferũ sillei consilio. Namq3 illi notum fuisse:perculsus igitur plurimis suspitõib9 rex:ãcillas τ nonnullas libertinas questioni subijcit. Ibiq3 tum exclamat aliqua doloris im-

patiens. Deus celi terreq; rector in matrē Antipatri que borū nobis maloꝝ causa est vindicet. Hoc rex indicium nactus persequebatur vlterius indaginem veritatis. Mulier vero et matris antipatri familiaritatem cum pherora eiusq; vxoribus et occultos eorum conuentus: aperuit: quoq; pheroras et Antipater redeuntes a rege: tota cum illis nocte potare soliti essent seruis omnibus exclusis et ancillis. Una quidē libertinarum hoc indicauit. Cum autem ancille separatim: singule torquerentur: patuit omnium dicta congruere: qua de causa romam quidem Antipater ex composito pheroras autem trans flumen recedere curauisset. Nam sepe illos in sermone dixisse q post alexandrum et Aristobolum ad ipsos eorumq; coniuges transiturus esset herodes. Nec alicui posse parcere: qui marianne eiusq; filijs minime pepercisset: ideoq; melius esse ab hac bestia: q; longissime fugere. Sepe autem dixisse matri antipatrum conquerentem q cum ipse iam canus esset pater in dies singulos iuuenesceret seq; fortasse priusq; regnare incipiat moriturum: aut si vnq; ille decesserit quando autem istud fiet: voluptatem sibi successionis omnino fore breuissimam. Pullulare preterea hydre capita hoc est Alexandri et aristoboli filios: sibi autem filiorū quoq; spē ademptam esse patris iniuria: qui non eorum quenq; post mortem suam regni successorem: sed Mariannes filium scripsisset heroden. Qua quidem in re prorsus eum senectute delirare: si testamentum suum standū arbitraretur. Se nanq; vt ex eius progenie nemo superesset curaturum. quin etiam cum omnes patres quibus inuisum q; filij fuerunt nomen odio vindicat. Plus tamen eū etiam fratres odisse. Deniq; nuper sibi ne cum pherora colloqueretur. c. talenta donasse atq; cum pheroras diceret quid enim per nos ledebatur: respondisse Antipatrum vtinam cunctis ablatis nudos se dummodo viuos relinqueret. verum hoc nequaquā fieri potest vt tā pestiferā bestiam quisquam effugiat: sub qua nec amicis esse palam liceret. Deniq; nunc occulte inquit conuenimus: licebit autem aperte si virorum spiritū manusq; habeamus. Hec in tormentis ancille prodiderunt: et q pheroras cum illis petram fugere cogitasset: vt omnibus autem dictis herodes crederet. c. talentis effectum est. De his eni soli antipatro dixerat. Igitur ante alios in dosiden antipatri matrem furor eius erupit: eamq; omni ornatu quem illi donauerat spoliatam multis comparato talentis expellit. Deinde ira deposita pherore mulieres a tormentis recreabat. Timore autem pauidus erat et ad omnes suspitiones excitabatur multosq; innocentes metu ne quē nocentium pretermitteret in tormenta ducebat. Hinc ad samaritam se conuertit antipatrum qui procurator erat antipatri: et ex illius commentis comperit necandi sui cā ex egypto antipatrum venenum malum petijsse per aliquem antiphili collegam: idq; ab eo antipatri auunculum accepisse hesdionem ac pherore tradidisse. cui mandasset Antipater: vt Heroden occideret: dū ipse rome abessꝫ: ac suspitione careret: pheroram vero venenum vxori sue dedisse seruandum. Itaq; hanc euocatam statim rex quod acceperat afferre iubet. Illa vero quasi allatura egressa de tecto se precipitem dedit: vt eo modo exprobrationis et regis verbera preueniret. Sed dei prouidentia sicut apparet que ab Antipatro penas repeteret non in caput: sed in alteram delata partem periculū mortis euasit. Portataque ad regem vbi recipiscere potuit. Nā casus eam perturbauerat: et quam obrem se precipitasset interrogata iurante rege: q vera dicenti remitteret omne supplicium: sin falsa promere maluisset: corpus eius tormentis absumeret. Neq; sepulture quicq; relinqueret: paulispe tacuit. Deinde qd inqt secreta custodio cū pheroras obierit antipr̄o q nos omnes pdidit seruatura? Audi rex et tecū deus testis veritat/ qui falli nō potest. Cū pherore morituro lacrymās assiderem: tūc ille me ad se vocauit: et multū inquit mulier de fratris erga me aio suꝫ

deceptus. Nam qui sic me diligeret inuisum habui: et necare cogitaui: qui tanto nunc mei: licet nec dum mortui: dolore confunditur. Sed ego quidem ob impietatem preti um fero: tu vero quod in eum seruas relictum nobis ab Antipatro venenum huc af fer propere: meqꝫ vidente consume: ne ad inferos quoqꝫ vltricem huius sceleris con scientiam deferam. Ita vt iussit attuli: et magnam quidem veneni partem sub obtuti bus eius in ignem effudi: modicum vero mihi per dubios casus et que te metuerem reseruaui. His dictis illa quidem omnino paululum quiddaꝫ veneni habentem pi xidem profert. Rex quidem in matrem fratremqꝫ Antiphili contulit questionem. Verum hic quoqꝫ antiphilum ex egypto attulisse pixidem fatebatur: illumqꝫ vene num a fratre apud Alexandriam exercente medicinam accepisse dicebant. Totum autem regnum circueuntes Alexandri et Aristoboli manes ipsi erant incertarum re rum exploratores atqꝫ iudices: et a suspitionibus remotissima approbationes trahe bant. Deniqꝫ etiam pontificis filiam mariannem consciam esse maleficiorum patuit Hoc enim tortis eius fratribus demonstratum est. Rex autem matris audaciam fi lii quoqꝫ penuria coercuit. Nam quem illa pepererat herodem Antipatri successorem scriptum ex testamento deleuit. Post hec etiam batillus nouissima consiliorum An tipatri fides documentis accessit. Namqꝫ is erat quidam libertus eius: aliud auteꝫ venenum ferens: hoc est aspidum virus aduenerat: aliorumqꝫ serpentum sucos: vt si prius fuisset inualidum: hoc se pheroras cum coniuge in regem armaret. Idem ve ro preter susceptam contra salutem patris audaciam velut operam subsiciuam habe bat epistolas aduersum fratres compositas ab Antipatro. Erant autem rome in stu diis archelaus et philippus iam adolescentuli magniqꝫ animi regis filii quos Anti pater velut imminentes spei sue remouere festinans: quasdaꝫ in eos litteras ipse fin xit amicorum nomine rome degentium. Nonnullis auteꝫ corruptis scribere persua sit. quod multis patrem maledictis carperent: Ac de Alexādri et Aristoboli nece mani feste quererentur: seque accitos esse grauiter: iam eniꝫ pater eos redire preceperat: id qꝫ maxime sollicitabat Antipatrum. Enim etiam priusquam proficisceretur in iudea constitutus Antipater: eiusdem modi contra eos rome litteras mercabatur: pa trem adeundo vitande suspitionis causa fratres purgare simulabat: quedam falsa scripta: quedam vero adolescentie peccata esse commemorans. Quo quidem tempo re scriptoribus epistolarum quas in fratrum perniciē simulabat: plurimis pecuniis datis sumptuum confundere tentabat indicia. vestem pretiosam: variaqꝫ stragula: po culaqꝫ argentea: necnon et aurea comparando: aliaqꝫ plurima instrumenta: vt pretio rum magnitudine mercedes falsariis erogatas celaret. Deniqꝫ. cc. talenta retulit ex pensa et maria fuit occasio causa sillei. Uniuersis aūt malis eius tūc minoribus ma iore conceptis: cuꝫ omnia quideꝫ tormenta de parricidio: epistole vero de iteratis fra tricidiis conclamarent. Nemo tamen ex iudea venientium: quo in loco fortune do mus essent nunciauit: quāuis inter scelus ꝓbatum et eius reditum septem mensium interualla fluxissent. Ita erat inuisus omnibus. Fortasse autem etiam quibus indi candi voluptas fuit: per interfectorum fratrum manes obmutescebant. Deniqꝫ Ro mam litteras misit continuo se conuenturum esse: quodqꝫ honorifice dimissus esset a ce sare nuntians. Rex autem insidiatorum manus tenere desiderans: timensqꝫ ne si qd precississent forte cauerent ipse quoqꝫ litteris beniuolentiam simulans: et alia familiaris sime scripsit: et vt reuersionem suam maturaret orauit. Nam si properasset matris sue quoqꝫ offensionem posset componere: quam expulsam esse non ignorauit Anti pater. Primam quidem de morte Pherore acceperat epistolam apud tarentum eumqꝫ vehementer luxerat: id autem nonnullis de patruo laudabile videbatur: sed quantum intelligi datur causa doloris erat quod insidie ꝓ voto non cesserāt. Neqꝫ

taꝫ pberoꝛā flebat q̄ꝫ maleficioꝛum̄ ministrum. Preterea metus eum quidam ob ea que confecerat occupabat: ne quando foꝛte deprehenderetur venenum. Cum autem in Cilicia patris epistola sibi reddita quam supꝛa memoꝛaui: statim quidem festinabat: sed postq̄ꝫ in celenderium delatus est: subit eum quedam materni casus cogitatō anima iam per semetipsam diuinante. Et amicoꝛum quidem pꝛudentioꝛes ei suadebant: ne pꝛius patrem conueniret: q̄ꝫ pꝛo certo cognosceret. quibus ex causis matrem suam repudiasset. Nanqꝫ timere ne foꝛte criminationes eius aucte fuissent. Minus autē pꝛudentes ꝛ visende patrie cupidi magis q̄ꝫ ꝙ antipatro esse vtile considerantes vt pꝛoperaret monebant: ne ex ipsa moꝛa: ꝛ patri causam pꝛaue suspitionis ꝛ calumniam pꝛeberet calumniantibus. Nunc enim si quid motum est in absente esse factum nec enim pꝛesente illo quenq̄ꝫ id ausurum fuisse. Absurdum enim videri pꝛopter suspitiones incertas certis bonis carere. Neqꝫ enim mature se patri reddere: ab eoqꝫ regnꝫ accipere quo solo ipse niteretur. Paruit his antipater impellente foꝛtuna trāsmissusqꝫ in sebastuꝫ cesarie poꝛtum defertur. Occurrit autem illi pꝛeter opinionē maxima solitudo: cum omnes eum deuitarent: nullusqꝫ auderet accedere. Naꝫ ꝛ si semper eque inuisus erat odio tamen vt pꝛoderetur: tunc data libertas est. Multos autem auertebat ex Rege foꝛmido: quoniam cunctas iam ciuitates de antipatro fama repleuerat: solusqꝫ de se quid ageretur antipater ignoꝛabat. Nec enim vel clarius eo quisq̄ꝫ deductus est: cum romam nauigaret: vel ignobilius inde susceptus est. Enim uero clades ille domesticas intelligens calliditate celabat: metuqꝫ pene moꝛtuꝰ vultu confidentiam simulabat. Et neqꝫ fuge spes vlla erat: neqꝫ ex circunstantibus malis emergere poterat: certumqꝫ nihil ei de domo ne ibi quidem nuntiabatur: id enim regis interminatio pꝛohibuerat. Unde interdum etiam spes eum pertentabat hilarioꝛ: aut nihil esse deprehensum: aut si quid esset. Hoc sese impudentia sua diluiturum ac dolis que sola instrumenta salutis haberet. Itaqꝫ his armatus sine amicis in regiam venit ꝙ a pꝛima ianua cum iniuria sunt repulsi. Foꝛte autem Uarꝰ syrie rectoꝛ intus aderat. Ingressus inde ad patreꝫ confirmatusqꝫ audacia velut eius salutandi causa pꝛopius accedebat. Cuꝫ ille obiecta manu ꝛ capite declinato exclamabat. Et hoc parricide est vt me amplexari velis: qui tot maleficijs inuolutus coꝛruptum habes impium caput: neqꝫ me attingas pꝛiusq̄ꝫ criminibus te exuas. Dabo enim tibi iudicium ꝛ iudicem qui opoꝛtune pꝛesto est varum. Abi ꝛ quemadmodum te purges in diem crastinum meditare. Nam ꝛ tempus indulgeo calliditatibus tuis. Ad hec metu obstupefactus Antipater quia respondere nihil potuit: reuersus est. Cum autem ad eum venisset mater ꝛ vxoꝛ cunctas enim pꝛobationes exposuerunt. Cumqꝫ recepta mente quo pacto sese defenderet cogitabat. Postero autem die rex exhibito pꝛopinquoꝛum atqꝫ amicoꝛum consilio antipatri quoqꝫ amicos vocat. Ipse auteꝫ cum Uaro residens: cūctos indices iussit adduci in quibꝰ erāt hui matris Antipatri quidam pꝛidem compꝛehensi qui ab ea litteras ad eum poꝛtauerunt huiuscemodi. Quoniam illa omnia patri tuo cognita sunt: caue ne ad eum venias: nisi aliquod auxilium a cesare impetraueris. Itaqꝫ is vna cum alijs introductis ingreditur Antipater. Cumqꝫ pꝛonus ante pedes patris cecidisset: oꝛo inquit pater ne quid de me pꝛeiudices: sed integras aures satisfactioni mee pꝛebeas. Demonstrabo enim me innoxium si tu velis. Ille autem magna ei voce impetrato silentio ad Uaruꝫ locutus est ꝙ ꝛ tu vare ꝛ quilibet iustus iudex antipatrum moꝛte dignum iudicauerit certe scio. Uereoꝛ autem ne mea quoqꝫ tibi sit inuisa foꝛtuna omniqꝫ calamitate dignum deputes qui tales filios genuerim. An qui magis hoc tibi miserandus videri debeo: ꝙ erga tam scelestos indulgentissimus pater fui. Nam illis pꝛioꝛibus adhuc adolescentulis regnū ꝯtulerā: eosqꝫ rome educatos amicos cesarꝫ fecerā. Sꝫ ꝙ alijs inuidēdos

Regibus emulandosq; constitui mee salutis hostes inueni quorum tamen interitus Antipatro magis profuit. Isti enim ꝙ adolescens ⁊ successor meus futurus essꝫ maxie securitas querebat. At vero h adolescétul⁹ belua patiētia mea plusq̃ȝ necesse erat explet⁹ i me satietatē suā ꝓfudit: eiq; diu viuere sū vis⁹. meāq; senectutē grauiter tulit rexq; fieri ñ nisi parricidio pass⁹ est: q̄ quidē nō profecto iniqua ratōne cogitauit: ꝙ ex agro abiectum reduxerim: ⁊ exclusis quos mihi regina pepererat filijs regni mei vicarium declarauerim. Equidem tibi vare confiteor mee mentis errorem. Ego illos contra me filios irritaui qui antipatri gratia spes eorum iustas abrupi. Quid enim tātum de illis quantum de isto bene sum meritus: cui viuus etiam potestatem meaȝ pene concessi. aperte autem regni successioneȝ testamento reliqui: ⁊ preter destinatos ei separatim quinquaginta reddit⁹ talentorum sumptum passim mea pecunia subministraui: ac nuper Romam quoq; nauigaturo dedi. ccc. talenta quēq; solum ex omni familia mea tanquam patris seruatorem celari commendaui. Aut quid illi tantum sceleris quantum antipater admiserunt: quod ne de his habui tale indicium quales demonstraui huius insidias: at etiaȝ probo qui ausus est aliquid parricida rursumq; veritatem dolis querat obtegere: quod tibi Uare cauendum sit. Nam ego istam beluā noui: ⁊ q̄ȝ sit verisimilia dicturus: iam non prospicio fletusq; simulatos. Hic est qui me quondam monebat vt viuum Alexandrum cauerem. neq; meum corpus omnibus crederē. Hic ē qui vsq; ad cubile meum solebat ingredi ⁊ circunspicere ne quis mihi pararet insidias. Hic somni mei custos erat: ⁊ securitatis dator qui consolaretur somnium peremptorum ⁊ viuentium fratrum beniuolentiaȝ diiudicaret. Hic propugnator ⁊ satelles meus. Cuȝ eius calliditas Uare in mentem venerit: ⁊ quemadmodum singula simulasset vix me credo viuere tanq̄ȝ grauem insidiatorem quo pacto effugerim miror. Uerumtamen quia fortuna quedam excitat contra me domum meaȝ mihiq; amicissimi semper infensi sunt: ego quidem fatorum iniquitatem flebo: ⁊ me cum ipse solitudinem gemam. Nemo autem qui meum sanguinem sitierit ebibetur: etiam si per omnes filios meos indicia ventura sint. Hec dicens ipse quidem interrupto sermone tacuit dolore confusus. Nicolao auteȝ vni ex amicis probationes iussit exponere. Inter hec auteȝ Antipater sublato capite: cuȝ prostratus ante patris pedes maneret exclamat. Tu pater meas partes defendisti. Nam quomodo ego parricida quem tu semper seruatorem te habuisse commemoras. Aut si ficta vt dicis simulataq; mea pietas fuit. Cur in alijs tam callidus in hoc adeo demens fui: vt non intelligerem ꝙ si homines lateret tanti sceleris cogitatio: celestem latere iudicem omnino non posset: qui vbi que presto esset: ⁊ cuncta conspiceret. An fratrum exitum ignorabam: quos ob ea deus vltus ē: que de te male tractauerāt? Quid autem fuit cur me tua salus offenderit? Spes regni? Sed regnabam. Odij suspitio? Sed diligebar. An ex te metus aliquis? An quin tui seruans alijs timendus eraȝ? Sed egestas causa fuit? multo minus. Quis enim magis expensarum habuit potestatem? Si autem omnium hominum perditissimus essem: immanisque bestie animum gererem: certe mansueti patris bñficijs vinceret: quē sicut tu dixisti reduxeris: totq; filijs anteposueris viuusq; Regem declaraueris: aliorumq; bonorum magnitudine reddideris inuidendum. O me miserum acerbissimamque peregrinationem meam: q̄ȝ longum laboris tempus: magnumq; insidiantibus spatium prebui. Sed tantum tibi pater tuisq; rebus aberam: ne Silleus tuam contemneret senectutem. Roma mihi testis est: pietatis ⁊ princeps orbis terre cesar: qui me patris amatorem sepe vocitabat. Accipe pater has eius litteras fictis in me criminationibus veriores: hisq; me defendo. Hec affectus erga te mei argumenta certissima recordare: q̄ȝ ingrate hinc nauigantem scis: latentes in regno contra me inimicicias non ignorantem. Tu

Tu pater inuitus me perdidisti:tu compulisti vt darem accusandi tempus inuidie.
Verũ ad indicia veniã. Ecce adsuʒ terra marique nihil vsqꝫ parricida perpess⁹. Sʒ
nondũ me hoc argumẽto diligas. Nam ⁊ apud deũ ⁊ apud te pater ꝯdẽnatũ me esse
scio. Condẽnat⁹ deprecor ne aliorum tormentis fidem habeas i me feratur ignis:per
viscera mea pergant instrumenta penarum:ne parcas scelesto corpori. Nam si parri-
cida sum tormentorum expars mori non debeo. Talia cu lacbrymis atqꝫ vlulatu vo
ciferans:⁊ omnes alios ⁊ Varum ad misericordiam prouocauit:solum autem He
rodẽ quo minus fleret iracundia continebat documentis veris intentum. Ibi autem
Nicolaus iussu regis multa de Antipatri calliditate prefatus ⁊ misericordie spem
sustulit:⁊ accuratissimam accusationem instituit:cuncta quideʒ regni maleficia illi a-
scribens:maxime vero fratrum interitum:quos ipsius calumnijs interfectos esse de-
monstrans etiam superstitibus eum insidiari quasi successionis captatoribus affirma
bat. Nam qui patri venenum parasset multo minus a fratribus abstineret. Cum au
tem ad veneni probationes venisset:per ordinem proferebat indicia:etiam de phero-
ra crimen exaggerans veluti illum quoqꝫ Antipater fratricidam fecisset: corruptis
qꝫ regis amicissimis scelere omnem domum repleuisset. Atqꝫ ita multis alijs dictis
exprobratis perorauit. Varus autem cum respondere iussisset antipatruʒ ⁊ ille nihil
aliud locutus:qꝫ deus testis est innocentie mee silens iaceret:venenuʒ petit:idqꝫ a-
licui damnatorum capitis ex custodiẽdis bibendum dedit:eoqꝫ statim mortuo que-
dam in secreto cum Herode sermocinatus gesta in concilio cesari scripsit. Postero
qꝫ die inde discessit:nihiloque minus Rex Antiparro vinculis tradito cladis sue nũ
tios ad Cesarem misit. Post hec etiaʒ Salomen appetisse insidijs arguebatur An
tipater. Quidam enim de seruis Antiphili Roma venerat epistolas ferens alicui⁹
Acmes nomine ancille iulie. quibus ad regem scriptis indicauerat Salomes episto
las inter litteras iulie repertas clam ei beniuolentie causa misse. Ipsius autem Sa
lomes epistolis ⁊ maledicta in regem acerbissima:⁊ accusatio maxima continebatur
Sed omnes Antipatro erant ficte. Isqꝫ acmen pecunia corruptã ad Heroden eas
mittere persuaserat. Epistola enim eiusdem muliercule ad ipsum scripta id prodidit
cuius verba hec sunt. Sicut voluisti patri tuo scripsi. ⁊ illas epistolas misi:certo sciẽs
regem sorori sue minime posse parcere:si eas recitauerit. Bene autem facies si consu
matis omnibus pollicitationum tuarum memor fueris. Hac epistola ⁊ que in salo-
men sunt composita deprehensis regem subijt cogitatio:ne forte etiã Alexander fal
sis epistolis fuisset oppressus. quque pene sororem propter Antipatrum occidisse an
xius erat. Itaqꝫ non est vltra cunctatus:quo minus ab eo sumeret omniũ causa sup
plicium:sed ne propositis satisfaceret graui morbo impeditus est. De acme tamẽ an
cilla ⁊ in salomen factione conflata dedit litteras ad cesareʒ:ac propterea testamento
mutato exemit nomen Antipatri regemqꝫ scripsit ex archelao ⁊ philippo natu maio
rem. Nam ⁊ hos Antipater insimulauerat. Cesari autem post alia pecuniaria mu-
nera mille talenta:⁊ vxori eius ac filijs itemqꝫ amicis ex libertis prope. l. ceteris om
nibus agrorum:⁊ pecunie non parum distribuit:ac sororem salomen clarissimis do-
nis honorauit. In testamento quidem ista correxit. Morbus autem ingrauescebat
q⁹ eum senectus pariter ac meror vrgebat:⁊ annos iam. lxx. natus:⁊ filiorum cladi-
bus animum adeo habebat afflictum. vt nec in bona valitudine quicqꝫ iocunditatis
admitteret. Acriorem autem faciebat egritudinem q⁹ Antipater viueret. Hunc eniʒ
non opere superuacuo:sed cum ipse conualuisset cogitabat occidere. Ad has ei cala
mitates accidit etiam populi quidam tumultus. Erant in ciuitate sophiste duo qui
summe scire leges patrias videbantur. Et propterea p oẽm gentem maxima gloria
pdicabantur:iudas fili⁹ sephorei:⁊ alter magnali mathias. Hos ñ pauci adolescẽtiũ

Epistola Acmes ancille Iulie.

sectabantur: cum leges exponerent: et in dies singulos puberum exercitus congrega bant. Qui cum regem audissent merore ac morbo tabescere: apud notos loquebantur oportunum iam tempus esse vt deus vindicaretur: fabricataque aduersus leges patrias opera destruerentur. Siquidem in templo nefas sit: imagines aut vultus aut cuiuslibet animalis cognomine simulacbrũ baberi. Hoc propterea dicebatur quod supra maximam portam templi rex aquilam collocauerat auream. Eamque tunc monebant sophiste vt tollerent pulcrum esse dicentes: etiam si quod inde periculum immineret: pro legibus patris mori non recusare. Sic enim decedentibus et animam immortalem et bonarum rerum sensum manere perpetuo: minus autem fortes: et sapientie sue nescios amare animam: imperitia magisque morbo cupere quam virtute defungi. Dum hoc illi differerent rumor subito peruagatur regem fere iam mori. Unde etiam confidentius adolescentes conamen adorti sunt: ipsoque meridie cum plurima multitudo versaretur in templo: crassis dimissi funibus aquilam ex tecto auream securibus abscindebant. Qua re statim regis duci nuntiata: non parua ille manu comitatus ad templũ cucurrit: et prope ad quadraginta iuuenes comprebensos regi exbibuit. Qui primum interrogati an aquilam ipsi auream concidere ausi essent fecisse confessi sunt. Deinde quo iubente lege patria responderunt. Cum vero quid exultarent tantum: quibus mors immineret ab bis quereretur: quia post mortem bonis plurimis frui sperarent asseruerunt. His itaque rex commotus magnitudine morbum superat: atque in contionem procedit. Deinde multum in eos quasi sacrilegos inuectus: et quod occasione legis patrie quedam maiora tentassent veluti impios supplicio dignos esse iudicauit. Populus autem metu ne per multos questio iret precabatur vt primum facinoris suasoribus: deinde in eo comprebensis pene subditis ceteris indignationem remitteret. Tandem igitur exoratus: et ipsos rex qui funibus demiserant cum sopbistis viuos incendit. Et reliquos qui vna comprebensi sunt: obtruncandos carnificibus tradidit. Hinc totum corpus morbo occupatum varijs doloribus afficiebatur. Nam febris quidem nõ mediocris erat: prurigo autem intolerabilis babebat omnem corporis superficiem. Assiduis enim vexabatur colli tormentis: pedesque tanquam ex intercutis vitio tumuerant. Quin et inflatio ventriculi putredoque testiculorum vermiculos generans: ac preterea creber anbelitus: et irrupta eum suspiria: membrorũque omnium contractio fatigabat: vt qui bec ad diuinitatem referrent penas eas esse dicerent sopbistarum. Ille autem quãuis cum tot vitiorum cruciatibus luctaretur: vite tantum cupidus erat: et remedijs excogitatis salutem sperabat. Denique iordanem transgressus apud calliroen aquis calidis vtebatur: que in lacum feracem bituminis que aspbaltidis vocatur affluentes pro dulcedine potui sunt. Ubi autem corpus eius quod medicis oleo calidiori foueri placuerat in arcam plenam demersum ita dissolutum est: vt etiam lumina quasi mortuus resoluta torqueret. Deinde perturbatis qui eum curabant ad clamorem quidem illorũ respicere iussus est. Desperata vero salute militibus quinquagenas dragmas militamque pecuniam rectoribus atque amicis diuidi iussit. Cum autem rediens et ad iericũtba venisset. atra iam bili correptus: et pene ipsi morti minitabatur: factum nepbarium excogitauit. Collectos enim cuiusque vici et omni iudea nobiliores i locum cui nomen est bippodromo concludi precepit. Deinde salome sorore: et Alexandro marito eius ad se vocatis: scio inquit mortem meam festis gaudijs celebraturos esse iudeos Uerum per alios lugeri potero et preclarissimos bonores sepulture consequi si que precipio feceritis. Hos viros qui babentur in custodia cum animam efflauero statim militibus circundatos occidite: vt etiam in vita omnis mibi iudea: omnisque domus illacbrymet. Et simul bis mandatis legatorum quos romã miserat epistole sũt allate: quibus acmẽ ancillã iussu cesaris interemptã. et antipatrũ morte dãnatũ eẽ iudicabat.

Quin et si pater eum in exiliũ dare mallet: id quoq3 permisisse cesarez scriptum erat. Herodes autem paululũ hoc nuntio recreatus doloribusq3 rursum victus. Nam inedia tussisq3 pariter violentia distendebatur fatum preuenire conatus est: sumptoq3 malo etiam cultellũ poposcit: sectum eni comedere cõsueuerat. Deinde circunspecto ne quis arbiter impediret: tanq3 se percussurus dexterã sustulit. Cum vero Aciab9 consobrinus eius adcucurrisset: manũq3 continuisset: vlulat9 maxim9 in regia statim quasi rex mortuus esset excitatus est. Eoq3 propere audito Antipater fiduciam repetit: Letusq3 iam custodes promissa etiam pecunia rogabat vt se soluerent atq3 dimitterent: qd eorum princeps non solũ ne fieret obstitit: s3 etiã regi velociter nuntiauit. Ille autẽ fortius exclamans q3 vires egrotantis valebant: continuo satellitibus missis occidit antipatrũ: mortuũq3 sepeliri precepit in hyrcania. Deinde rursum corrigit testamentum: et successorem quidem Archelaum natu maximũ antipatri fratrem scripsit: tetrarcham vero Antipã. Post interitum autem filij quinq3 diebus exactis moritur: annos quidem. xxxiiij. ex quo interfecit Antigonũ regno potitus. xxx. et septez postq3 rex a Romanis declaratus est. Et in alijs quidem omnibus secũda fortuna vsus est acsi quis alius. Regnum enim qd priuatus sibi quesierat tanto conseruato tẽpore filijs suis reliquit. In rebus autẽ domesticis infelicissim9 fuit. Salome autem antequã recitaret mortem regis exercit9 cuz marito progressa vinctos absoluit: quos occidi mandauerat: ipsum dicens mutasse consiliũ: et vnũquenq3 iussisse domũ dimitti. Atq3 ita his abeũtibus militibus indicatur. Quibus in contionẽ cuz alia turba in Amphitheatrũ apud iericuntha collectis. Ptolomeus anuli regis custos: quo signare solitus erat: et fortunatum illum esse cepit dicere: et multitudinẽ consolari. Relictã q3 ab eo militibus epistolã recitauit in qua multum rogabat: vt beniuolo animo successorem suum fouerent. Deinde post epistolam testamentum legebat: in quo philippum quidẽ heredem traconidis proximarumq3 regionuz. Tetrarcham vero sicut supradiximus Antipam Regem aũt Archelaum scripserat: eidemq3 anulum ad cesarem ferre mandauerat: obsignatamq3 regni administrati notitiam. Omniũq3 nãq3 dispositionũ suarum dominũ et confirmatorẽ cesarem esse voluit: cetera vero seruari iuxta superius testamentũ. Quo perlecto confestim clamor secutus est omniũ archelao gratulantium: milites q3 per cuneos et populos adeuntes suamq3 pmittebãt deiq3 beniuolentiã precabant. Hinc ad sepeliendum regem operã contulerunt. Nihil autẽ munificentie pretermisit Archelaus: sed omnẽ ornatum extulit regium in funeris põpa ducendum. Lectus quidem totus erat gemmis auroq3 distinctus: thorus autem purpura variatus: corpusq3 super eum velatum itidem purpura. Capiti autez diadema erat impositum. Corona vero desuper aurea: sceptrũq3 ad dexteraz: et circa lectũ filij cum propinquis. Preterea satellites agmenq3 terachiuz: germaniq3 et galathe velut ad bellum instructi omnes antecedebant. Cetera vero militum manus armata duces suos ordinumq3 principes sequebantur. Quingenti autem serui ac liberti odores ferebant corpus autem per. cc. stadia portatum est in castellum herodion ibiq3 secundum ipsius regis mandata sepultum est. Et Herodis quidem hic finis fuit.

Josephi de bello iudaico liber primus explicit Incipit secundus feliciter.

Turbarum autem nouarum principium fuit Arcbelao romam proficiscendi necessitas. Diebus enim septem in lugendo patre consumptis: epulisq3 feralibus prolixe populo exbibitis. Hic autem mos apud iudeos necessarios multos ad inopiam redegit. Nam qui eum neglexerit impius estimabitur: candida ve ste indutus procedit ad templum. Ibiq3 varijs fauoribus exceptus a plebe: ipse quoq3 in excelso tribunali solioq3 aureo residens bumanissime vulgus admisit: eisq3 et q sepulturam patris sedulo curauissent gratias egit: et q sibi quasi certo iam regi magnos bonores adbibuissent. Uerum se tamen ait non potestate solum interim: sed etiã ipso regis nomine temperare: donec a Cesare sibi fuerit confirmata successio: qui etiam testamento rerum esset omniũ do minus constitutus. Iccirco enim se apud iericuntba voluntati exercitus restitisse cu3 sibi diadema voluisset imponere. Ceterum alacritate ac beniuolentia eque militibus etiam populo plenam se vicissitudinem relaturum si ab bis quorum etiã impium certus rex declaratus esset: studiumq3 sibi esse: vt erga illos rebus omnibus patre melior appareret. His gauisa multitudo statim eius mentem magnis tentare petitionibus cepit. Nanq3 alij tributa leuari: alij vestigalia tolli: quidam solui custodias acclamabant. Cunctis autem postulatis in gratiam populi facile annuebat Arcbelaus. Deinde celebratis bostijs cum amicis erat in epulis. Ecce autem subito post meridiem congregati non pauci nouarum rerum studiosi: vbi cõis luctus de rege cessauit: propria lamenta suscipiunt flentes eorum casum quos propter abscissam ex porta tẽpli aquilam auream berodes morte damnauerat. Dolor autem non occultus erat: sed clarissimis questibus fletuq3 iusto et planctu ciuitas personabat virorum causa videlicet: quos pro templo ac legibus patrijs interijsse dicebant. Eoru3 autem mortis penas ab illis quos berodes pecunijs donasset repetendas esse clamitabant: ac primum quem bis constituerat pontificem rejciendum: aliumq3 pietate prestantem: magisq3 purum coaptari debere. Quibus et si mouebatur. Arcbelaus ad vltione3: tamẽ eum velut per profectionis metum continebat festinatio: ne si multitudinem reddidisset inimicam: motu eius impediretur. Quamobrem monendo magis q̃3 vi experiebatur sedare turbatos: missoq3 magistro militum vt quiescerent rogabat. Sed illu3 seditionis auctores vbi ad templum venit: priusq̃3 verbum faceret: lapidibus perturbarunt: et alijs post eum mulcendi sui gratia missis: multos enim allegabat Arcbelaus iracunde omnia responderunt. Neq3 si numero aucti fuissent: occisi fore videbantur Itaq3 instante azimorum die festo qui apud iudeos pascba vocitatur: plurima victimarum copia plenus: infinita quidem ad templum ex Agris multitudo religionis causa descendit: cum illi qui sopbistas lugebant: in templo consisterent nutrimenta seditioni querẽtes. Hoc autem metu arcbelaus anteq̃3 omnem populum morbus iste corrumperet: coboortem militum et cbiliarcbũ qui etiam seditionis principes comprebenderent eo dirigit: contra quos omne vulgus excitatum multos lapidum ictibus interfecit. Sautius vero Cbiliarcbus vix elabitur. Et illi quidem statim veluti nibil mali actum esset ad celebranda sacra conuersi sunt. Sed arcbelao sine cede iam multitudo comprimi posse non videbatur. Quamobrem totum illis immisit exercitum pedites per ciuitatem simul omnes equitesq3 per campum qui cum sacrificijs occupatos singulos inuasissent: prope ad.ix.milia bominum occidunt: reliquam vero manum per muros proximos deiecerunt. Precones autem sequebantur Arcbelaum iussu eius vnumquẽq3 vt domum rediret admonendo. Itaq3 cuncti neglecta diei festiuitate abiere. Ipse autem cum matre necnon et popla et Ptolomeo et nicolao amicis ad mare descendit relicto pbilippo regni procuratore: itemq3 rerum familiarium

curatore. Una vero egressa est cum filijs suis Salome fratrisq3 regis filij genere: spe
cie quidem velut Archelao ad successionem firmandam adiumento futuri: certa ve-
ro causa que contra leges in templu3 dimissa fuerant delaturi. Interea fuit illis Ce
sarie obuiam sabinus syrie procurator ad iudeam veniens ad pecunias custodiēdas
herodis. Quem vlterius progredi varijs inhibuit multis accitis Archelai precibus
intercedente Ptolomeo. Et tunc quidem sabinus in gratiam Vari neq3 ad arces
venire properauit: neq3 thesauros paterne pecunie clausit Archelao: sed vsq3 ad cog
nitionem Cesaris se otiosum manere pollicitus apud cesaria3 commorabatur. Po
stea vero q3 sibi obstantium vnus Antiochiam petit: alter hoc est Archelaus roma3
nauigauit: mature profectus in hierosolymam regiam tenet: custodumq3 principibus
idemq3 dispensatoribus euocatis: rationes pecuniarum discutere conabatur: ꝛ arces
occupare tentabat. Non tamen immemores Archelai mandatorum custodes erant
sed in obseruando singula queq3 perseuerabant: causam custodie magis Cesari q̃3
Archelao tribuentes. Cum hoc autem Antipas quoq3 de regno certabat: posterio-
re superius herodis testamentum firmius esse defendens in quo res ipse Antipas
fuerat scriptus: eiq3 tam Salome q̃3 multi alij cognati qui cum archelao nauigarent
suffragio esse promiserant. Ducebant autem secum fratrem matreque nicolai Pto
lomei in quo pro fide apud herodē probata non nihil videbatur esse momenti. Nā-
q3 illi fuerat amicorum carissimus. Oratori autem hirinio propter dicendi acrimoniā
plurimum confidebat vnde etiam qui se monerent vt archelao pro etatis merito ꝛ se
cundi testamenti voluntati cederet audiendos esse non censuit. Rome vero migraue
runt ad eum cunctorum studia propinquorum quibus inuisus erat archelaus: quiq3
precipue liberi omnes suiq3 iuris esse cupiebāt: ꝛ aut romano magistratu administra
ri aut si hoc non impetrarent antipam rege3 habere ad hoc etia3 sabino petebatur an
tipas qui archelaum per epistolas accusauerat apud cesarem: antipam vero multum
laudauerat itaq3 digesta crimina salome ꝛ ceteri qui cū ea sentirent cesari tradiderunt
ꝛ post eos Archelaus gestorū suorum perscripta capitula patrisq3 anulum per Pto
lomeū rationesq3 administrationis intromisit ad cesarem. Ille autem premeditatis
eisq3 ab vtraq3 parte dicerentur: vbi ꝛ regni magnitudinem multitudinēq3 redditum3
aiaduertit. Atq3 insuper herodis familiam numerosam prelectis etiam Vari ac sabi
ni litteris optimates romanorum ad consilium vocat. In quo tunc primum ex agrip
pa quoq3 ac filia sua natum gaium sedere iussit filium adoptiuum: atq3 ita partibus
prosequendi copiam dedit. Igitur Salomes filius Antipater. Namq3 eis erat ora
tor acerrimus eorum qui aduersabantur archelao: accusationē proposuit insimulans
archelaum quasi verbis quidē nunc de regno videretur contendere: re autem vera iā
dudū rex esset effectus: ꝛ apud aures modo cesaris cauillaretur: quē iudicem successi
onis expectare noluisset. Nā post herodis mortē quibusdā vt diadema sibi impone-
rent subornatis regis eum more in solio aureo residentem partim ordines militie per
mutasse: partim condonasse ꝓmotiones: ꝛ insuper his omnia annuisse populo: que ve
lut a rege impetrāda petijsset: maximorūq3 reos criminū quos pater su⁹ vinxerat ab
soluisse quiq3 ista fecisset: modo regni vmbrā a domino postulaturus venisse: cuius si
bi corp⁹ ipse rapuisset: vt non rerū: sed vocabuloꝝ dn̄m esse cesarē demonstraret. Ad
hec ei ꝙ etiā luctū p̄ris assimilasset obijciebat: cū interdiu quidē personam compone
ret i merorē: noctu vero ad cōmessatiōes vsq3 potaret. Deniq3 seditionē vulgi ex hac
indignatione conflatam eē dicebat: totius aūt orōnis sue vires eoru3 multitudine qui
circa templum cesi fuerant astruebat. Hos enim ad diem festum quidem venisse:
ad hostias vero quas ipsi mactauerant crudeliter esse iugulatos: tantūq3 in templo
funerum esse congestum quantum nullum ab externis illatū bellū implacabile con-
gessisset. Itaq3 huius crudelitatis herode presso ne spe quidē regni vnq3 eū dignu3

esse visum: nisi cum sane mentis inops erat: anima deterius egrotante q̃ꝫ corpore: ꝛ quem in secundo testamento scriberet ignorabat: presertim qui priore testamento scriptum incusare nihil posset: sed incolumi corpore omniq̃ꝫ vitio purgata mente fecisset. Ut tamen quis firmius esse ponat morbo laborantis arbitrium ipsum se Archelaũ abdicasse regia dignitate: multis in eam contra leges admissis. Nã qualẽ fore si acciperet a cesare principatum: qui anteq̃ꝫ acciperet tantum populum peremisset? Occulta in hunc modum persecutus Antipater multis ex numero circũstantium propinquorum in singula crimina testibus exhibitis perorauit. Surrexit autem nicolaus defensor archelai ꝛ ante omnia cedem in templo necessario factam esse perdocuit. Nã quorũ necis argueretur: non regni solũ sed etiã ipsius iudicis idest cesaris hostes fuisse: aliorũ autem criminũ suasores aduersarios demonstrauit. Secundũ vero testamẽtum iccirco ratum manere postulabat: q̄ herodes in eo successoris sui firmatorẽ cesarẽ constituisset. Nã qui tantũ saperet vt rerũ domino potestas succederet. Nec vnq̃ꝫ in herodis errasse iudicio: sed sano corde quem constitueret elegisse qui per quem cõstitui deberet non ignorauit. Cum aũt omnibus expositis etiam Nicolaus perorasset in medium progressus Archelaus ad genua cesaris accedit otiose. Quo benigne a cesare erecto eo q̄ paterna quidem successione dignus esset ostendit certum vero nihil pronũtiauit. Sed illo die dimisso consilio: secum ipse de cognitis deliberabat: vtrũ ex his qui testamento continerentur aliquem regni oporteret constitui successorẽ: an toti familie distribui principatum. Multitudo enim personarũ egere subsidio videbatur. Sed anteq̃ꝫ de his quicq̃ꝫ statueretur a cesare: mater archelai marchace morbo corrupta moritur. Et varie littere de syria prolate sunt iudeos defecisse nuntiãtes quod varus ferre prospiciens hierosolymam postquã archelaus nauigaret ascendit vt incensores seditionis cohiberet. Et quia multitudo cessatura non videbatur ex tribus quas e syria duxerat secum cohortibus vnam in ciuitate reliquit: atq̃ꝫ ita in antiochiam ipse remeauit. At sabinus cum postea in hierosolymã venisset causas nouarum rerum iudeis prebuit: modo vim custodibus vt arcas sibi idem arces traderent adhibendo: nunc maligne regis exquirendo pecunias. Non aũt solis relictis a Varo militibus fretus erat sed etiã seruorum suorũ multitudine: quos etiaꝫ omnes armatos auaritie ministros habebat. Festo autem quinquagesima dieq̃ꝫ pentecoste a iudeis vocatur: septies septem diebus ex actis rediens ex eorum numero vocabulum nacta non religionis solẽnitas populum: sed indignatio ꝯgregauit. Deniq̃ꝫ cõcursus infinite multitudinis ex galilea idemq̃ꝫ idumea ꝛ iericũthe trans iordanenq̃ꝫ positis regionib⁹ factus est: cum indigena ex ipsa ciuitate popul⁹ iudeorũ ex numero simul ꝛ alacritate prestaret: ꝛ tripartita manu terna castra collocauerunt: vna in septentrionali regione templi: altera in meridionali hippodromũ versus: tertiaq̃ꝫ in occiduo ꝓpe regiã tractu circũsessosq̃ꝫ Romanos vndiq̃ꝫ obsidebant. Sabin⁹ aũt multitudine pariter eorũq̃ꝫ spiritu perterritus: crebris quidem Varũ nuntijs precabat: vt q̃ꝫ mature ferret auxiliũ quasi lanianda cohorte si quid more interuenisset. Ipse vero in altissimã castelli turrimq̃ꝫ phaselus vocabat euadit fratris herodis cognomine: queꝫ Parthi necauerunt. Hinc militibus cohortis: vt in hostes irruerent signũ dabat. Nã pre timore quibus ipse preerat descendere null⁹ audebat. Eius aũt preceptis milites obedientes in templũ volãt: vehementiq̃ꝫ cuꝫ iudeis pugna cõfligũt: in qua dũ nemo desuper adiuuaret imperitos belli peritia superabant. Postea vero q̃ꝫ multi iudei porticib⁹ occupatis a vertice sagittis eos appetebant: plurimi conterebant: ꝛ neq̃ꝫ ex alto iaculantes vlcisci facile poterant: neq̃ꝫ ꝯmi⁹ dicantes ferebãt. Ab vtrisq̃ꝫ iñ afflicti succendũt portic⁹: opere magnitudine atq̃ꝫ ornatu mirabiles. Ibiq̃ꝫ cum multi flamma subito cõprehensi aut ea consumebant: aut in hostes desilientes: ab ipsis occide

sane eius impetū felix: et occurrens cum ipsis Romanis armatis quos etiam iudeorum reliqua multitudo iuuabat iniit conflictū. Et egyptius quidē cum paucis fugit. Plurimi autē qui cū ipso fuerant comprehensi: atque vinculis traditi sunt. Reliqua vero multitudo in regiones proprias dispersa est. Compressis porro his etiam sicut in egro corpore: rursus pars altera tumescebat. Magi enim quidam et latrones collecti multis afflictionem inducebant: et quasi ad libertatem vocabant: mortem aptissimā cōminantes his qui romanorum principatui obedire voluissent: vt vel reluctantes auerterent eos qui spōtaneam ferrent seruitutē. Dispersi ergo bipertitā regionē diripiebant quorūque potentiū domos: eosque insuper trucidabant: inflammabant etiā agros: ita vt desperatione eorū tota iudea protinus impleretur. Et hec quidem pugna indies grauius augebatur. Alter autē tumultus ortus circa cesariam inter iudeos scilicet qui ibi permixti habitabant: et syros commotione facta. Hi siquidem poscebant vt eorū fieret ciuitas iudeū eius fuisse conditorē dicentes: erat autem rex herodes. Emuli vero conditorē quidē confitentur iudeū: ipsam vero ciuitatē fuisse gentiliū vindicabant. Neque enim illic statuas et fana potuisse constitui si ad iudeos eā conditor pertinere voluisset. Ob has ergo causas inter se populus vterque iurgabat. Procedebat autem vsque ad arma contentio: et quotidie ad confligendū audaces quique partis alterutre prosiliebant. Neque enim iudeorum seniores cohibere tumultus gentis sue poterant: et grecis turpissimū videbatur a iudeis inferiores videri. Prestabant autē hi quidem diuitiis et corporum viribus. Greci vero auxilio militū: magna siquidem pars romane manus de Syria illo fuerat congregata. Et quasi cognati ad auxiliandū parati erant syris. Prefecti autem militum curabāt comprimere tumultū: et pugnaces quosque comprehendentes taureis vlciscebātur: ac vinculis. Neque tunc supplicia comprehensorū impedimentū aut timorem reliquis inferebant: immo magis hoc ipso seditionis irritabātur augmentum: tūc demū felix minaci edicto precepit contumaces quosque vrbe discedere: non parentium autē immissis militibus interfecit nō paucos: quorum etiā substantie direpte sunt.

Post hec quoque cū videret seditionē manere nobiles vtriusque partis elegit: et susceptа legatione misit ad Nerone pro his que sibi cōpetere arbitrarētur acturos.

Successit autē ei Cestius et hos qui maxime infestabant prouinciā sollicite persecutus: latronū plurimos comprehendit atque interfecit. Ca. II.

Verū successor huius Albinus non eodē more negotiis prefuit. Neque enim fuit aliqua malignitatis species quā ille preterierit. Denique non solū ciuibus furabatur: et diripiebat substantiā singulorū: neque solū tributorū additamentis in cōmune gentē grauabat: sed etiā quos ob latrocinia vel decuriones ciuitatū cōprehenderant: vel quia prioribus iudiciis in custodiis erant relicti accepta a cognatis eorū pecunia liberauit. Et is solum qui non dedisset in carceribus quasi nocentissimus remanebat. Per idem tēpus eorū quoque qui res nouare cupiebant: in hierosolymis crescit audacia. Ex quibus sane qui erant opulēti Albinū largitione redimebant: vt eis tumultū mouentibus nō indignaretur. Pars autem popularis que nō satis gaudebat quiete Albini pricipibus iungebatur. Vnusquisque improborū cohorte propria circūdatus ipse quidē quasi princeps latronū: et tyrannus eminebat. Stipatoribus vero suis ad direptionē mediocriū abutebatur. Ita fiebat: vt hi quidē quorū vastabantur domus tacerēt. Illi autē qui extra incōmodum stetissent metu ne similia paterentur querelis deterrebantur: imo et officiis ābiebāt eos quos constabat dignos eē suppliciis. In cōmune autē omniū fuit intercepta fiducia. Et erat tūc multiplex dominatio: et semia captiuitatis future iam ab illo tēpore spargebantur. Cū sane eiusmodi morū fuisset albinus: tamen succedens ei Cestius Florus optimū

eum per compatõnẽʒ sui fecit videri. Ille siquidẽ plura occulte ⁊ cũ fraude nocuerat Cestius vero iniquitates suas in vniũersam gentem tam palam q̃ʒ si gloriaretur exercuit. ac velut non ad regendã ꝓuintiam: sed ad dãnatoꝝ penas carnifex missus neqꝫ rapinaꝝ vllũ morẽ nec afflictõnum pretermisit. in miserĳs autem crudelissim⁹ erat in turpib⁹ vo ipudẽtissim⁹ neqꝫ eniʒ quis illo amplius offendit fallacia veritatẽ neqꝫ commentus est callidiores nocendi vias. Hinc siquidem viritim illatis dispendĳs lucra querere exiguum visũ est: sed totas simul despoliauit vrbes ⁊ labes populis inferebat solum non voce ꝑ totam regionem edicens liberum esse omnibus latrocinari dum ipse predarum acciperet portionem. Deniqꝫ ob illius auaritiam contigit totam pene deseri regionem ita vt plurimi sedes patrias relinquentes ad externas ꝓuintias commigrarent donec autem in Syria cestius gallus ꝓuintiam regebat neqꝫ ausus quispiam iudeorum est aduersum florum ad eum mittere legatos. Cum vo instãte azimorum solennitate ipse Hierosolymam venisset occurrens multitudo que facile tricies centum miliũ fuit precabatur: vt gentis sue calamitatibus sbueniret: ⁊ pestẽ illam ꝓuincie florum: vt eĳceret clamitabat. Qui tantũ cũ sb populi ore esset: ⁊ gallo assisteret: non solum nihil mouebatur: sed voces illas etiam deridebat. Cestius tãtũ ꝯpescens impetũ populi: ⁊ edicens qđ deinceps placatiorem eis floꝝ redderet: regressus ẽ antiochiã. Deduxit ãt eũ vsqꝫ ad Cesaream florus illudens mendacĳs et iudeorum genti bellum sedulo commiscens: quo scilicet solo iniquitates suas occultum iri posse credebat. Pace siquidem ꝑmanente habituꝝ se apud cesarem accusatores. Judeis vo defectõem negotiatus fuisset maiore vt que malo abducendã a se esse inuidiam peccatorum minorum. Igitur vt gens ab Romano obrumperetur imperio sedulo in diem augebat calamitates. ca. XIII.

Er idem tempus apud Neronem cesarienses victores extitere. Decreutʒque istud contestantes litteras attulerunt: ꝑ que hoc bello iudaico dabat exordium. Duodecimo. s. anno regni Neronis: septimo decimo autem regni Agrippe mense maio. Ad magnitudineʒ autem excitatorum de eo maloꝝ: nequaqꝫ idoneas causas habuisse deprehendit. In cesaria siquidem habitantes iudei hẽbãt synagogam: ꝑpter agrum cuius erat dñs gentilis quidem cesariensis ⁊ frequenter quidam egerant: vt ad illoꝝ ius illa possessio iungeretur: multis ptib⁹ maius preciuʒ q̃ʒ res meruerat offerentes. Dñs autem loci nõ solum preces eoꝝ despexisse contentus. Sed ad maiorem dolorem edificauit in loco tabernas ita vt angustũ eis transitũ relinqueret. Primum igitur feruentiores aliqui iuuenum ꝓsilientes edificatõnem vetabãt. cũ vo florus hos a ꝓhibendo cohiberet: non habentes iudeoꝝ nobiles qd agerent inter quos erat Joannes telones inflectunt floꝝ oblatõne octo talentoꝝ: vt edificatõnem vetaret. Ille aũt ob capiendã tm̃modo rem ꝓmittens se cũcta facturũ accepta pecunia statim de cesaria egressus est: abĳtqꝫ in Sebaste: seditioni tribuens facultatẽ q̃si qui pugnat spaciũ iudeoꝝ ꝓ̃matib⁹ vẽdidisset. Sequenti aũt die q̃ apud iudeos sabbatũ ẽ: cũ plebs ad synagogã coisset seditiosus quidã cesariensis vassamium ante ingressum eoꝝ ponens alites immolabat. Hoc factũ iudeos incoercibiliter accẽdit ⁊ legẽ suam quippe ꝯtũeliam ptulisse locũ ipm dicebant fuisse pollutũ. Pars aũt iudeoꝝ q̃ erat ꝯstantior atqꝫ moderatior denuo iudicib⁹ esse ꝯquerẽdũ rebat. Seditiosi aũt ⁊ iuuẽtute turgẽtes iudei effũdebant in litẽ. Stabãt aũt ad ꝯfligenduʒ pati ẽt cesariensium tumultuosiores. Ex consilio quippe directus fuerat q ꝑ synagoge forib⁹ immolaret. Sicqꝫ ꝯtinuo ex pugna ꝯmissa. Interueniens aũt iocũdus: qui ad ꝓhibẽdũ erat relictus p̃fectus equitũ. vas illud qdẽ qđ positũ fuerat iussit auferri ⁊ tumultũ sedare ꝑgebat. cũ vo supatus esset p̃ cesariensiũ violentia iudei stati libros legi rapiẽtes secesserũt in narbata regio q̃dã eoꝝ hoc noĩe appellat: direpta cesaria stadĳs

quadraginta. Primates aũt eoꝝ duodecim cũ ioanne in sebaste ad floꝝ venerũt: de his que acciderãt cõquerentes: ꝛ vt auxilio esset rogabãt: q̃uis reuerenter tunc eum ꝛ de octo talentis admonentes. Ille vero ilico cõprehensos eos vinciri iussit: arguens cur leges de cesaria auferre ausi fuissent. Pro hoc igitur apud hierosolymas graussima iurgia nascebanẽ. Uerũtamen adhuc indignatõẽ suã frenabant. Florus vero quasi ad hoc operã suam locasset: vt bellũ inflammaret misit ad sacrum thezaurũ vt inde decem ꝛ septem talenta auferrenẽ: quasi eam pecuniã impense cesaris flagitaret. Tunc vero statim inuasit populũ multa cõfusio: cõcurrentes ad templũ maximis vocibus nomen cesaris appellabant: vt a tyrãnide flori liberarenẽ orãtes. Quidam aũt seditiosoꝝ in floꝝ maledicta iaciebant vltima ꝛ canistrũ circũferentes stipẽ eius nomine postulabãt: quasi inops ꝛ miserrimus talibus indigeret auxilijs. His aũt omnibus nihil est a cupiditate deterritus: sed multomagis ad depredandũ irritatus est. Deniq̃ cũ debuerat cesariã veniens ignem belli illic nascentis extinguere: causasq̃ tumultuũ submouere: pro quo etiam pecuniã acceperat pactus: tm̃ cum exercitu equitũ atq̃ peditũ hierusalem cõtendit vt romanis ad que volebat vteretur: ac timore ꝛ minis vrbem nudaret. Tunc populus lenire eius impetũ volens obuiam militibus ꝑcessit: cũ solitis vtiq̃ fauoribus ꝛ floꝝ honorare offitijs patus. Ille vero ꝑmittens cũ equitibus. L. centurionẽ noĩe capitonem discedere eos iussit. Neq̃ euẽ in quem tam grauia maledicta iecissent: falso denuo honore deluderẽt. Oportere q̃ppe eos si viri sunt fortes animisq̃ cõstantes etiã in p̃ntem effundere cõtumelias: nec solũ eos in verbis: sed etiã in armis amorem libertatis ostendere. His dictis exterrita multitudo simul etiã eq̃tibus: qui cũ capitone venerãt: in mediũ vulgus irruẽtibus diffugerũt: anteq̃ floꝝ salutarẽt: aut militib⁹ officia cõsueta redhiberent. Discedẽtes igitur in domos cũ metu atq̃ humilitate ꝑuigilem duxere noctẽ. Florus aũt tunc q̃dem degit in regia. Postridie aũt aduersum eos extructo tribunali sublimis resedit: cõuenientesq̃ sacerdotũ principes ꝛ ciuitatis vniuersa nobilitas astiterũt tribunali. His precepit florus: vt omnes qui maledicta in eũ succlamassent ꝓtinus dederent edicens in ipsos esse: nisi eos ꝓduxerint vindicandũ. Ad hec r̃ndent iudei: populũ quidem pacifica queq̃ sentire: illis vero qui errauissent in verbis veniã cõferendam postulabant. In tanta siquidem multitudine nihil esse mirandũ offendi aliquos temerarios: ꝛ ꝑ etatem insipientes: esse aũt impossibile eoꝝ qui deliquerint discrimen agitari: cũ ꝛ singulos nimirũ peniteat: ꝛ ꝑ timorem ad negandũ sint pati. Debere tãtum illuẽ si cõsuleret gentis qeti: ꝛ vellet romano impio suare vrbẽ. Magis ꝓpter mltos inoxios dare veniã ẽt paucis delinq̃ntib⁹ q̃ ꝓpter paucos d̃linq̃ntes iꝓbos ꝑturbarẽ multitudinẽ tm̃ bonoꝝ. Ad hec v̾o ille magna indignatõe inflãmat⁹ militib⁹ exclamauit: vt foꝝ venaliũ qđ erat in supiori pte diripent: ac passim obuios trucidarent. Illi v̾o ad lucri sui cupiditatẽ addita auctoritate rectoris: nõ solũ illũ diripuerũt locũ in quem fuerãt immissi: sed in vniuersas insilentes domos interficiebãt habitatores. Fuga aũt erat ꝑ angiporta oĩa ꝛ cedes eoꝝ qui ꝯprehendebanẽ: direptõis quoq̃ nulla species ꝑtermittebaẽ. Multos aũt etiã nobiliũ cõprehendẽtes adduxerũt ad floꝝ: quos ille verberib⁹ laniatos in crucẽ sustulit. Deniq̃ oĩs nũerus illo interfectoꝝ die cũ puulis: ꝛ mulierib⁹ neq̃ eni lactãtib⁹ pepcerant fuit ducẽti ꝛ. xxx. grauiorem aũt faciebat calamitatẽ videri nouitas romãe calamitatis: q̄ eni nemo vnq̃ prius tunc florus ausus ẽ: vt viros. s. equestris ordinis ꝓ tribunali flagellẽ cederet ac patibulis affigeret. Quoꝝ ꝛ si origo iudea tñ romana dignitas erat. Ca. XIIII.

Er idem temp⁹ rex q̃dam agrippa alexandriã erat ꝓfect⁹: vt alexandrũ q̃ egyptũ ꝓcurabat: missus a nerone iure hospitis cõueniret. Germanã autẽ suã beronicẽ hierosolymis inuentã ꝛ iniq̃tatem militũ videntẽ grauis ꝓ hac

angoꝛ inuaſerat: ⁊ frequenter q̄dem p̄fectos eq̄tū ſuoꝝ: cuſtodes coꝛpis mittēs ad flo
rū p̄cabat̄ vt a ſede deſineret. Jlle vͦo neq̃ in multitudinē interfectoꝝ: neq̃ in nobili
tatem peccatricis: ſed tantum in lucra ſua: q̄ de rapinis ꝯgregarent̄ aſpiciens ꝯtemp
ſit abnuere. impetꝰ aūt militū in reginā efferatꝰ ē. Nō ſolū q̄ppe ſb oculis eius obui-
os quoq̃ multabāt: ſed etiam ipſam niſi ꝯfugiſſet in aulā interficerēt. ibi āt puigilem
noctē cū intēta cuſtodia egit verēs vtiq̃ irruptōem militū. Uenerat āt hieroſolymā
vt vota deo ſolueret. His enim q̄ moꝛbo vel aliis neceſſitatibus implicant̄: mos eſt
oꝛare per. xxx. dies anteq̃ immolēt hoſtias obſtinere quoq̃ vino ⁊ capillos radere.
Quem moꝛem heronice Regina exercuit diebꝰ: nudipes etiā an̄ tribunal ſtetit depꝛe
cans floꝝ: ⁊ pꝛeter qd̄ nihil honoꝛis hita ē ⁊ etiā de vita ſua periclitata ē. Ca. XV.

Ec aūt facta ſunt ſextodecimo die menſis maii. Poſtridie aūt conueniens
multitudo in foꝝ qd̄ erat in ſupioꝛi p̄te ciuitatis ꝯfluēs magniſ clamoꝛibus
de his q̄ interfecti fuerant querebātur. Potiſſimū aūt inuidioſa in floꝝ vo-
ces erant ꝙ vertii p̄matel q̄q̃ ⁊ pōtifices diſruptis veſtibꝰ ⁊ viritim ſingulos ꝯp̄hen
dentes poſtulabant: vt ab his verbis quoꝝ cauſa mala tanta p̄tulerāt deſinerēt neq̃
in maioꝛē idignatōem floꝝ mouerēt. Sicq̃ ſedata ē multitudo: tā reuerentia pꝛecāti
um q̃ ſpe ꝙ nequaq̃ floꝛus vltra in eos ſeuiret. ille āt vidēs m̄ltitudinē eē ſedatā an
gebat̄: ⁊ denuo eā inflāmare cupiēs pōtifices cū nobilibus aduocauit. itaq̃ vnū ait
argumētū foꝛe ꝙ nihil vlteriꝰ de nouādis rebꝰ pp̄l̄s cogitaret. ſi obuiā p̄cederet mi
litibꝰ de ceſaria veniētibꝰ. veniebāt aūt due cohoꝛtes: q̄ cū vocaſſet populū ad occur
rēdū mādat cēturiōibꝰ: vt nullā ſalutatōez r̄dderēt obuiātibꝰ iudeiſ. Ad qd̄ ſi offenſi
petulāter q̄ppiā eēnt locuti ſtati i eos vterent̄ armis. Pōtifices ergo collectā multi
tudinē in templo p̄cabant̄ vt occurrerent romanis ⁊ ante graue incōmodū cohoꝛtes
ſolenniter ſalutabāt. His hoꝛtatōibꝰ ſeditōſi quiq̃ annuebāt: ⁊ ob iterfectoꝛū doloꝛē
reliqua m̄ltitudo iūgebat̄ audacibus. Tunc vͦo ⁊ omnis ſacerdos oēſq̃ leuite ſacra
vaſa p̄ferētes: oꝛnatūq̃ tēpli: citbariſte etiam ⁊ cantoꝛes cū muſicis oꝛganis p̄cede-
bāt an̄ multitudinē: ⁊ obnixiſſime p̄cabāt̄ vt illū tēpli honoꝛē cuſtoditū eē vellēt: ne-
q̃ ad direptōnē vaſoꝝ ſacroꝝ rōanos ꝯtumeliis incitarent. Erat aūt videre: ipſoſ ſa
cerdotū p̄ncipes ſparſis cinere capitibꝰ ⁊ pectoꝛa diruptis veſtibꝰ nuda mōſtrantes
nomiati ſinguloſ quoſq̃ nobiliū ꝯpellare: ac denuo in cōe multitudinē pꝛecari: ne ob
modicū peccatū patriam ſuam p̄derent his qui direptōi eius inhiarent. Quā enim
vtilitatē vl̄ militibꝰ eſſe de iudeoꝝ ſalutatōne tribuenda: vel illis que acciderant coꝛ-
reptōem ſi in p̄nti p̄dire ceſſaſſent. At ꝯtra ſi officioſe ſuſceperint ſolēniterq̃ venien
tes auferri floꝛo occaſionem pugne: ipſos vera ſaluare p̄riam ſuā ⁊ p̄uidere. Ne q̄d
vltra q̃ p̄tulerant expirēt. His addunt q̄m pauciſ ſeditioſ ſi tāta multitudo iūgatur
quo magis ad pacificū ꝯſiliū ſua debuerint auctoꝛitate tranſferre. Tali hoꝛtatu multi
tudinē inflectentes: etiam ipſos ſeditōnis auctoꝛeſ: quoſdam quidē minis: quoſdam
aūt ſui reuerentia mitigauerunt: ac deinceps p̄cedētes cū quiete omni pp̄l̄o ſequente
militibꝰ obuiā p̄dierūt. Jāq̃ cōminꝰ factos ſalutauerūt. Jllis āt nihil reſpōdentibꝰ
ſeditioſi iudeoꝝ aduerſum Floꝝ cuius hec fierent ꝯſiliis ſucclamauerunt. Cōfeſtī
q̃ milites ꝯpꝛehendentes eos cedere fuſtibus adoꝛti ſunt: atq̃ in fugā verſos p̄ſeq̄n
tes equites p̄culcabāt. Coꝛruebāt aūt multi quidē cū a romanis cederēt: plures aūt
cū ſe mutuo p̄pellerēt. Jn ipſis aūt poꝛtis grauis facta ē ꝯpꝛeſſio: ⁊ vnoquoq̃ alteꝝ
p̄uenire cupiente tardioꝛ fuga ꝯctis fiebat. Collabentiū vͦo erat durus interitꝰ: Suf-
focato enim atq̃ ꝯflato miſeri diſperibāt: ⁊ neq̃ ad ſepulturā quiſq̃ p̄ximis ſuis co-
gnoſcendꝰ remanebāt. irruebāt aūt pariter milites imoderate eos quoſ ꝯp̄hendiſſent
cedētes: ⁊ p̄ ingreſſū q̄ hecethā vocat̄ detrudebāt multitudinē trāſire cupiētes: vt an
toniā ⁊ tēplū obtinerēt. Quos etiā floꝛꝰ ꝯſecutꝰ eduxit de regia eos qui ſecū erāt: ⁊ in

arcem transire nitebat. Frustratus tunc est eius impetus. Cōuersus quippe aduersum eos popul⁹ repugnauit: ꝛ p tecta euadētes obruebāt saxis romanos. Qui cum supne sagittis vincerent venientib⁹: nec possent defendere multitudinē que p angustos arctabat ingressus: ad reliquū se exercitū qui erat in regia receperūt. Seditiosi aūt verentes ne supueniēs denuo florus templū occuparet p antoniā ex tēplo ascendentes porticus ad templū p antoniā cōtinentes interciderūt: quaten⁹ auaritiā flori desperatōe cōpescerēt. Nam cū diuinis inhiaret thesauris ꝓpterea hoc in antoniaꝫ transgredi niteret: vbi intercisas porticus vidit: ab impetu conquieuit. Et cōuocans sacerdotū principes: atqꝫ curiaꝫ se quidē ait vrbe digredi: presidiū tunc apud eos relinquere q̄ntum ipsi voluissent. Ad hec illis r̄ndentib⁹ nihil nouandū fore si vnaꝫ tm̄ relinq̄ret apud eos cohortem. Dū tm̄ non illam que cū ciuib⁹ pauloante cōflixerat ob ea si quidem que ptulere populū illis militibus infensum: cohorte sicut precabant mutata cum reliqua manu cesariam regressus est. Ca. XVI.

Liud aūt denuo pugne consiliū cōminiscēs rettulit ad cestiuꝫ: ꝛ iudeos defectionis criminat⁹ impudenti mendacio illos ppetrasse dicens quecūqꝫ eos ptulisse cōstabat. Nec sane principes hierosolymoꝝ tacuerūt: sed ꝛ ipsi ꝛ beronice ad celestium de his que inique in vrbe egerat rettulerūt. Ille aūt susceptis litteris ptis vtriusqꝫ quid facto opus esset cū principib⁹ deliberabat. Et quibusdam q̄dem videbat cum exercitu in iudeam cestium ire debere: ꝛ aut vindicare defectioneꝫ si fuisset admissa: aut magis fidos reddere iudeos: eorumqꝫ accolas. Ipsi tm̄ magis placuit aliquem de suis preire: qui ꝛ negocia ꝛ cōsilia iudeoꝝ possit ei fideliter nunciare. Direxit eo tribunū Neapolitanū qui ab alexandria reuertenti agrippe circa iamniam occurrens: vel a quo fuisset directus vel ob quas causas indicat. Quo loci iudeorum etiam pontifices reliquiqꝫ nobiles eorūqꝫ curia adesse curauerant: vt regem circa scilicet officia nouarent. Postea vero q̄ꝫ cōgrua humanitate coluerūt cōquesti sūt q̄ꝫ potuerūt flebiliter de calamitatib⁹ ꝓprijs: ꝛ inhumanitatē flori explicauerūt. Quā licet argueret agrippas tm̄ vt ducis auctoritati competebat inuentōꝫ suam in iudeos transtulit: quoꝝ maxime miserebat volens scilicet frenare eoꝝ motus: vt p hoc ipsuꝫ q̄d viderent nihil passi iniurie ab vltionis desinerēt appetitu. Ad hec ergo quicunqꝫ egregij erāt: ꝛ ꝓpter sua predia desiderabant q̄eteꝫ: intelligebāt regis redargutōꝫ eē plenā benignitatis. Popul⁹ aūt hierosolymoꝝ sexaginta stadijs obuius ꝓgressus officiose agrippā ꝛ neapolitanū suscepit. Lamentabant tamen interfectos cōiuges mulieres: quaꝝ plāgorib⁹ reliqu⁹ quoqꝫ popul⁹ ad lamēta cōuersus precabat agrippam vt genti cōsuleret. Succlamabāt etiaꝫ neapolitano: vt ingrederet vrbē videretqꝫ q̄ essent a floro gesta: ꝛ ita ostendebāt foꝝ q̄deꝫ desertū domosqꝫ vastatas. Deinceps vero p agrippā suasere neapolitano vt is cū vno tm̄ famulo vsqꝫ ad soloā totam circuiret ciuitatē: quaten⁹ ipsis cognosceret oculis iudeos q̄dem omnibus alijs parere romanis: soli aūt floro aduersari ꝓpter magnitudineꝫ in eos crudelitatis. Ille igit̄ cū circuisset vrbem ꝛ mansuetudinis ppl'i sufficiēs documentū teneret: ascendit in templū quo etiā multitudinē cōuocauit: ꝛ plurimis verbis fideꝫ eoꝝ cuꝫ circa romanos collaudasset: multa etiā ad cōseruatōꝫ pacis hortatus adorauit eū eiusqꝫ sancta in eo tm̄ cōsistens loco in quo licebat p religionē: sicqꝫ regressus ad cestium est. Vulgus āt iudeoꝝ ad regē pontificesqꝫ cōuersus petebat: vt legati aduersuꝫ floꝝ ad neronē mitterent: neqꝫ de tāta cede tacentes suspitōꝫ sue defectōis p̄berent: visuri quippe eos p̄ncipes capiēdoꝝ armoꝝ fuisse nisi pueniētes ōndissent illū esse q̄ dedisset exordiuꝫ cōstabat aūt multitudinē nō esse q̄eturaꝫ si legatōꝫ aliq̄s impedisset. Ad hec agrippa ordinari q̄deꝫ legatos qui floꝝ accusarēt inuidiosuꝫ putabat: despicere aūt iudeos in bella cōmotos neqꝫ sibi expedire cernebat. Ca. XVII.

Conuocata igit̃ ↄtõne in xistũ: ⁊ i suggestu ↄstituẽs germanã suã beroicẽ masa mõ eoꝝ domo ea siquidẽ xisto imiebat cõtra supiorẽ ptem vrbis. Naʒ xisto templũ erat ponte ↄiũctũ eiusmõi orõnẽ babuit. Siquidem nõ viderem vos oẽs ad pugnã cũ romanis esse cõcitatos. neqʒ populi puriorẽ sincerissimamqʒ pacem velle seruare. Neqʒ pcessisseʒ ad vos: neqʒ consulere confisus essem: superuacua gp pe de vtilibus oratio quando omniũ babitatoꝝ ↄspirat ad deteriora consensus. Quõ ṽo aliquos quidem etas: maloꝝ belli nescios facit. Quosdam ṽo incõsiderara spes libertatis. nõnullos ṽo auaritia succendit ⁊ in cõfusione reꝝ capiendũ de minoribus lucrum quemadmodum ipsi ab boc errore corrigantur: ⁊ nõ p paucoꝝ improba con silia etiam boni disspareant existimaui oportere: vt omnibus vobis in vnum coactis ea exponerẽ que arbitror expedire. Perstrepet auteʒ nemo si non ea audierit que ip sius fert libido. His siquideʒ qui sunt ad defectõnem irreuocabiliter incitati: licebit ẽt p⁹ meos monit⁹ manere in pristina volũtate. Mea aũt ẽt ad illos q audire cupiũt intercipietur oratio: nisi ab omibus vobis silentium prebeaẽ. Noui quidem q̃ʒ mul ti ⁊ iniurias pcurantium puintias ⁊ preconia libertatis quasi tragice psequanẽ. Ego autem anteq̃ʒ discutiam qui sitis ⁊ contra quos pugnam suscipere tentetis: primũ se pabo cãs quas cõnexas putatis. Si enim violatores vestros cupitis vlcisci: cur liber tatem magna laude sustollitis? Si vero istud ipsum seruire intolerabile ducitis super flua est aduersum rectores querela. Et illis siquidẽ vel moderatissime agentibus: ni bilominus turpe erit seruire. Cõsiderate aũt sigillatim ⁊ videte q̃ʒ exigua sit materia belloꝝ. Et primũ quidẽ ipsa rectoꝝ ↄsideranda sunt crimina. Colere siquidem offi tijs non exasperare oʒ iurgijs prãtem. Cũ ṽo modicoꝝ peccatoꝝ exprobratõnes ma ximas facitis: aduersum vos pfecto eos quibus infertis ↄtumelias irritatis. Relin quentes quippe ⁊ q̄ ante clanculo: ⁊ cũ quadam verecundia nocebant: palã vos cõ fidẽterqʒ populanẽ. Nibil aũt ita plagas coercet: vt patientia ⁊ violatoꝝ quies q̃ vi gilantibus indicit pudorem. Fac aũt eos qui a rõanis in puintias dirigantur eẽ gra uiter molestos. Non tamen etiã rõani oẽs violãt vos: neqʒ ipse cesar aduersum quẽ pugnare multis. Neqʒ enim ex precepto illoꝝ improbus ad vos quisq̃ʒ venit: neqʒ possunt illi que in oriẽte gerũtur positi in occidẽte ↄspicere. Sed neqʒ facile ea que bic fiũt: illic audiuntur. Est aũt importunissimũ ⁊ ppter exiguas cãs tantis: ⁊ ea de qui bus q̃rimur nescientib⁹ velle ↄfligere. Et quidẽ nostroꝝ criminũ cito erit futura cor rectõ. Neqʒ enim vnus idem puintie semp curam tenebit ⁊ successores eius credi bile est modestiores futuros. Motũ aũt semel bellũ neqʒ deponere facile ẽ absqʒ ma gnis calamitatibus neqʒ sustinere. Libertatis ṽo dona sitientibus prouidendũ atqʒ certandũ est: vt pncipio non ea careant. Molesta enim est nouitas seruitutis quã ne vtiqʒ sbeas iustũ suscipi certamen videẽ. Qui ṽo semel sbiectus est ⁊ deinceps deficit ↄtumax magis seruus q̃ʒ amator libertatis ostendiẽ. Tunc igitur oportuit oĩa agere ne susciperentur rõani cũ in puintiam Pompeius intraret. Maiores ṽo vestri eorum qʒ reges pecunia corporibus animis multo vobis meliores exigue parti virtutis Ro mane obsistere nequiuerunt. Uos aũt qui bereditariã obedientiam suscepistis rebus aũt omnibus ab illis q p̃mi paruere q̃ʒ longissime inferiores estis: ↄtra oĩne romanũ regnũ obsisteẽ arbitramini? Et atbeniẽses qdẽ q ob grecoꝝ libertatẽ patriã suã quõdã ignib⁹ tradidere: q supbissimũ illũ Xerxẽ p terraʒ nauigãtem: p mare ṽo ãbulãtẽ et cuius classem non capet amplitudo pelagi latiorẽ aũt Europa duceret exercitũ. bũc inquam cum vna naue fugientem gloriosissime persecuti sunt. Circa paruam autem salaminã qui tantas opes asie ↄfregere: nũc tamẽ buiũt romanis: ⁊ illã regiã grecie ci uitatẽ administrant italie iussiones. Lacedemonij quoqʒ p⁹ thermopylas ⁊ plateas et Agesilauʒ asiã pscrutatũ eosdẽ dños venerãẽ Macedones ṽo q adbuc pene liber

taté imaginant̄ phìlippū videre cū alexandro ꝓmittentē sibi orbis impiū: ferūt tñ rerū mutatōꝫ ⁊ adorāt eos ad quos fortūa migrauit. Alie quoqꝫ multe gētes ad libertaté fiducia subnixe: ⁊ multo maiores cesserūt tñ ⁊ obediūt. Uos aūt soli seruire dedignamini his qbus videatis vniuersa esse subiecta? Cui militie? quibus confiditis armis? Ubi classis vestra que puaget̄ romanoꝝ maria? Ubi aūt q expensis possūt sufficere thesauri? Cōtra egyptios forte aut arabas existimatis vos belluꝫ mouere? Nō circūspicitis romanoꝝ impiū? Nō metimini vestrā imbecillitatē? Nōne scitis vestram ciuitatem a cōterminis gentib⁹ frequenter esse superatam? Illorum autem virtus per totum orbem inuicta percurrit: immo etiaꝫ hoc orbe plus aliquid q̄sierūt. Neqꝫ eni sufficit eis ad orientē qdem totus euphrates: ad sepentrionem v̄o Ister neqꝫ meridietenus solitudine libya pscrutata: neqꝫ in occidente gadira: sed vltra oceanū aliū quesierūt orbem. Usqꝫ ad britānias inaccessas prius arma ⁊ exercitū transtulerūt. Quid ergo? Uos ne ditiores gallis: fortiores germanis: prudētiores grecis? Postremo plures estis oibus in toto orbe degentib⁹? Que vos fiducia aduersum romanos erigit? Sed dicit aliqs seruire molestissimū est. Ac q̄to magis id grecis: q vniuersis sub sole habitantib⁹ videbant̄ prestare nobilitate: ⁊ taꝫ latā quondā ꝓuinciam possidētes: tūc bis ternis fascib⁹ rōanoꝝ obediūt. Parib⁹ aūt macedones obsequunt̄: q certe multo vobis iustius deberēt libertatē meri. Quid aūt qngente asie ciuitates? Nūquid nō absqꝫ vllo p̄sidio vni tantūmō rectori parēt: ⁊ fascib⁹ cōsulis obsequūt̄. Quid aūt pgaꝫ enumerare heniochos: ⁊ colchos: ⁊ tauroꝝ gentē: bosphoranos quoqꝫ ⁊ habitātes circa ponti litora: natōnes meoticasqꝫ gētes? Apud quas nimirū olim neqꝫ domesticus aliquis dn̄s noscebat̄. Nūc v̄o militū subijciunt̄ tm̄ tribus milib⁹: ⁊ .xl. naues longe innauigabile p̄us marei pace custodiūt. Quāta bithynia ⁊ cappadocia ⁊ pāphylioꝝ gens lydi quoqꝫ ⁊ cilices ꝓ libertate dicere valerēt. Tñ nūc sine armis tributa pendūt. Quid aūt thraces qnqꝫ quidē dieb⁹ in latū: septem aūt in longū cōmeabilē ꝓuinciā possidētes aspiorēqꝫ multo q̄ꝫ vestra est: ac multis ptib⁹ fortiorē altissimoqꝫ gelu eos q irruerint retardantē duob⁹ milib⁹ romanoꝝ in p̄sidio manētib⁹ obsequunt̄. Post hos illyrij vsqꝫ ad dalmatiā: ⁊ istrio tenus incolentes duab⁹ tm̄ legiōib⁹ obediūt: cū quib⁹ ⁊ ipsi impetus cōpescūt dacoꝝ. Ipsi quoqꝫ dalmatie qui tā multa de libertate cōati sunt sepiusqꝫ capti: rursuꝫ cū maiorib⁹ opib⁹ rebellarūt. Nūc sub vna romanoꝝ legione agūt quietē. Uerumtñ si aliquos magne cause ad defectōꝫ incitare deberēt: gallos potissimū oporteret assurgere: quos videlicet tantis munimētis natura cinxisset. Ab oriētali quippe plaga alpiū mōtib⁹ a septentrionali rheno flumie: a meridie pyreneis mōtib⁹: ab occidēte vero occeano. Sꝫ tali munitōe gaudētes trecētis ⁊ .xxv. gētibus nūero si fontes aūt: vt ita dixerim: felicitatis domestice habētes: oibusqꝫ bonis totū pene orbē irrigātes ferūt: nihilominus vectigales esse romanoꝝ: ac felicitatē suā in eoꝝ felicitate reponere. Idqꝫ sane ipsum: nō p aioꝝ mollitiē: nec ꝓpter ignobilitatē gentū quippe octoginta ānos ꝓ libertate pugnauerūt: sed romanoꝝ admirati sunt: horruerūtqꝫ cū v̄tute fortunā: q̄ illi plura sepe obtinuere q̄ꝫ bellis. Deniqꝫ sub mille ⁊ .cc. militib⁹ suiūt: quib⁹ pene plures habuerāt ciuitates. Neqꝫ iberis nascens in agris aurū ad gerēda ꝓ libertate bella sufficit. Neqꝫ tm̄ terraꝝ marisqꝫ spacia. Rōanis dirempte gētes luscitani. s. ⁊ a cātabroꝝ armenia: nec vicin⁹ occean⁹: etiā accolis suis fragore terribili satis fuit vincētibus rōanis: sed vltra colūnas herculis ꝓtulerūt arma: ⁊ ipsas nubes pyreneoꝝ mōtiū egressi vertices ditioni sue subdiderūt rōani atqꝫ ita pugnacib⁹ gētib⁹ tantoqꝫ: vt p̄dixi: spacio dirēptis legio in p̄sidio vna satis est. Quis vestrū nō audiuit multitudinē germanoꝝ: virtutē quoqꝫ ⁊ magnitudines corpoꝝ vt arbitror sepe vidistis. Siquidem vbiqꝫ rōani eaꝝ gentiū captiuos habēt. Sꝫ illi quidē ita ingentē spatijs regionē

icolẽtes spũs aũt maiores corplb⁹ gerentes ꝛ aiam quidẽ ꝯtẽptricẽ mortꝭ: indignatõ⸗
nes aũt vehemẽtiores feris: nũc aũt limitẽ rhenũ hñt: ꝛ octo rõanorum legionib⁹ do⸗
mãť: ꝛ seruiunt quidem qui capti sunt: reliq̃ aũt eoꝝ gens vniuersa salutẽ in fuga non
in armis reponit. Cõsiderate ẽt britannoꝝ muros qui Hierosolymoꝝ ꝯfiditis mu⸗
ris. Illos siquidẽ circũdatos occeano: ꝛ pene nõ minorem q̃ȝ nr̃ orbis est hitantes ro
mani nauigãtes redegerũt in ditõnẽ suã: q̃tuorq; legiones tante magnitudis isulã tu
enť. ꝛ qd op⁹ ẽ pl'a dicere: cũ ẽt parthi bellicosissimũ gen⁹ tãtis p̃us ppl's ipantes et
tã magnis opibus circũdati obsides tñ mittũt rõanis: ẽq; cernere sb spẽ pacis huien
tẽ in italia p̃cipuã orientis libertatẽ. Uniuerſ quippe qui sb sole icolũt rõanoꝝ arma
venerãtib⁹ vos soli bellũ geretis: Neq; carthaginensiũ ꝯsiderabitis finẽ: qui magno
illo hãnibile gloriãtes: ꝛ ex nobilitate phenicũ stirpe venientes tñ sb scipionis dexte
ra corruerũt. Sed neq; cirenei lacedemõe oriũdi: neq; marmaridaꝝ gen⁹ vsq; ad dip
sadẽ ꝓtẽtũ neq; terribil' ẽt audiẽtib⁹ syrtes: nasamones quoq; ꝛ mari ꝛ inũerabil' mul
titudo nomadũ ṽtutes ipediere rõanas Sed tertiã ptẽ orbis terraꝝ: cui⁹ neq; nũera⸗
re quidẽ natões facile ẽ q̃. s. ab atlantico mari ꝛ colũnis herculis vsq; ad rubꝝ mare
ifinitos nũero ꝛ locis ethiopes continet: totã tñ suscepũt armis ꝛ p̃ter fruges ãnuas
q̃bus rõanam multitudinẽ octo mẽsibus pascũt alia quoq; vectigalia pẽdũt. Expen
sas quoq; deuotissimi ipio ministrant. Nihil de his que iubenť: sicut vos cõtũeliosũ
putãtes. Equidẽ vna cũ illis tm̃ legio ꝯmorať. Sed qd op⁹ ẽ lõge petitis exẽplis po
tẽtiã explicare rõanã: Quom eã possitis de uicina vobis egypto diligẽter inspicere.
Hec ei cũ vsq; ad ethiopas porrigať: opulẽtãq; arabiã: ꝯtigua quoq; sit indie qnqua
ginta ꝛ septigẽta cẽtena milia icolaꝝ hñs p̃ter alexandrioꝝ plebẽ tñ vectigalia quoꝝ
magnitudinẽ de cẽsu singuloꝝ capitũ estiari licet deuotissime penditãs: rõanũ nõ de⸗
dignatur ipiũ. Et certe q̃ȝ magnũ stimulũ defectõis hñs: alexãdriã. s. multitudie ꝛ di
uitijs abũdãtẽ: magnitudine quoq; nõ imparem. Hȝ siqdẽ in lõgitudie stadia. xxx.
in latitudine ṽo nõ min⁹ q̃ȝ decẽ: tributoꝝ ṽo multo ampli⁹ p menses singulos ifert:
q̃ȝ vos toto anno pẽditis: ꝛ preter pecuniam. iiij. mẽsiũ rõane plebi ãnonam mistrat.
Muniť aũt vndiq;: aut in ꝯmeabili solitudie aut importuoso mari: aut fluminib⁹ aut
siluoſ paludib⁹: quoꝝ tñ oim nihil rõana fortuna fortius fuit. Due ẽt legiones ciui⸗
tati insidẽtes ꝓfundã egyptũ cũ illa macedonũ nobilitate frenãt. Quos igiť in bella
de solitudinib⁹ aliquib⁹ socios assumetis: Siquidẽ oẽs qui in orbe hitabili degũt ro
mani sunt. nisi forte quis vestꝝ spes suas vltra euphratẽ porriget: ꝛ adiabenoꝝ regio
nem gentiles suos estimet adiutores. Porro nec illi ꝑpter irrõnabilẽ cãm tanto se
bello implicabunt: nec si tam ꝓbroso operi assensum dabunt parthus tamen sineret.
Est siquidem ei cura tuende cũ Romanis amicitie ꝛ arbitrabiť fedus esse temeratũ
si quis de his qui sbiecti sunt eius imperio aduersum romanos in bello ꝓcedat. Su⸗
per est ad diuinum confugiatur auxiliũ. Uerum ꝛ hoc apd̃ Romanos. Sine deo qp
pe impossibile esset imperium tale consistere. Considerate autem quemadmodũ hec
ipsa erga ipam religionẽ imoderatio: etiaȝ si cũ lõge inferioribus bellũ geratis: tñ ad
dispẽsandũ sit vobis difficillima atq; eadẽ trãsgrediẽdo offẽdatꝭ deũ: p q̃ eũ auxiliatu
rũ putatis. Si ei huetis sabbatoꝝ ꝯsuetudinẽ: ꝛ ad nullũ actũ moueami facile ꝓfec⸗
to capiemi. Sic quippe ẽt maiores v̾ri experti sunt hos dies Pompeio ad bellũ de
stinante in quib⁹. s. hi qui oppugnabanť otio gerebãt. Transgredientes aũt in bello
legem patriam nescio ꝑpter quid in reliquum dimicetis. Una siquidẽ nunc vobis
intẽto est: ne quid de patria institutõe soluať. Queadmodũ aũt aduocabitis ad adiu⸗
torium deum si cultum indebitum sponte violetis: Assumunt autẽ singuli quiq; bel
lum vl' diuine v̾tuti: vel hũanis opib⁹ ꝯfidentes. Cũ v̾o vtraq; hec quantũ ad ipsam
ptinet ꝯsequẽtiã deseruntur: in manifestã vtiq; captiuitatẽ volentes pugnare ꝓsiliunt

Quid aūt ꝓhibet ꝓpriis manib⁹ filios vestros cōiugesq; laniare: ⁊ pulcherrimā inflāmare patriā. Erūpētes siquidē in furorē lucrabimini vel ignominiā supatoꝝ. Bonū est o amice bonū est: cū adhuc stat nauis in portu precauere tempestatē futurā: et nō eo tpe quo in medias irrueris ꝓcellas ne quiq; trepidare. His siquidē qui i improuisa mala inciderint supest: vt indigni vel miseratōe videant: qui vero se in aptum discrimen iniecerint etiā ex ꝓbrationib⁹ onerent: nisi forte aliquis vestrū estimet ƀm peccata conflictū ire: romanos aūt postq̄ vicerint mediocriter vobiscū acturos: ⁊ non in exemplo aliaꝝ gentiū sacram hanc vrbem inflammaturos: interfecturos autē vniuersum vestrum. Neq; enim qui supfueritis armis vsq; locū fuge habebitis: vniuersis. s. gentib⁹: vel iam habētib⁹ romanos dn̄os: vel hr̄e metuentib⁹. Periculū autē nō solum in vos manebit: sed etiā in reliquis ciuitatib⁹ habitantes iudeos. Neq; eni est in toto orbe ppl's in quo nō vestra portio sit: quos certe oēs vobis rebellantib⁹ cede crudelissimā diuersi quiq; cōficient: ⁊ ꝓpter paucoꝝ viroꝝ praua cōsilia: vniuerse vrbes iudaico sanguie redundabūt. Manet aūt venia eos qui talia patrauerunt: ꝙ sint nimirū vestro vitio ꝯgregati. Si vō eadem exequi supsederint ꝯsiderate q̄ʒ impium sit aduersuʒ tam benignos arma mouisse. Subeat autē vos miseratio: ⁊ si non filioꝝ vestroꝝ atq; cōiuguʒ saltē istius ciuitatis: que mater vrbiuʒ vestre regionis vocatur. Parcite menib⁹ sacris: pcite venerabilib⁹ adytis: templūq; vobis ⁊ sancta sanctoꝝ ƀuare. Neq; eni vltra victores romani his abstinebūt quib⁹ primo parcētes nullā receperūt gratiaʒ. Protestor aūt ego quideʒ sancta vestra sacrosq; angelos dei patriāq; cōem qn̄ nihil eorum consiliorum que vobis viderim expedire subtraxeriʒ vos autem decernentes: que oportet mecū in pace degetis. Si vero ꝓtuleritis iras absq; me piculis subdemini. His dictis astante etiaʒ sorore lacbrymauit: ⁊ multā ptem de eorum impetu lacbrymis infregit. Succlamabant autē non se aduersum romanos: sed aduersum florum ob ea que pertulissent pugnam gerere. Ad quos rex agrippa. Sed opera vestra inquit talia sunt qualia aduersum romanos pugnantium. Neq; enim cesari vectigal dedistis: ⁊ antonianas porticus incendistis. Sopietis autem causam defectōis. Si ⁊ porticus denuo construatis: ⁊ tributa reddere maturetis Neq; enim flori hoc presidiū est aut pecuniā floro dabitis. His consultis populus acquieuit: ⁊ cum rege ac bernice ascendentes in templū porticus edificare adorti sunt Per vicos ⁊ regiones principes decurionesq; dispersi vectigal colligebant: celeriterq; quadraginta talenta. tantum enim erat reliquum. redacta sunt. Et belli quideʒ imminentes minas eo tunc tempore agrippas compescuit. Deincepſ vero psuadere populo tentabat: vt parerent floro: donec successor ei a cesare mitteretur. Ad quam orationem multitudo accensa nec a verborum in rege contumeliis tēperauit: sed protinus cum vrbe pepulerunt: ausiq; sunt nonnulli seditiosorum etiā saxa in eum iacere. Rex autem videns tumultuantium irreuocabilem ipetū ⁊ conquerentem ꝙ contumeliis esset affectus. Principes quidem eorum vna cuʒ aliis potentibus misit ad florum cesariam: vt ipse ex eis eligeret qui de tota regione vectigal exigerent. Ipse vero discessit in regnum. Ca. XVIII.

Er idem tempus quidam eoꝝ qui bellū maxime mouebāt congregati irruebāt in quoddā presidiū: qđ vocabat masada: ⁊ occulte eo puasor: rōanos oēs interfecerūt. Alios aūt de suis posuerūt custodes. In tēplo quoq; hierosolymoꝝ Eleaʒarus qdā filius ananie pōtificis iuuenis audacissim⁹ dux illo tpe militū psuasit his q sacrificiis ministrabāt: vt nulli⁹ mun⁹ aut hostia q nō essʒ de iudeoꝝ gēte susciperet. Id aūt erat rōani belli semē atq; materia. Reiecit siqdeʒ hostias cesaris q̄ ꝓ rōano ppl'o offerri solite erāt. Plurimū aūt sup hoc pōtificib⁹ aliisq; nobilibus depcatis vt nō pterirent eum morem quo supplicabat ꝓ regibus. Nihil tamen

acquieuerūt nō paꝝ quidē ⁊ sue multitudini ꝯfidentes:robur siquidē oē res nouare cupientiū eoꝝ volūtates iuuabat:maxie autē aspiciebāt ad eleazaꝝ:qui ꝑ idē tēpus vt dixi:princeps erat. Cōueniētes igiť potētes quiq; cū pontificib⁹ ⁊ pharisaeoꝝ nobilissimis: ⁊ vidētes ꝙ grauibus malis ꝑgerent sbqcere ciuitatē:decreuerūt seditiosorū animos expiri:⁊ ante portā que erea vocať ꝯtōnē aduocātes:erat aūt in interiori ꝑte tēpli posita que respicit ad solis exortum:ac pmo quidē multa de temeraria eoꝝ defectione conquesti:⁊ ꝙ tā breuiter bellū patrie ꝯmouerent. Deinceps irrōnabilitatē cāe ipsius arguebāt dicentes:maiores quidem eorum ornasse tēplū ex magna parte de mūerib⁹ gentiū:semꝑq; eoꝝ qui foris essent pploꝝ munera suscepisse:⁊ non solū ꝓhibuisse aliquoꝝ hostias id siquidē esse impiissimū:sed etiā eas qui viserētur ꝑmanerēt que ad pñs vsq; tēpus oblatōes eoꝝ in tēpli cultib⁹ collocasse. At nūc eos qui rōana arma irritarēt:⁊ despōderēt eoꝝ bella nouū statuere moreꝫ religionis atq; tūc in piculꝰ ēt ream facere ciuitatē ipietatis:videri siquidem ea sit in qua preter solos iudeos nullus alter immolet externus. Neq; ad orandū linatur accedere. Et siquidē circa vni⁹ alicui⁹ puati ꝑsonā lex ferreť eiusmōi possit nimiꝝ iure nos inhūanitatis arguere. Nūc aūt despiciūtur rōani:⁊ iudicať cesar ꝓphanus. Unde verēdū ē: ne qͥ imolādas ꝓ illis hostias repellūt ipsi in reliquū etiā ꝓ se sacrificia ꝓhibeātur offerre. Fiatq; vͦe extra pͥncipatū ciuitas nisi celerius resipiscentes reddiderint hostias:ac pͥ usq; ad eos in quoꝝ ꝯtūelia idē tentatū ē h⁹ ausus fama ꝑueniat. Simꝰ aūt ista dicentes ꝓducebāt in medio scientissimos moꝝ paterno ⁊ sacerdotes quosq; narraturos quō oēs eoꝝ maiores exteraꝝ gentiū semꝑ sacrificia suscepissent. Attendebat aūt nemo res nouare cupiētiū his ꝗ dicebanť:sed neq; ꝓcedebāt i medio altaris mistri vt belli materiā pparent. Uidentes igiť nobiles quiq; seditōnē eo iā ꝓcessisse:vt eoꝝ non possit auctoritate ꝯpesci:⁊ rōanoꝝ armoꝝ piculū se pͥmos eē māsuros inquātū poterāt ꝯsulētes amoliri cās ꝑabāt ⁊ legatos quidē ad floꝝ miserūt quoꝝ erat pͥnceps filius ethei Symō:alios aūt ad agrippā:inter quos nobilissimi stil⁹ ⁊ antippas ⁊ costobarus erāt q ēt regē ꝓpinquitate tangebāt. Precabāť aūt vtrūq; vt cū exercitu ascenderēt in ciuitatē ⁊ seditōnē opprimerēt pͥusq; ea intolerabilis fieret. Et floro qͥdē malū istud quasi bonus nunti⁹ fuit volēsq; inflāmare bellū nihil rñdit legatis. Agrippas aūt pariter vtriusq; ꝑcēs.s.deficientib⁹ vel is ad aduersum quos bellū mouebatur:volēsq; ⁊ rōanis ꝯseruare iudeos:⁊ iudeis templū atq; priaꝫ ad hec aūt nec sibi ꝯducere talē conturbatōnem sciens misit in auxiliū equites duo milia. Cū his auteꝫ erat pfect⁹ equitū darius:dux vͦo agminis iachimus philippi. His vͦo venientibus optiates q̄q; cū pōtificib⁹:⁊ oi multitudie que optabat qͥetē supiorē occupāt ciuitatem inferiorē siqͥdem ⁊ templū seditioso ⁊ manus tenebat. Missilibus igitur ⁊ fundis indesinētib⁹ vtebanť ⁊ ꝯtinuo erat emissio sagittaꝝ ex vtraq; .s. parte. Erat autem quādo ex insidiis ꝓcurrentes cōminus dimicabāt. Prestabant autem audacia quidem seditiosi:belli vero scientia regii pollebāt. Et his quidem erat ꝓpositū maxie tēpluꝫ obtinere:ꝓphanatoresq; eius expellere. Seditiosis vero qui cū Eleazaro agebāt vt preter ea que optinebāt etiaꝫ supiorem inuaderēt vrbem. Per septē igiť dies grauis vtriusq; partis cedes fiebat:⁊ neutri de eo loco quem tenuerant depellabantur. Deinceps vero adueniente ea festiuitate que ex illo phorias dicitur:in qua mos est omnibus grandem lignorum materiam conuehere ad templum:quatenus nunq̄ ignis deficiat esca:sꝑ ei inextinguibibilꝰ ꝑseuerat:quosdā quidem cura religiōis exclusit. iter īfirmiorē āt vulgū multi irrūpētes. Sicarioꝝ sic ei vocāt latrones gladios i sinib⁹ gerētes audacissime vtebāť ope qđ adorti erāt. Regū aūt audacia ⁊ mltitudie vicebātur. Ita supiore ciuitate cesserūt:cū isti ꝓtinus irruētes Ananie pōtificis domū: ⁊ agrippe ac bernices palatiū inflāmauerūt. Postq̄ ignē archiuo intulerūt volētes oia cre-

ditoꝝ documēta diſpdere:nec eſſet vñ ratio credite pecūie pateret atqꝫ oīs ad eos debitoꝝ ſe iungeret multitudo:ꝛ aduerſuꝫ locupletes quaſi metu libertatis haberēt inſurgēdi liberā facultatē.Fugiētib⁹ ergo chartaꝝ publicaꝝ cuſtodib⁹ ignē edib⁹ iniecerūt:atqꝫ ita ſuccēſis ciuitatis neruis hoſtib⁹ irruebāt. Quo loco pontificū atqꝫ nobiliū qdā in cloacis qdē latuerūt:qdā vo cū regijs i ſupiorē regiā ꝯfugerūt:portas celeriter obſtruētes.Inter quos ananias pōtifex:ꝛ ezechias frater ei⁹ erāt:ꝛ illi quos apud agrippā vſos legatōe dixim⁹.Tūc ergo victoria quidē ꝛ inflāmatione cōtenti ceſſauerūt. Ca.XIX.

Poſtridie āt.xv.ſcꝫ die auguſti mēſis fecerūt ipetū in ātoniā:ꝛ oēs i eo pſidio agētes p biduū obſeſſos ceperūt atqꝫ iterfecerūt:pſidiūqꝫ icenderūt.Poſtea vo trāſierūt i regiā:ad quā ꝯfugerāt agrippe milites:ꝛ in.iiii. ptes agmē ſuo diuidētes muros moliebāt.Eoꝝ vo q int⁹ erāt erūpe null⁹ audebat ꝓpter multitudinē oppugnātiū.Diſtribuit āt ꝓpugnacula:ꝛ turres ſubeūtes iterficiebāt:ꝛ freqnter qdē latrones ſub muris cadebāt.Nec die āt ꝯflict⁹:nec nocte ceſſabat:ſeditioſis videlicꝫ eſtimātib⁹ i deſpatōꝫ cogi eos qui i pſidio erāt ꝓpter inopiā vict⁹: regijs vo credētib⁹ oppugnatores ſuos ceſſuros labori.In his āt erat manaim⁹ vn⁹ de filijs iude galilee callidiſſim⁹ rhetor:qui etiā quōdā ſub cyrino exprobrauerat iudeis:qm poſt deū ſubijcerēt rōanis.Is ergo aſſūptis qbuſdā nobiliū prexit i maſada vbi armamentariū herodis erat.Eoqꝫ prapto populares alioſqꝫ latrones diligēter armauit.Hiſqꝫ vtēs ſtipatorib⁹veluti rex hieroſolymā reuertit factuſqꝫ pnceps ſeditōis oppugnatōꝫ diſponebat.Machinamentoꝝ āt inopia erat:ꝛ nec poterat palā ſuffodere muros:ſupne hoſtib⁹.tela iaciētib⁹.Funiculū igit lōge ceptū ſb vnā turri agētes ſuſpēderūt cū materie ſubiecta ac poſtea i ſuſtinētia ligna ignē imittētes agreſſi ſunt. Sicqꝫ ſubijcib⁹ exuſtis turris qdem ex tēplo emota eſt.Alter aūt murus intus edificatus appuit.Regij quippe molitōes eoꝝ pſentientes fore etiā de cōcuſſione turris: aliū ſibi muꝝ celeri⁹ edificauerūt.Inter hoc āt hi qdē q oppugnabāt:ꝛ ſtatī ſe victores credebāt cū vidiſſēt aliſ murū ſtupore defecti ſūt:regij tñ ad manaimū alioſqꝫ ſeditōis pncipes mittebāt:pcātes vt eis deſcēdere liceret:idē regijs eiuſqꝫ religs. Qd cū manaim⁹ ānuiſſꝫ ꝓtin⁹ diſceſſerūt.Rōanos āt q ſoli relicti erāt grādis aīi occupauit defect⁹.Neqꝫ eni vi cōtra tātā multitudinē pares erāt:ꝛ pcari vt exire liceret ignominiā vindicabāt:q̄qꝫ ꝛſi tribuerēt nequaqꝫ tutū putabāt.Derelinqntes igit inferiorē locū q ſtratopedō vocabat qppe q̄ſi capi faciles i turres regias ꝯfugerūt:qꝝ vna appellabat hippicos:alia phaſelus:tertia mariānes.Hi vo q cū manaimo erāt ꝓtinus irruētes ea loca de qb⁹ milites fugerāt ſi quos eoꝝ ꝯphēderūt trucidātes oēꝫ reliquū appatū diripiētes ſtratopedū incēderūt.Hec igitur acta ſunt ſexto die menſis ſeptēbris. Ca.XX.

Sequēti āt die pōtifex ananias circa euripos regie domui latēs capit: ꝛ a latronib⁹ iterficit cū ezechia frē.Circūſedētes aūt turres ſeditioſi cuſtodiebāt ne qs militū poſſꝫ effugere.Manaimū āt ꝛ mūitoꝝ locoꝝ deſtructio ꝛ pōtificis ananie mors i crudelitatē erexit:ꝛ neminē parē ſibi i negotijs arbitrās itolerabilis erat tyrān⁹.Inſurrexerūt āt duo ꝺ ſotijs eleazari ꝛ mutuo collocuti:qꝛ ñ deceret a rōanis deſiderio libertatis recedētes eādē populari ſuo pdere:dñmqꝫ ferre:ꝛſi nō violētuꝫ: tñ ſeipſis hūiliorē.Nā ſi oporteat cūctis aliqnē pēſſe:quēuis magis aliū q̄ illū deceret.Atqꝫ ita pacti adoriūt eū i tēplo.Sobar⁹ eni adoraturus acceſſerat regali hitu indut⁹:ꝛ ſtudioſos ſui i armis hēbat.Cū igit hi q circa eleazaꝝ erāt i illū pſiluiſſēt:reliqu⁹ vo ppl's rapiēs ſaxa iterfecit ſophiſtā:eſtimātes quo mō illo pempto tota ſeditio ſolueret.Paululū aūt ſtipatores manaimi reſiſtētes poſtq̄ viderūt totaꝫ aduerſū ſe m'ltitudinē irruere quiqꝫ quo potuit diffugeꝛ ꝛ cedes qdē eoꝝ q ꝯphēſi ſūt:pſcrutatō

aũt latētiũ sequebat̃:paucíq3 ex eis latētes in masadã ꝑfugerũt.cũ quibus ꝛ eleaza/ rus filius airi ꝓpinquus genere manaimo. Qui postea etiam in masadam tyranni/ dē egit. Ipsum autem manaimum cum confugisset in locum qui atblans vocatur: atq3 illic hũiliter delitesceret capientes extraxerũt in publicũ:multisq3 supplicijs af/ fligentes interfecerũt.Silr aũt sb eo agētes ꝓncipes precipuũq3 tyrannidis adiutorē ei⁹ absalomō nōie. Et pp̃lus quidē sicut dixi in bis adiutor fuit:suspicās aliquã toti us seditōis correctōnē futurã Hi vo nō ad ꝯpmãdã pugnã:sed vt cũ maiori licentia bellũ agerent interfecerũt manaimum. Deniq3 cũ pp̃lus multũ precaret vt oppug/ natōnē militũ relaxarēt vehemētius insistebãt donec vlteri⁹ resistere nō valētes:inuti li⁹.s. Hic ei erat rōanoꝝ prefect⁹:ꝛ reliq mittũt ad eleazaꝝ dicentes:vt solas eorum pacisceretũr aĩas:arma aũt ꝛ reliqua q̃ hērent ipsis tradentibus sumerent. Qui pca/ tōem ilico rapientes remittũt ad eos Curionē nicodemi filiũ ꝛ ananiã seduci:ꝛ iudã ionathe:sed eis dextras ꝛ sacrm daturos. Quib⁹actis deducebat milites inutili⁹:s3 q̃3 diu rōani arma retinebant nemo aduersus eos seditioꝝ fraudis aliquid molit⁹est Postea vo q̃3 secũdũ pactōes omnes scuta gladiosq3 posuerunt neq3 q̃cq̃3 vlterius suspicantes descenderũt facto in eos impetu stipatores eleazari ꝯprehensos trucida/ bãt:neq3 resistentes neq3 supplicantes:solas aũt pactōnes ꝛ iuramenta que dederãt inclamantes. Et hi quidē ita crudeliter interfecti sunt preter inutiliũ. Hũc ei depre/ cãtē ꝛ vsq3 ad circũcisionem iudaizare se ꝓmittentem tm̃mō huauerunt. Detrimētũ aũt rōanis q̃dem erat leue de potentia siquidem amplissima pauci fuerũt interemp/ ti:iudeoꝝ aũt captiuitatis illud exitiũ ꝓbat̃. Uidentes aũt graues ia3 stare cãs bello rũ:vrbē tamē tali facinore fuisse repressam:ex quo nimiꝝ diuina indignatō iminebat etiam si a romanis nulla vltio timeret̃. lugebant publice ꝛ iustitia ciuitatis premebat̃ vnusquisq3 aũt mediocriũ quasi ꝓ seditiosis cãs redditurus turbabat̃. Siquidē sab/ bato illã cedem ꝯtigerat ꝑpetrari in quo.s.die ꝓpter religionē a sanctis quoq3 opib⁹ agũt quietē. Eodē aũt die eadēq3 hora q̃si ex aliq̃ celesti ꝓuidētia cesarienses quoq3 iudeos apō se hitantes trucidauerũt:ita vt vno tpe sup.xx.milia hoim cederet̃:ꝛ cũ ctis iudeis vacuata cesarea remaneret.nã ꝛ eos qui effugerãt ꝯprehendens florus vi ctos in arenã deduxit. Ca.XXI.

Ost cesariensiũ vo plagã tota gēs efferata ē. Diuisiq3 iudei syroꝝ vicos eis/ q3 ꝯtinētes rurales ꝓtin⁹ vastauerũt:idē philadelphiã ꝛ gebdeonitē ꝛ gera sam ꝛ pellã ꝛ scythopoli. Deicepſ vo irruerũt in gadara ꝛ ioppē ꝛ gauarniti dē. Et alia q̃dē sbruētes loca:alia vo inflãmãtes ēt in cadasam tyrioꝝ ꝛ ptholomai/ dã:gabã quoq3 cesariãq3 tēdebãt. Obstitit aũt eoꝝ incursui:neq3 sebaste:neq3 asca/ lō:s3 quoq3 inflãmat⁊ anthedona ꝛ gazarã euerterũt. Multa ãt circa fines haꝝ cita tũ diripiebãt̃:vici.s.ꝛ agri eoꝝ qui capiebãt̃ viroꝝ imēsa cedes fiebat neq3 tñ syrij mi norē nũero m̃ltitudinē de iudeoꝝ vastabãt:s3 ēt eos qui i ciuitatib⁹erãt ꝯphēsos disꝑ debãt:ñ solũ ob vet⁹odiũ:s3 vt ꝛ discrimē iminēs ꝑueniret. Grauis ergo ꝯturbatō to tã syriã ꝑuaserat:ꝛ ōis ciuitas i binos diuidebat̃ exercit⁹:vnaq3 alterutr⁊ sal⁹erat: si ãticipassent alteros cedes faciēdo.ꝛ dies quidē ducebãt̃ i sãguie.noctes ãt molestio res formido faciebat.nã l3 videret̃ ãmoliri iudeos:tñ ēt de alijs gētib⁹iudaizãtes co gebãt̃ hēri suspectos:ꝛ ꝑ h ip̃3 q̃d i eis videbat̃ ãbiguũ:neq3 temere eos placebat iter fici ꝛ rursus ꝑ ipa3 r̃ligiōis ꝯmixtō3 q̃i peit⁹externos tiebãt:ꝓuocabãt ãt ad cedes adũ soꝝ ēt illos qui ꝑus fuerãt mãsueti auaritia:siquidē sbas cesoꝝ passĩ diripiebãt ꝛ q̃i vi ctores eoꝝ ꝑdã trucidauert i domos alias transferebant. Gloriosior autem erat q plu ra collegisset:quasi.s.plures vtute supasset. Erat ãt cernere citates plēas cadauerib⁹ isepultis ꝛ ihũatos passi3 iacere cũ ꝑuul̃ senes. Feias ãt neq3 verecũdia ꝯtectas:et ōis quidē ꝓuintia plena erat.ienarrabiliũ calãitatũ maior ãt his met⁹ audendorum

malo℞ ipsis que acta erant facinorib⁹ imminebat: ⁊ bacten⁹ qdem iudeis aduersuꝫ alienigenas cōflictus erat. Incurrētes aūt in scytbopoleos fines etiā iudeos: q illic babitabāt: experti sunt bostes. Hi enim cū scytbopolitis cōspirassent: ⁊ cōsanguinitatem vtilitati ꝓprie postponētes aduersuꝫ iudeos cū gentilib⁹ dimicabāt: suspecta tñ eo℞ ipsa belli fuit auiditas. Deniqꝫ scytbopolite veriti ne ciuitatē noctu adurerēt: ⁊ magna sua calamitate ciuib⁹ excusarent defectōꝫ. Dixerūt eis: vt si velint in eos firmare consensum ⁊ circa alienigenas ōndere fidem: transirēt cū omnib⁹ famulis suis in ꝓxime locū paludis. Quib⁹ que fuerāt iussa sine suspitiōe facientib⁹ dieb⁹ quideꝫ secutis duob⁹ quieuerūt scytbopolite. Tertia vero nocte explorātes alios incautos alios vero dormiētes inuadūt: subitoqꝫ oēs interfecerūt q fuerūt. xiij. milia. Postqꝫ eo℞ substantiā cunctam diripuerunt. Ca. XXII.

Plus aũt mali pferens q̃ Eleazari partẽ afficiens tñ nõ remittebat. Crebri eni fie bant impet⁹ ꝛ missiliũ iactus totũq̃ polluebat cedib⁹ tẽplũ. Fili⁹ aũt Gioꝛe Simon quẽ rebus desperatis inuitatũ vltro sibi tyrannũ spe auxilij popul⁹ introduxerat: ꝛ su perioꝛẽ ciuitatis retinẽs partẽ ꝛ inferioꝛis plurimã partẽ animosius iam Joannem eiusq̃ socios adoꝛiebat: quasi q desup ipugnaret. Subiectus aũt illoꝝ manib⁹ erat sicut ꝛ illi superioꝝ. Et Joannẽ eueniebat duplex pliũ pferentẽ ledi pariter ac lede re: quantoq̃ vincebat: eo ꝙ Eleazaro esset humilioꝛ: tanto pl⁹ habebat Simone cel sioꝛ cõstitut⁹: cũ inferioꝛes aggressus etiã sola manu sine laboꝛe ꝓhiberet. Desup vo ex phano iaculantes machinis deterrerent. Quippe balistis ꝛ nõ paucis lanceis vte bant saxoꝛũq̃ toꝛmentis: quib⁹ nõ solũ bellantes vlciscebant: sed multos etiã sacra celebꝛantiũ perimebant. Quãq̃ eni ad oẽ ipietatis genus rabidi ferebant: tamẽ eos q sacrificare caperent recipiebant cũ suspitione ꝛ custodibus indigenas pscrutando. Hospites eni etiã qui exoꝛassent eoꝝ crudelitatẽ post exituri subsiciua seditiõis opa cõsumebant. Missilia nãq̃ machinaꝝ vi ad arã vsq̃: templũq̃ puenientia i sacer dotes sacra celebꝛantes cadebant: ac multi qui ꝓperantes ab vltimis finib⁹ terre ad sanctissimũ locũ venissent ante ipsas hostias ꝓcubuerunt: arãq̃ vniuersis grecis et barbaris adoꝛandã suo sanguine imbuere. Indigenis aũt moꝛtuis alienigene ac sa cerdotes cũ pꝛophanis miscebant p que atria diuina stagnũ fecerat diuersoꝝ cadaue rũ sanguis. Quid tantũ passa es miserrima ciuitas a romanis: qui tua intestina scele ra purgaturi flammis introire. Jã eni dei locus nõ eras neq̃ manere poteras dome sticoꝝ facinoꝝ facta sepulchꝝ: ꝛ q̃ phanũ ciuili bello tumulũ cõstitueras: poteris aũt denuo fieri: poteris si vnq̃ vastatoꝛẽ tui deũ placaueris. Sed eni repꝛimenda sunt q̃ dolent lege scribẽdi: ꝙ nõ domestici luctus sed exponẽdarũ rerũ hoc tẽpus ẽ. Pro sequar aũt seditionis facinoꝛa cetera.

Capitulũ. II.

Ergo diuersis trifarie insidiatoꝛib⁹ Eleazarus qdẽ eiusq̃ socij q sacras pꝛimi tias cõseruabãt in Joannẽ ebꝛij ferebant. Qui vero huic parerent plebem di ripientes in Simonẽ rebellabant cũ ipsi quoq̃ Simoni cõtra diuerse ptis seditiosos adiumẽto esset ciuitas. Siqñ igitur vtraq̃ pte patiebat Joãnes obuertebat socios ꝛ de ciuitate qdẽ subeũtes missis ex poꝛticib⁹ telis de tẽplo vero iaculãtes machinis vlciscebat. Quotiẽs autẽ desup istantiũ molestia caruisset: freqũẽter eni ebꝛietate et laboꝛe cessabãt libẽti⁹ i Simonẽ eiusq̃ socios q̃plurib⁹ irruebat. Semp ãt quãtũ in ciuitate pepulisset i fugã versos edes frumẽti plenas diuq̃ vtẽsiliũ incẽdebat: idẽq̃ hoc illo egrediẽte Simõ isecut⁹ agebat: veluti ꝓ romanis oia cõsilio corrũperẽt q̃ ad obsidionẽ ciuitat erãt pparata: suarũq̃ viriũ neruos abscinderẽt. Deniq̃ cõtigit vna exuri oia circũ tẽplũ ꝛ iter ꝓpꝛias acies solitudinẽ atq̃ areã pugne fieri ciuitatẽ cõcre mari ãt paulomin⁹ oẽ frumẽtũ qđ nõ paucis ãnis sufficere potuiss obsessis. Deniq̃ fame capti sunt ꝙ mime quiissent nisi eã sibimet cõparauissent. Undiq̃ aũt insidia toꝛib⁹ ꝛ cõfinis oppugnantib⁹ ciuitatẽ medi⁹ popul⁹ quasi aliquod magnũ coꝛp⁹ la cerabat. Senes vero ac muliercule intestinis malis attonite ꝓ romanis vota facie bãt: externũq̃ bellũ quo domesticis malis liberarent expetebãt. Grauis aũt met⁹ ac terroꝛ fedissim⁹ occupauerat: ꝛ neq̃ cõsilij capiẽdi tẽp⁹ erat ut voluntatẽ mutarent neq̃ pactiõis aut fuge spes cupientib⁹. Eteni custodiebãt oia: diffidentesq̃ latronũ pncipes quoscũq̃ romanis pacatos esse vl trãsfugere ad eos velle sentirẽt q̃si coẽs hostes interficiebant: solumq̃ in occidendis vita dignis cõcoꝛdes erant. Et pugnã tiũ qdẽ nocte dieq̃ clamoꝛ perpetu⁹ oꝛiebat: s metu acerbioꝛes erãt lugentiũ quest⁹ Et assiduas quidem lamentatiõis causas calamitates pbebant: timoꝛ aũt include bat vlulatus: atq̃ obmutescente doloꝛe pꝛe foꝛtitudine tacito gemitu cruciabantur: neq̃ iã aut reuerẽtia viuis apud domesticos erat: neq̃ moꝛtuis cura sepulture hẽbat

Quorū amborū hec causa erat q quisqȝ de se sperabat. In omni eni re amicos remi serāt: qui cū seditiosis nō erant: quasi cōtinuo modis oibus morituri. At vero seditōsi cōgesta in tumulū cadauera cōculcantes dimittebāt: ⁊ ex mortuis haurientes audaciā quos sub pedibus cernerēt imanius seuiebāt: sempqȝ aliquid in se pnitiosum excogitātes: ⁊ quod visum fuisset sine miseratōe faciētes: nullā cedis aut crudelitatis viam ptermisere: adeo vt etiā sacris materijs ad bellica cōficienda instrumēta ioānes abuteret. Nam cū olim fulcire templū populo itēqȝ pōtificibus placuisset: idqȝ viginti cubitis altius edificaret: rex quidē Agrippa ex mōte libano aptas ei materias maximis sumptibus ⁊ labore deuexit: hoc ē ligna ⁊ magnitudine simul directa pceritate spectabilia. Interuētu aūt belli opere iterrupto ioannes his sectis q sufficere lōgitudinē credidit: turres edificauit ⁊ aduersus eos cōstituit qui desup a tēplo pugnarent. Post muri ambitū cōtra exedrā occidentalē admotis qua solū poterat q alie partes ratibus ex lōginquo fuerūt occupate. Et ille quidē fabricatis ex ipietate machinis subactū iri sperauit hostes. Deus vero laborē eius inutilē demōstrauit: ⁊ priusqȝ i his quicqȝ poneret romanos adduxit. Eteni Titus postqȝ partē ad se collegit exercitus alijs vero vt ad hierosolymā occurrerēt scribit: cesareā pfectus est. Erant aūt tres legiones que pridē sub eius patre iudeā vastauerāt: ⁊ duodecima que olim cū Cestio male pugnauerat: queqȝ licet p id fortitudie esset isignis: tūc tamē eoꝝ etiā memoria que ptulerat alacrius ad vindictā pperabat. Harum quidē quintā legionē iussit sibi p amaus occurret. Decimā vero ascendere p iericūtha. Ipse quidē cū ceteris regressus est: quo reguȝ quoqȝ subsidia plurima quādudū multiqȝ syri auxiliatores comitabātur. Suppletū est autē quattuor legionū quantū Vespasianus electum cū Mutiano miserat in italiā: ex his qui cū Tito accesserant. Duo nāqȝ milia de alexandrino exercitu lecta: tria milia vero ex Euphrate eū sequebātur ⁊ amicoꝝ spectatissimus beniuolētia simulqȝ prudētia Tyberius alexander: qui antea quidē egyptū administrauerat: tunc aūt dignus qui exercitū regeret: ppterea iudicatus q primus insipiēti fuit hospes impio: ⁊ cū fide clarissima incerte fortune sotiatus est: idēqȝ consultor in vsus bellicos etate ac pitia pcipuus aderat. Cap. III

Rogredientē vero in hostilē terrā Titum antecedebāt regia oiaqȝ auxilia post eos viarū stratores castrorūqȝ metatores. Deinde rectoruȝ sarcine atqȝ armati. Post hos ipse Titus ⁊ alios lectos habens ⁊ signiferos: quoꝝ agmē eqtes sequebantur. Hi vero ante machinas ibant: ⁊ ḡm illos vna cum lectis Chiliarchi ⁊ pfecti cū cohortibus. Post autem circū aquilam signa: ⁊ ante signa tubicines: deinde acies senum viroꝝ ordinibus dilatata. Seruile aūt vulgus a tergo cuiusqȝ agminis: ⁊ ante hos sarcine. Omniū vero nouissimi mercēnarij eorūqȝ custodes coactores armoruȝ. Procedens autem decenter exercitus: ita vt mos est romanis in Susnā per Samaritidē venit: que ⁊ prius ab eius patre fuerat occupata: ⁊ tūc presidijs tenebatur. Ibi autem vnam moratus est vesperam: mane inde proficiscitur: peractaqȝ in die mansione: castra ponit in loco quem iudei sermone catrio Achāto canlona vocitant: iuxta vicum quendam Gabe Saul nomine: quod significat vallem Saul: distantem ab hierosolymis stadijs fere triginta. Hinc sexcentis prope lectis equitibus comitatus perrexit in ciuitatem qȝ tuta esset: iudeorūqȝ animos exploraturus: si forte se cōspecto priusquam ad manus veniretur metuerent. Audierat enim quod erat verum a seditiosis et latronibus oppressum populum desiderare quidem pacem: sed quod rebellantibus infirmior esset nihil conari. Quandiu quidem mane per viam que ad murum duceret equitabat. Nemo autem portas aperuit. Ubi vero itinere ad turrim saxeam declinato transuersum agmen equitum duxit infiniti subito prosiliunt: qua muliebres turres vocātur: ⁊ p eam q̄ cōtra monumētū helene porta ē

egressi equitatũ intercedunt: atq3 alios etiã tunc via currentes ne cũ his qui deuerterent sese iungerent a fronte oppositi ꝓhibuerunt. Titũ vero cu3 paucis sepant. Ille autẽ vltra quidẽ minus ꝓgredi poterat: a muro enim cũcta fossis patebant. ⁊ trãsuersi erant hostes: multisq3 materijs impedita. Ad suos aũt in aggere cõstitutos recursus intercidente hostili manu desperabat. Quoꝝ pleriq3 iperatoris periculũ nesciebant: sed existimantes eum secum reuerti ipsi etiam fugiebant. Titus autem i sua tantũ fortitudine sitam esse prospiciens spem salutis flectit equũ: ⁊ ut sequerent̃ cu3 clamore comites adoratus in medios hostes irruit vi ad eos transire festinans. Quo quidem tempore maxime intelligi potuit ⁊ belli momẽta ⁊ imperatorũ pericula deũ curare. Tot eni aduersus Titũ missilibus quom neq3 galea neq3 torace sept⁹ esset nõ bellator eni sed expoliator: ut dixi: ꝓcesserat: nullũ i ei⁹ corpus delatũ est: sed tãq3 ne eum ferirent ex industria mitterent̃ oĩa preteruolabant. Gladio vͦo semp̃ a lateribus instantes dirimens multosq3 ante ora subuertens sup̃ cadentes agebat equum Illorũ autẽ clamor erat ꝑpter audaciã cesaris ut eum aggredirent̃ cohortatio. Fugaq3 ⁊ discessio repentina quocũq3 diuerteret cursum. Huic autẽ se periculo participes cũ a te. gͦ ⁊ a laterib⁹ foderent̃ adiunxerant. vna enim erat cuiq3 spes salut⁊ viã cito patefacere priusq̃3 circũuentus opprimeret̃. Deniq3 duo ex minus ꝑtinacibus alter cum equo ꝑcussus est: altero vero deiecto ⁊ occiso equus eius abduct⁹ ẽ. Titus vero iam cum ceteris in castra saluus euadit. Iudeis quidẽ ꝙ aggressione prima superiores fuerant incõsulta spes aĩos extollit: magnãq3 his in posterũ fiduciam momentũ temporaneũ cõparauit. Capitulũ. IIII.

Esar autẽ postq̃3 ex amaus agmẽ sibi sociatũ ẽ nocte luce inde digressus ad locum qui Scopos appellatur accedit. Unde iam ⁊ ciuitas ⁊ clari templi magnitudo conspici poterat: qua parte septentrionalẽ regionẽ continens ciuitas humili ora ꝓprie Scopos noiat⁹ est: distans a ciuitate stadijs septẽ: ibiq3 duabus legionib⁹ sil quinte vero retrorsũ stadijs tribus castra muniri iubet. Labore nãq3 nocturni itineris attritos milites ꝓgredi visum est ut sine fortitudine murũ struerent. Mox aũt cepto edificio decima quoq3 legio p̃ iericunthã aderat a Uespasiano preoccupata: vbi q̃dã pars armatorũ in p̃sidio fuerat collocata. His autem p̃ceptũ erat sexto ab Hierosolymis stadio castra ponere qua in parte mons qui appellatur Elacon contra ciuitatem ab oriente situs est atq3 interiacente valle discernit̃: cui nomen est Cedron. Intra ciuitatem vero sine requie confugiẽtiũ dissensionẽ tũ primũ ingens subito bellum foris interueniẽs refrenauit: ⁊ cũ stupore seditiosi romanoꝝ castra inspectantes trifariam distributa malam inter se iniere concordiã: rationẽq3 inuicẽ regrebant q̃dnã expectarent: q̃d ve ꝑpessi tres muros cõtra vitam suã paterent̃ opponi: bellaq3 tanta se fundente licentia tanq̃3 spectatores bonorũ operũ sibiq3 vtiliũ residerẽt menib⁹ clausis remissisq3 armis ac manibus in nosmetipsos ꝓfecto exclamat aliquis tantũmodo fortes sumus: romanorum autem lucro ex nostra seditione sine sanguine oppidũ cedet. His alios atq3 alios cõgregãtes exhortabãt̃: raptisq3 armis subito i legionẽ decimã ruunt: pq3 vallẽ facto ipetu cũ ingẽti clamore muꝝ edificantes romanos aggrediũt̃. Illi aũt i ope distributi armis ob eã causã pleriq3 deposit⁊: nec eni excursũ iudeos ausuros esse credebant: ⁊ si maxie vellẽt aĩos eoꝝ seditione distractũ iri arbitrabant̃. Preter opinionẽ perturbati sunt: atq3 ope quisq3 derelicto confestim alij recedere. Multi aũt ad arma ꝑperãtes priusq̃3 se in hostes corrigerent feriebantur. Plures autẽ iudeis semp̃ adijciebantur eoꝝ freti victoria qui precesserant: ⁊ ꝙ cum pauci essent multiplex numerus ⁊ sibi ⁊ hostibus videbant̃: ꝙ secunda fortuna vterentur. Romani aũt maxime ordinari consueti cũ decore atq3 preceptis bellũ gerere scientes ex ꝑturbatõe trepidabãt. Unde tunc quoq3 preuenti aggressione cedebant.

Siquando tamen sese conuerterent ab insequentibus occupati ꝛ a cursu reprimebāt iudeos ꝛ ob impetum minus cautos feriebant. Semper vero excursione gliscēte magisq3 turbati postremo castris pulsi sunt:totaq3 legio in periculum ventura fuisse videbatur:nisi hoc mature sibi nunciato Titus eis tulisset auxilium:multisq3 increpās ignauiam ꝛ suos a fuga reuocasset:iudeosq3 a latere ipse cum his irruens quos circa se habebat electos:multos quidem occidisset:plures vero sauciasset. Omnes autem in fugam vertisset: atq3 in vallem precipites compulisset. Illi autem in prono loco multa mala perpessi postq̄3 in aduersam partem euasere. flectunt se iterum ꝛ valle intercedente cum Romanis dimicabant. Igitur ad mediu3 diem bellatū est. Paulo autem post meridiem Titus his qui secum erant in subsidio collocatis:alijsq3 cohortibus aduersus excurrentes oppositis:reliquum agmen ad murum in summotis edificandum remisit. Judeis autem hec fuga esse videbatur. Cunq3 speculator quē in muro posuerant amictu agitato signum dedisset:frequentissima multitudo tāto impetu prosilijt:vt eorum cursu immanissimis bestijs esset assimilis. Deniq3 in aduersa acie stantium nemo impetum sustinuit:sed tanq̄3 machina percussum agmen cōtinuo dissipatum est:pulsiq3 in monte3 refugiunt. In ascensu autem medio Titus cū paucis relictus:multumq3 monentibus amicis qui ꝓ imperatoris reuerentia cōtempto periculo ꝑdurante vt mortem appetentibus iudeis cederet. Neq3 pro his in discrimē veniret:quos ante ipsum saluos esse non oporteret:sed potius fortunam suam reputaret ꝙ non militis officio fungeretur: verum ꝛ belli ꝛ orbis terre dominus esset: ne in fugam verti videret in quo omnia niterentur. Hec autem ne audiret simulās ꝛ ad se recurrentibus obstabat: eosq3 in ora feriens cum vi obniterentur occidebat: ꝛ in galeam repente incumbens multitudinem repellebat. Illi autem ꝛ viribus eius ꝛ obstinatione perterriti:ne tum quidem in ciuitatem fugere:sed in vtrumq3 latus ab eo declinantes rursum fugientes insequebantur. Quos tamen aggressus a latere ipsorum quoq3 impetum prepediebat. Dum hec aguntur etiam illos qui superiora castra muniebant:vbi fugere inferiores videre metus ac turba occupat: totumq3 agmen dispergitur suspicantium: excursum quidem iudeorum ferre non posse. Titum vero in fugam reuersum. Nec enim vnq̄3 illo manente alios fugituros fuisse: ꝛ tanq̄3 laruali terrore circundati alius alio ferebantur: donec quidam cu3 in medio bello versari imperatorem vidissent: plurimum metuentes vniuerso agmini suorum eius periculum cum clamore nunciauerunt. Itaq3 pudore reuocati ꝛ fuga maius aliquid sibi exprobrantes ꝙ Cesarem deseruissent: totis viribus in iudeos vtebantur: ꝛ semel ad descensum transuersi vrgebant eos in decliuia. Illi autem in pedem recedentes pugnabant. Cunq3 romani plus possent:eo ꝙ superiores erant:in vallem omnes coacti sunt. Titus autem contra se positis imminebat: ꝛ legionem quidem ad muri fabricam redire iubet: ipse vero cum his quibus antea resistēdo hostes arcebat. Itaq3 si me nihil addentem obsequio neq3 inuidia detrahentem verum dicere oportet: ipse Cesar his totam legionem periculo liberauit: atq3 ipse castra muniendi copiā militibus prebuit.

Cap. V.

Emisso autem paulisper bello externo:iterum intestinn seditio suscitauit. Azimorumq3 instante die qui est aprilis mensis quartusdecimus. Hoc enim se primum tempore opinantur iudei ab egyptijs esse liberatos. Eleazarus quidem cū socijs portam subaperiens introire cupiebat: ex populo qui templum adorare cuperent. Joannes autem die festo ad protegendas insidias ausus est: ꝛ suorum quosdam ignotiores armis sub veste latentibus instructus. Quorum pleriq3 de industria aggressi erant occulte: inter alios ꝓbani occupandi gratia submittit. Illi autem postquam intrauere vestimentis abiectis: subito armati apparuerunt.

Magna vero stati turba circa tēplū ac tumult⁹ erat: cū alienus quidē a seditione populus omnib⁹ discrimē iputaret. Zelote vero sibimet solū isidias cōparatas. Verū bi quidē relicta portarū custodia ⁊ alij expugnaculis desilientes priusq̄ʒ manus conferent in templi cloacas cōfugere. Populares aūt ad aram delati ⁊ circū tēplū appulsi cōculcabant: cū lignis passim ferroqʒ cederent. Multos ociosoꝝ inimici priuato odio quasi diuerse factionis socios interficiebāt. Et quicūqʒ ante hec insidiatorē aliquem offenderat tunc agnitus quasi zelotes ducebat ad mortem. Sed q atrocitate magna innocentes afficeret indutias cōcessere nocentib⁹: pgressosqʒ ex cloacis dimiserūt. Ipsi autē interius templū ⁊ oēs eius apparatus tenentes cōfidenti⁹ oppugnabant Simonē. Seditio quidē hoc modo que triptita fuerat i duas ptes diuisa est. Titus aūt castra ppius ciuitatē trāsferre cupiēs de Scopo contra excursus quidem lectos equites ac pedites quos satis esse arbitrabatur: alium vero exercitū iussit totū qd erat vsqʒ ad muros spaciū cōplanare. Cunctis igit materijs ac sepibus dirutis: qbus hortos ac lucos incole premunierant: oiqʒ opposita: q̄ʒuis māsueta silua: excisa repletū est quicqd erat cauum ⁊ vallibus impeditū. Saxorū autē eminentissimis ferro truncatis humiliorē totū illum tractū a Scopo vsqʒ ad Herodis monumenta fecerunt: serpentiū stagnū cōtinētia q̄ Colibethara vocat. Ca. VI

Is deniqʒ dieb⁹ iudei romanis huiuscemodi insidias parauere. Seditiosorū audacissimi extra muliebres que sic appellantur pgressi turres simulato ꝙ pacis eos studiosos pepulissent: eo ꝙ timerent impetum romanorum: ibidē versabant ⁊ alter sub altero vitabundi latebant. Alij vero p muros dispositi populumqʒ se esse simulantes clamore pacem implorabant: fedusqʒ poscebant portasqʒ se patefacturos esse pollicentes inuitabant romanos. Hoc autem vociferātes vna etiam cōtra illos veluti portis eos ambigerent lapides iaciebant. Illiqʒ se vi perrūpere aditus velle simulabant ⁊ ciuibus supplicare. Cūqʒ ad romanos sepissime ire conarent: reuersiqʒ pturbatis similes videbant. Verū hec eorū calliditas apud milites quidē fide nō carebat: sed tanq̄ʒ hos quidē in manib⁹ haberent paratos ad suppliciū. Illos vō ciuitatē sibi aperturos sperabant: opusqʒ aggredi festinabāt. Tito aūt suspecta erat inuitatio: qa rationē nō haberet. Capitulū. VII.

Ridie nāqʒ puocatos eos ad pactionez per Josephū: nihil mediocre sentire cognouerat. Etiā nunc milites manere loco suo precepit. Jā vō qdā opib⁹ oppositi raptis armis ad portas excurrere ceperant. Hi aūt q expulsi videbant: primo quidē cedebant: deinde vbi ad turres porte ppinquabant cursu eos circūueniūt ⁊ a tergo persequebant. Qui vero in muro stabant lapidū his multitudinē oigenūqʒ teloꝝ sil' infundūt: adeo ut multos quidē necarēt plurimos quidē sauciarēt. Nec eni facile erat a muro diffugere: alijs retro violēter instantibus. Et pter hoc pudor ꝙ rectores peccauerāt: itēqʒ met⁹ i dilecto pseuerare suadebat. Quāobrē hostes diu decernētes mult⁹ vulnerib⁹ accept⁹ neqʒ paucioribus redditis. Postremo eos a qb⁹ circūuenti fuerāt repulere. Quos tn̄ recedentes vsqʒ ad Helene monumentum iudei vrgendo iaculis sequebant. Deinde isolenter fortune maledicētes ⁊ romanos vituperabāt fraude pellectos: scutaqʒ alta sublata crispātes trepudiabāt ⁊ cū leticia voci ferabāt. Milites aūt itermiatio principū ⁊ Cesar irat⁹ huiusmodi oratiōe corripuit. Judei quidē quos sola regit desperatio oia cū deliberatiōe faciūt atqʒ prudētia: fraudes ⁊ isidias cōponēdo: eoꝝqʒ dolos fortuna psequit ꝙ sūt morigeri: sibiqʒ iuicē beniuoli ac fideles. Romani vō qb⁹ ad disciplinā ⁊ cōsuetudinē obediendi rectorib⁹ fortuna famulat. Nunc cōtrario peccant ⁊ intēperātia manuū debellāt: qa oiuʒ ē pessimum psente cesare sine rectore dimicātes. Certe inqt plurimum igemissent militie leges: plurimū pater cū hoc vulnus audierit. Ille quidē cū bellādo senuerit nunq̄ʒ

isto modo peccauit. Leges autem si cum in eos qui minimũ aliquid preter ordinem mouerint mortem vindicent: nunc totum deseruisse exercitum videant. Modo autẽ scituros esse qui arroganter egere: q apud romanos etiam vincere sine precepto du-cis infamie est.

Cap. VIII.

Ec Titus ad rectores locutus cum indignatione: certuz erat quia lege in oẽs erat vsurus. Et hi quidem abierunt animis quasi iam iãqz iuste morituri. Cir-cũfusa vero agmina Titum pro cõmilitonibus obsecrabant: paucorũqz temeritatez condonari cunctorum obedientie precabantur emendaturos: peccatum enim psens future compensatione virtutis. Placatus est cesar vtilitate simul ac pcibus. Nãqz vnius hominis animaduersionẽ vsqz ad factum promouendum putabat: multitudi-nis vero ad veniam. Militibus quidem reconciliatus est multum monens: vt post hec prudentius agerent. Ipse vero quemadmoduz iudeorum vlcisceretur insidias cogitabat. Interuallo quod vsqz ad muros ciuitatis erat per quadriduuz coequato sarcinas aliãqz multitudinem cupiens tuto traducere militũ validissimos a septen-trionali tractu in occiduum septenos per ordinem contra murum pretendit altius val le depressa. Peditibus autem in fronte ac post eos equitibus acie terna dispositis: cum singuli ordines septenos haberent: semoti sagittarij stabant. Excursibus autem iudeorum tanto agmine circũclusis impedimenta trium legionum: itẽqz alia multitu do sine timore transijt. Ipse quidem Titus cum prope duobus stadijs adesset mu-ro: ad anguli eius partẽ contra turrim que appellat psophines castra ponit. Ad quã muri ambitus ex aquilone pertinẽs flectitur ad occidentem. Altera vero pars exer-citus eam turrim versus que appellatur hippicus muro circũdatur. Duum stadiorũ spatio similiter a ciuitate descendens. Decima tamen legio in Cleonos monte vbi erat manebat. Ciuitas autem trino muro circũdata erat: nisi qua vallibus inuijs cin-gebatur. Ex ea nãqz parte vnius muri habebat ambitum: τ ipsa quidem super duos colles erat condita contrarijs frontibus semet aspicientes interueniente valle discre-tos: in quam domus creberrime desinebant. Collium vero alter quo superior ciuitas sedet: multo est excelsior τ in prolixitate directior: adeo vt quoniam tutum erat castel-lum quondam a Dauid rege vocaretur. Is pater Salomonis fuerat: qui primus tẽ plum edificauerat. A nobis autem forum superius edificatum est. Alter autem qui appellatur Acra: inferiorem sustinet ciuitatem: τ vndiqz decliuis est. Contra hunc autem tertius collis erat natura humilior q̃z Acra: τ alia lata valle ante diuisus. Ue rum postea quã tempestate Samonei regnabant: τ vallem aggeribus repleuerunt. vt templo coniungerent ciuitatem: τ Acre altitudinem cesam humiliorem fecerant: vt ex ea quoqz phanum supereminens cerneretur. Uallis autem que Propeon ap pellatur qua parte diximus superioris ciuitatis collem dirimi: ab inferiori vsqz ad Siloam pertinet. Ita enim fontem qui dulcis est ac plurimus vocabamus. Foris autem ciuitatis duo colles profundis vallibus cingebantur: τ vtrinqz obstantibus rupibus nulla ex parte adiri poterant. Trium vero murorum vetustissimus qui-dem propter valles imminentemqz his desuper collem quo erat conditus: facile ca pi non poterat. Ad hoc autem quod loco prestabat etiam firmissime structus erat Dauid τ Solomonis aliorumqz interea regum largissimis impensis operis sump-tibus decore. Hac vero parte incipiens a turri cui nomen est Hippico: τ ad eam que dicitur Xistus pertinens. Deinde curie coniunctus in occiduam templi porticũ desinebat. Parte autem altera ad occidentem ex eodem loco ductus: per eum qui vocatur Beciso descendens in Essenorum portam. Deinde supra fontem Si-loam in meridiem flexus: atqz inde rursus in orientẽ versus qua stagnũ Solomõis ẽ τ vsqz ad locũ ptinẽs quem Opblan vocãt: cũ orientali porticu templi coniungitur.

Secundus autē murus ex porta quidē habebat initiū quam Genetham appellabāt Hec autē fuerant muri prioris. Septētrionalē vero tantūmodo tractū ambiēs vsq3 antoniā ascēdebat. Tertio muro turris Hippicos principiū dabat vnde ab Beroe tractū ptinens. Deinde ad Sephinā turrim veniens cōtra monumentum Helene que Adia benorum regina fuerat Azite regis filia: et p speluncas regias in longum ductus: a turri quidē in angulo posita flectebat cōtra phullonis quod dicit monumētum. Cū vetere autē ambitu iunctus in Cedronā vallē que sic dicit desinebat. Hoc muro eā partē ciuitat quam ipse addiderat Agrippa cinxerat: cū esset ois ante nuda. Exuberans eni multitudine paulatim extra menia serpebat: templiq3 septētrionali regione colli pxima ciuitate adiuncta nō paululum pcesserant: quin et quartus collis incollebat cui nomen est Abisade: situs quidē ex aduersum antonie fossis aūt altissimis separatus que de industria ducte sunt ne antonie fundamentis colli adherentibus et accessui facilis sit et minus editus: vnde etiam fosse altitudo plurimū turribus celsitudinis adijciebat. Nominata est pars addita ciuitati voce indigena Zabathana: quod greco sermone dicit noua. Eius autē partes incolis ptegi desiderantibus pater huius regis eodē noie Agrippa murum quidē: ita ut prediximus: inchoarat. Veritus autē Cladium cesarē ne magnificentiā constructionis ad nouarū rerum ac discordie suspisionē traheret: fundamentis tantūmodo iactis ab ope destitit Nec eni expugnabilis esset ciuitas si pfecisset muros ut cepat. Saxa enim viginti cubitis longa. et decem lata cōtexebant: que neq3 ferro facile suffodi possent: neq3 machinis demoueri. Hisq3 murus dilatabat: pfecto aūt tantu3 altitudinis quoq3 pl9 habuisset: si eius magnificentia qui edificiū aggressus erat minime fuisset inhibita. Rursus autē idem murus etiam iudeorū studie fabricatus ad viginti cubitos creuit et murus quidē binis cubitis: ppugnacula vero trinis habebat: totaq3 multitudo ei9 ad vigintiquinq3 cubitos erigebatur. Murū aūt supereminebāt turres: viginti qdem cubitis in altitudinē: viginti vero in longitudinē quadratis angulis structe sicut ipse murus plene ac solide. Preterea structura ac pulchritudo saxoꝝ nihil erat tēplo deterior. Post altitudinē vero turriū solidū viginti cubitis elatā: celle desuper ac cenacula erant: aquarūq3 pluuialiū receptacula ex tortuoso latiq3 singulorum ascensus. Eiusmodi quidē turres nonaginta tertius murus habebat. A turris aūt interuallo cubitos ducentos. Medius vero murus in quatuordecim turres: et antiquus in sexagita diuisi erāt. Dē autē ciuitatis in gyro spatiu3 trigintatrib9 stadijs finiebat. Cū autē tot9 admirabilis esset terti9 mur9 admirabilior sephini turris ad septētrionē occidentēq3 surgebat in angulo: qua pte Titus castra posuerat. Ex ea nāq3 p septuaginta cubitos edita sole orto Arabia pspici poterat: et vsq3 ad mare: itemq3 ad vltima finium hebreorum. Erat autem octo angulis. Contra eam vero turris Hippicos et iuxta due: quas Herodes rex in antiquo muro edificauerat: queq3 magnitudine siue pulchritudine ac firmitate vniuersis que toto orbe essent prestabant. Nā pter naturalē animi libertatē rex p amore ciuitat operū excellentiā pprijs affectibus indulgebat psonisq3 tribus carissimis: quarū noib9 turres appellauit fratri et amico et cōiugi memoriā dedicando. Illi quidē: ut dixi: amoris causa pempte. His aūt bello amissis cum fortiter decertassent. Hippicos quidē turris amici vocabulo dicta quatuor angulis erat. Singule autē. xxv. cubitos in latitudine. itēq3 longitudine hēbant et excelse triginta cubitos erāt nusquā inanes supra soliditatē saxis q adunatā cōpaginē: puteus viginti cubitis alt9 erat imbrib9 excipiendis. Sup hunc aūt duplici tecto domus vigintiqnq3 cubitis alta: in que varia mēbra diuisa: et desup eā mine qdē3 binis ppugnacula vero ternis cubitis ambiebant: et ois altitudo ad octogintaquinq3 cubitos numerat. Secunda vero turris quam fratris noie Phaselō appellauerat:

eque lata fuerat ac lõga cubitis q̃dragenis. Per totidẽ aũt cubitos in pile modum facta ⁊ solida eiꝰ altitudo surgebat: ⁊ sup̃ hanc decẽ cubitis edita porticꝰ erat istructa brachijs: itẽq; ꝓpugnaculis septa. In media vero porticu supeminens alia turris stabat i mẽbra magnifica ⁊ balneas: nequid regalis ei vsus videret̃ deesse. In sũmo aũt ꝓpugnaculis nimisq; erat ornata: cũ oĩs eiꝰ celsitudo ꝓpe ad nonagĩta cubitos tolleret̃: ⁊ specie q̃dẽ videbat̃ assimilis Phari ⁊ turri: q̃ alexãdriam nauigantibus ignẽ procul ostẽdit: ãbitu vero ãpliore dilatabat̃. Tũc ãt tyrãnicum domiciliũ existebat Simõi. Tertia vero turris mariãnes: sic eñi regia vocabat̃ vsq; ad vigiti cubitos facta: p̃ vigiti alios patebat i latitudinẽ tẽdebat ⁊ magnificẽtiora ceterisq; ornatiora diuersoria sustiebat: cũ id ꝓpriũ seq; dignuz eẽ rex putauisset vt vxoris noĩe appellata turris plꝰ haberet pulchritudis q̃z q̃ viroꝝ noĩbus vocitate sũt: sicut illa mũitior erat cui femia nom̃ dederat: ⁊ cuiꝰ oĩs altitudo p̃ quĩq̃gitaq̃ncq; cubitos erigebat̃. Sz q̃q̃ tres turres tãte magnitudis erãt: ex loco tamẽ quo erãt site multo videbant̃ eẽ maiores: nã ipse ãtiquꝰ murus i quo erãt excelso loco fuerat cõditus: ⁊ ipsiꝰ collis velut quidã vertex altiꝰ ꝓpe ad trigita cubitos emiebat: supra quẽ turres posite multum sublimitatis assũpserãt. Mirabilis etiã fuit lapidũ magnitudo: nec eniz ex vulgaribus saxis: aut q̃ hoĩes ferre possẽt: verũ secto marmore cãdido ⁊ singulis p̃ vigiti cubitos lõgis latisq; decẽ ac per quiq; altis erãt edificate: q̃ ita inter se copulata erãt: vt singule turres singula saxa viderẽt̃. Sic ãt mãibꝰ artificũ i faciẽ ãgulosq; formata vt nusq̃ iũctura ꝯpaginis appe̲ret. His ãt i septẽtriõali p̃te positis itꝰ aula regia ꝯiũgebat̃ narratiõe oĩ p̃stãtior: nec. n. vel magnificẽtia vl' structura opis aliq̃ ex p̃te supabat̃: sed tota quidẽ muro p̃ trigita cubitos edita cicta erat. Eq̃li autẽ ãbitu turribꝰ ordinatissimis ambiebat̃: itẽq; muroꝝ receptaculis ex cenaculis lectoꝝ centuz capacibus. Inenarrabilis ãt fuit saxoꝝ varietas: collectisq; ibi plurimis q̃ vbiq; rara videbant̃: ⁊ fastigia simul ꝓceritate trabiũ ⁊ ornamẽtoꝝ claritudĩe mirabilia. Mẽbrorũ autẽ altitudo ⁊ inumerose spẽs edificij plẽaq; oĩa suppellectilis cũ pleraq; in singulis ex auro eẽnt atq; argẽto. Ad hec multe porticus aliã p̃ aliã in circulũ flexe colũneq; in singulis: ⁊ que iter eas sub diuo patebãt spatia cũ eẽnt vtiq; viridi siluisq; variata: cũ ꝓlixas ãbulatiões habebat altis euripis cinctas: ⁊ cisternis vbiq; signorũ eneorũ plẽis: quibꝰ aqua effũdebat̃: multeq; turres mãsuetarũ circũ latices colũbarũ. Sed enim neq; ꝓ merito expõi regia q̃lis fuerit põt. Hẽt mẽoria cruciatũ r̃ferẽs quãtas res latrocialis flãma ꝯsũpserit: nec. n. hec a romãis icensa sũt sed ab insidiatoribꝰ intestinis: vt supra mẽorauimꝰ in p̃cipio dissẽsiõis. Et ab antonia quidẽ corripuit ignis: trãsijt aũt in regiã triũq; turriũ tecta corripuit. Phanũ aũt conditum erat: vt dixi supra durissimũ collẽ. Et initio quidẽ vix tẽplo atq; aree sufficiebat: iacens i sũmo planicies: q̄ vndiq; preceps erat atq; declinis. Cũ autẽ rex Salomon qui etiã tẽplũ edificauerat: muro eiꝰ partẽ ab oriẽte cinxisset: vna porticꝰ aggeri ẽ iposita: ⁊ mãebat ex alijs partibus nudum q̄ a seculis posterioribus semper aliquid aggeris accumulante populo coequatus collis effectus est. Perrupto autem septentrionali quoq; muro tantum assumpsere spatium quantũ postea totius phani ambitus incluserat. Triplici autẽ muro colle circundato sepe maius opus extructum: in quo lõga secula ꝯsũpta sunt omnesq; thesauri sacri quos toto orbe missa deo munera repleuerant tam in superiore ambitu q̃z inferiore templo edificatis: cuiꝰ quod humillimũ fuit trecentenis cubitis munierant. In quibusdam vero locis pluribus nõ tamen omnis altitudo fundamentorum videri poterat: multũ vallibꝰ obrutis: vt angustas vias oppidi coequarent. Saxa vero quadragenũ cubitoruz magnitudis erãt: Nã ⁊ pecũiaꝝ copia ⁊ populi largitas maiora dictu conabãtur: quodq; nunq̃ posse perfici sperabatur: diuturnitate ac perseuerãtia explicabile videbatur. Tãtis aũt

fundamentis digna erant opera imposita duplicis porticus. Omnes quas columne sustinebant quinis ⁊ vicenis cubitis alte de singulis saxis marmore candido ⁊ laquearia cedrina protegabant. Quorum naturali magnificentia quodq; ligno rasili erant apteq; coherebant opere pretium spectantibus exhibebant: nulloq; aut pictoris aut sculptoris opere extrinsecus ornabantur. Late autem pro. xxx. cubitis erant: omnesq; gyrus earum sex mensura stadiorum cum antonia concludebatur. Totum autem sub diuo spatium variabatur omnium quidem generum lapidibus stratum: qua vero ad secundum templum ibatur: cancellis septum saxeis ad tres cubitos altis: nimiũ q; grato opere factis: vbiq; equis dispositę internallis columne stabant: legem castimonie premonentes alie grecis alie latinis in sanctum locum trãsire alienigenas nõ debere. Sanctum enim vocabatur alterum phanum ⁊ quattuordecim gradibus ascẽdebatur a primo: quadratumq; sursum erat ⁊ proprio muro circundatum. Cuius exterior celsitudo quãuis quadraginta cubitis surgeret tamen gradibus tegebatur. Interior vigintiquinq; cubitis erat: quoniam in altiori loco per gradus edificata non tota pars interior cernebatur colle obtecta. Post quattuordecim autem gradus spaciũ erat vsq; ad murum. ccc. cubitis planum. Hinc rursum alij quinq; gradus ⁊ scale ad portas ducebant: a septentrione quidẽ ac meridie octo quaterne vtriq; videlicet: due vero ex oriente. Necessario nanq; proprius locus religionis causa mulieribus destinatus muro discernebatur: altera quoq; parte opus esse videbatur. Contra primam vero secreta erat ex alijs regionibus vna porta meridiana ⁊ vna septentrionalis: quibus ad mulieres introiebatur: per alias enim transire ad mulieres non licebat. Sed nec suam portam interiecto muro transgredi licebat. Patebat enĩ locus ille pariter indigenis ⁊ hospitibus feminis religionis causa venientibus. Occidua vero pars nullam portam habebat: sed perpetuus ibi murus erat extructus. Inter portas autem porticus a muro itro prope ad thesauros aduerse magnis ac pulcherrimis columnis sustinebantur. Erant autem simplices ac preter magnitudinem nulla re ab inferioribus aberant. Portarum autem alie quidem auro ⁊ argento vndiq; tecte erant itemq; postes ac frontes. Una vero extra templum ere corinthio que multum argento inclusas ⁊ inauratas honore superabat. Et bine fores quidem in singulis ianuis erant tricenis cubitis alte: quisdenis etiã late. Post introitum vᵒ vbi latiores fiebant tricenis vtrinq; cubitis exedras habebant exemplo quidem turrium longas: ⁊ latas: supra q̃ vero quadraginta cubitis celsas. Singulas autem bine columne duodenum cubitorum crassitudine sustinebant. Et aliarum quidem portarum magnitudo par fuit. Que vero supra corinthia posita erant quo mulieres conueniebãt ab oriente aperiebatur. Porta templi sine dubio maior erat: quinquaginta enim cubitis surgens quadraginta cubitorum fores habebat: ornatumq; magnificentiorem: quoniam crassiori argento atq; auro vestiebatur: quod quidem nouem portis ĩfuderat Tyberij pater Alexander. Gradus autem quindecim a muro qui mulieres segregabant ad maiorem portam ducebant. Nanq; illis qui ad alias portas iter dirigerent quinq; gradibus erant breuiores. Ipsum vero templum in medio positum hoc est phanum sacrosanctum duodecim gradibus ascendebatur. Et a fronte quidem altitudo eius ⁊ latitudo centenos cubitos habebat: pene autem quadraginta cubitis angustior erat. Aditus enim veluti quibusdam humeris vtrinq; vicenum cubitorum producebant. Prima vero eius porta septuaginta cubitis alta erat: ⁊ vigintiquinq; lata: neq; fores habebat: celi. n. secreta ꝙ interclusa erat significabat. Erãtq; tote frõtes auratę: ac pma edes oĩs plucebat extrinsecᵘ auro: que circũ phani portã splendida cuncta cernẽtibus occurrebãt. Cũ ãt interior eiᵘ ps duplici tecto fulgeret: adiacẽs ei prima porta patebat in altitudiuẽ perpetuã p q̃ nonagita cubitos tollebatur cũ lõga q̃

draginta cubitis esset ac viginti transuersa. Ipsius vero edes tota inaurata erat: vt di xi: ⁊ circum eas saxeus paries. Desuper autem habebat aureos pampinos vnde ra cemi statura hominis dependebant: ⁊ quod duplex tectum erat templi exteriori humili or videbatur: ⁊ fores habebat aureas quinquaginta ⁊ quinq; cubitis altas: sexdecim vero latas. Et ad hec aulaeum longitudine pari: hoc est velum Babyloniu; hiacyn tho ⁊ bysso ⁊ cocco ⁊ purpura variatum mirabili opere factum: neq; rationis inopia colorum permixtione: sed velut omniu; rerum imaginem preferens. Cocco enim vi debat igne imitari: ⁊ bysso terra: ⁊ hiacyntho aere ac mare purpura. His quide co loribus: bysso autem ac purpura natiuitatem: quoniam byssum quidem terra: mare autem purpuram gignit. Eratq; in eo perscripta omnis celi ratio preter signa. Intro gressos autem in templum planities excipiebat: cuius altitudo habet quidem sexa ginta cubitos ⁊ longitudo totidem: ac latitudo viginti. Rursus autem quadraginta cubitis diuisi erant. Et prima quidem pars ad quadragita cubitos auulsa. Hec tria mirabilia ⁊ predicanda opera cunctis hominibus habebat. Candelabru; ⁊ mensa; ⁊ thuribulum. Septem vero lucerne stellas errantes significabant: tot enim ab ipso candelabro diuidebantur. Duodecim vero panes in mensa positi signorum circulu; atq; annum. Thuribulum autem per. xiij. odores quibus replebatur ex mari ⁊ in hos pito ⁊ inhabitabili designabant omnia dei esse deoque seruire. Intima vero templi pars viginti cubitorum erat. Discernebatur autem similiter velo ab exteriore nihil quod prorsus in ea erat positum inaccessa vero ⁊ inuoluta ⁊ inuisibilis omnibus habebat sanctiq; sanctum vocabatur. Circa latera vero inferioris templi multa erant membra pnia triplici tecto suspesa: ⁊ ad vtrunq; latus ad ea introitus a porta patebat. Desup aute; ps eade membra non habebat: quo minus erat angustior: celsior aute;. xl. cubitis nec ita vt inferior ambitiosa. Colligitur enim ad xl. cubitos omnis celsitudo: cum in so lo centum cubitos habebat. Exterior autem facies nihil quod animus aut oculi mi rarentur non habebat. Crustis enim aureis grauissimis vndiq; tecta vala primos or tus igneo splendore lucebat: vt cum intuerentur contendentium oculi quasi solis ra dijs auerterentur. Hospitibus quidem adeuntibus procul monti niueo similis vide batur. Nam vbi deauratum non erat templum candidissimum erat. In summo au tem aureis veribus horrebat acutissimis: ne ab insidentibus auibus pollueretur. No nullorum autem saxorum eius longitudo. xlv. cubitis erat: altitudo quinq; ⁊ latitudo sex. Ara vero pro templo quindecim cubitis alta: lata vero ⁊ longa cubitis quadrage nis quadrataq; stans veluti cornutis angulis eminebat: ⁊ a meridie ascensus in eam clementer arduus resupinabatur. Sine ferro autem constructa erat: nec vnquam ea; ferrum tetigerat. Templum autem aramq; cingebat ex pulcherrimo saxo lorica gra tissima vsq; ad cubitum surgens: que populum a sacerdotibus segregabat. Canoru tos hoc est semine fluentes itemq; leprosos tota ciuitas arcebat: ⁊ feminis menstrua soluentibus clausa erat. Predictum autem limitem ne puris quidem mulieribus tras gredi permittebatur. Viri autem qui non per omnia casti fuissent: ab interiori aula ⁊ qui essent a sacerdotibus prohibebantur. Qui vero ex origine sacerdotum genus du centes cecitatis causa munere non fungebantur cum incolumibus intra limitem aderant partesq; generis consequebantur: vestibus tantum vtebantur plebeis: quonia; sacer dotali solus qui sacra celebrabat amiciebatur. Ad altare vero templumq; accedebant carentes omni vitio sacerdotes veste quidem amicti byssina: maxime vero mero ab stinentes ac sobrij religionis causa ne quid res diuinas faciendo peccarent. Ponti fex autem cum ipsis non tamen semper ascendebat: sed diebus quibusq; septimis ⁊ per singulos menses calendis: vel si quando prima festiuitas atq; annua ab omni po pulo agebatur. Et sacrificabat velamine precinctus eoq; tectus femora vsq; ad geni

talia: lintheum vero habens intrinsecus demissum vsqȝ ad pedes: hiacynthinum de super indumentum rotundum ex quo fimbrie pendebant aurea tintinabula malaqȝ granata sustinentes tinnabulis quidem tonitrua: malis vero fulgura designantibus. Pectoris autem tegmentum vite cingebant quinqȝ variate coloribus hoc est auri ꝛ purpure cocci bissi ꝛ hiacynthi: quibus etiam vela templi diximus esse cõtexta. Habebat etiam chlamidem temperatam: in qua plus auri erat: habito quidem indumẽto thoraci similis videbatur. Duabus autem fibulis aureis aspidum specie vinciebatur: quibus inclusi erant optimi maximique sardonices: scripta tribuum gẽtis iudee nomina preferentes. Ex altera vero parte. xij. pendebant alij lapides in quattuor partes terni diuisi: hoc est sardium: topacion: smaragdus: antrax: iaspis: saphirus: achatis: ametistus: ligurius: onix: berillus: chrysolithus: quorum singulis singula iterum cognomina erant scripta. Caput autẽ bissinus thiaras tegebat hiacynthis coronatis ꝛ circa eam alia corona erat aurea scripta ferens sacras litteras: que sunt quattuor elementa vocalia. Ea quidem veste post tempus: minus autem ambitiosa vtebatur: si quando adyta introibat. Solus autem atqȝ semel in anno intrabat quo die cunctos ieiunare deo mos erat.

Capl'm. IX.

De ciuitate quidem ac templo iterum ꝛ moribus ꝛ legibus diligentius referemus. Non enim pauca super his exponenda sunt. Sed antonia quidem in angulo duarum porticuum sita erat prioris templi que ad occidentem septentrionemque spectarent. In saxo autẽ fuerat extructa. l. cubitis alto ꝛ vndiqȝ prerupto: quod opus Herodis fuit: vbi maxime ingenij sui magnificentiam demonstrauit. Primum enim a radicibus saxumque ipsum leuatis crustis obtegebatur: quo ꝛ decus aderat operi ꝛ facile dilaberẽtur qui vel ascendere vel descendere tentauissent Deinde ante priores turres edificium murus erat cubitis tribus. Intra hunc omne spatium antonie in. xl. cubitis erigebatur. Intus autem regie latitudinem ac descriptionem habebat diuisam in omnem vsum habitationem ꝛ genera ꝛ species: idest atria ꝛ balnea ꝛ aulas castris aptissimas vt quantum ad vsum necessariam pertinet ciuitas videretur magnificentia vero palatium: instar vero turris toto habitu formata quattuor alijs per angulos turribus cingebatur. Quarum cetere quinquaginta cubitis erant alte: que vero ad meridianum orientalemqȝ angulū sita erat. lxx. cubitis eminebat: vt ex ea tantum templum videri potuisset. Qua vero porticibus iungebatur in vtrinqȝ descensus habebat vnde custodes commeabant. Semper nanqȝ in ea romani milites residebant: ꝛ cum armis circa custodes positis ne quid populus festis diebus noui committeret obseruabant. Castrum enim erat impositum oppido ꝛ oppidum quidem templo: templum vero antonie. In hac autẽ porticu custodes erant ꝛ superioris ciuitatis aliud castellum regia Herodis erat. Besathe autem collis: ita vt dixi: ab antonia separabatur: qui cum omnium esset altissimus etiam parti noue ciuitatis coniungebatur: temploqȝ septentrionali solus obstabat. De ciuitate quidẽ ac muris eius iterum scribere plenius cupiens in presentia satis dixi.

Capl'm. X.

Pugnacissima quidem maximeqȝ dissentiens multitudo circa Simonem erat hominum decem milia preter idumeos: quinquaginta vero. x. miliũ duces quibus ipse quasi dominus omnium preerat. Idumei autem qui erant eius partium cum essent numero quinque milia duces habebant. Horum autem principes videbantur Sosie iacobus ꝛ Catie filius Simon. Joannes autem qui templum occupauerat: sexqȝ armatorum milia habebat: quos. xx. duces regebant. Tunc autem illi accesserant etiam zelotarum depositis discordijs duo milia trecenti qui eleazaro quem ante habuerant ꝛ Simone Arimini filio vtebãtur ducibus. His

autem: vt diximus: bellum inter se gerentibus populus erat premium ꝛ plebis pars que non eadem que ille committeret ab vtrisq3 diripiebatur. Tenebat autem Simon quidem superiorem ciuitatem murumq3 maiorem vsq3 ad cedron: ꝛ antiquioris muri quantum a Siloa flectitur ad orientalem ꝛ vsq3 ad Monebazi aulaz descēdit. Is autez rex est Adiabane gentis vltra Euphraten habitantis. Tenebat autē etiam frontem Acre: que inferior est ciuitas vsq3 ad helene regiam: que Monobazi fuerat mater. ioannes autem templo ꝛ circum templum aliquatenus incensis omnibus itemq3 Ofla ꝛ valle que Cedron appellatur ꝛ alijs que interiacebant mediuz bello qđ inter se gerebant spatium apuere. Nec enim castris romanorum prope murum positis intra ciuitatem seditio quiescebat: sed ad primum eorum impetum paulisper sanitate recepta mox ad morbum pristinum redire. Rursumq3 discreti pro sua quisq3 parte pugnabat: omnia faciendo que obsidentes optarent. Nihil enim impiꝰ a romanis passi sunt: q̄3 ipsi se tractarunt: neq3 post illos ciuitas aliquid noue calamitatis experta est. Sed illa quidem grauiores casus pertulit antequaz subuerteretur. Qui vero eam debellarant maius aliquid perfecere. Dico enim ꝙ seditio ciuitatem romani vero seditionem cepere: quia multo erat menibus tutior. Et res quidem ad uersas suis: iustitiam vero recte quis romanis ascribit. Intelligit autez quod dies cuiq3 suggesserit. Uerumtñ his intra ciuitatem ita se habentibus. Titus cuz lectis equitibus foris circuiens q̄3 muros aggrederetur explorabat. Hesitanti autem quia nec ab ea parte adiri poterat pedibus qua valles erāt ꝛ ab alio latere prior murus instrumentis sine machinis firmior videbatur placuit ad ioannis pontificis monumentum Hec enim tantummodo ꝛ prius humilior erat nec secundo muro coniungebatur inuadere. Neglecta enim munitio propterea quia non satis noua ciuitas frequentabatur. Sic in tertium murum facilis aditus illac erat: per quem superiorem ciuitatem ꝛ per antoniam templum capi posse cogitabat. Hoc eo collustrante quidam ex amicis eius Nicanor nomine ad humerum leuum sagitta percutitur: cum propius vna cum iosippo accessisset: pacemq3 in muro stantibus: dicendi enim peritus erat: suadere tētaret. Unde cognitis eorum conatibus Cesar ex eo ꝙ nec ad salutem se hortātibus abstinuere excitatur in obsidionem simulq3 suburbana militibꝰ vastare ꝑmittit. Collectaq3 omni materia iubet aggerem construi. Tripertito autez exercitu ad opera medios in aggeribus iaculatores ꝛ sagittarios constituebat: ꝛ ante eos balistas aliasq3 machinas atq3 tormenta: quibus ꝛ excursus hostiū in opera prohiberet: ꝛ qui ex muris obstare tentarent. Cesis autem arboribus momento suburbana spoliata sūt. Col lectis autem lignis in aggeres cum totus operi intentus esset exercitus nec iudei segnes erant: populum quidem in rapinis ꝛ cedibus constitutum fiducia tunc habebat ꝙ respiraturus esset. Illorum aduersus hostes distractis existimantem penas se ab noxijs repetiturum si romani superassent. Ioānes autem q̄uis in externos fortj sui re vera properassent: metu tamen Simonis manebat. Uerū3 Simon quiescebat. ꝓximus enim erat obsidioni missilibus per murum dispositis: que pridem romanis abstulerat: cum presidium quod apud Aniam fuerat cepit. Sed horum possessio propter imperitiam plerisq3 non erat vtilis. Pauci autem a transfugis docti male vtebantur instrumentis. Sed cum lapidibus ꝛ sagittis aggerem iacientibus militibus imminebant: per que cuneos excurrentes manus etiā conferebant. Operantes autē minora scuta super vallum exposita protegebant: omnibusq3 agminibus excursus cōtra erant machine comparate mirabiles. Precipue vero decime legionis baliste vehementiores ꝛ tormenta saxorum: quibus non solum irruentes: sed etiam super murum stantes euertebantur. Nam ꝛ singula saxa talenti pondus equabant ꝛ vltra stadij modum torquebantur. Ictus autem non solum primis quos offendisset: sed ali

ĩfidelis eſt:metuſqꝫ ſibi etiã apud eum pene ⁊ apud romanos certa federis dextera. Ergo age tradito muro ⁊ noſmet ſeruemꝰ ⁊ ciuitatẽ. Nibil aũt graue Simon patieť ſi cũ oe ſe deſꝑauerit penas citiꝰ pẽdet. His vbi decẽ aſſenſi ſũt mane ceteros quos ſubiectos babebat ꝑ diuerſũ dimittit:ne quid eoꝝ q̃ cogitauerat ꝓdereť. Ipſe v̄o de turri bora tertia romanos inuocabat:illoꝝ aũt alij ſuꝑbia cõtẽnebãt:alij nõ credebãt: alios etiã pigebat velut mox capturos ciuitatẽ nullo ꝑiculo. Interea v̄o cũ Titꝰ ad muꝝ cũ armatiſ accederet:ante rẽ Simon cognouit:turrimqꝫ velociter occupat. Romanis eos inſpectãtibꝰ pemit:⁊ ꝑ muꝝ ꝓiecit corpora mortuoꝝ. Ibiqꝫ circuiẽs Joſippus:nec eni rogare ceſſabat:caput vulnerať lapide:ſtati attonitꝰ cadit. Excurſus aũt ad eiꝰ caſuꝫ factꝰ eſt iudeoꝝ:abreptuſqꝫ eſſet in ciuitatẽ niſi Ceſar miſiſſet: q euꝫ ꝓtegerent. Illis aũt pugnãtibꝰ Joſippꝰ quidẽ tolliť nibil quod agereť intelligens. Seditioſi vero tãq̃ĩterfecto quẽ maxie cupiebãt cũ leticia cõclamauerunt. Diciť aũt bic nũciꝰ ꝑ ciuitatẽ ex quo reſiduã multitudinẽ meror tenuit vere periſſe credẽtẽ:cuiꝰ fiducia ꝓfugere cogitabãt. Audito aũt ioſippi mater in carcere mortuũ eſſe filiũ ſuuꝫ ad cuſtodes quidẽ ex iotapatis bec ait:certo ſe credere nec eniꝫ viuo potiri. Secreto autẽ flens ad ancillas:bunc inquit fecũditatis recepiſſe fructũ ꝙ ne ſepelire qdẽ ſibi filiũ licuiſſet a quo ſepeliri ſꝑaſſet. Veꝝ ne illã qdẽ mendaciũ diutiꝰ cruciauit: neqꝫ latrones refecit. Cito eni curato vulnere Joſippꝰ reſipuit:ꝓgreſſuſqꝫ clamabat illoſ quidẽ nõ ſibi multo poſt vulneris penas daturos:populũ aũt rurſuꝫ ad fidẽ rogabat Unde populo qdẽ fiducia:ſeditioſis v̄o ſtupor incidit eiꝰ aſpectu. Profugoꝝ auteꝫ alij ſtatim de muro neceſſitate ꝓſiliebant:alij velut ad pugnã cũ lãpadibꝰ ꝓgreſſi ſimulantes mox ad romanos ꝓfugiebãt. Hos aũt ſeuior ea quã intꝰ ꝑtulerãt fortuna cõſequebať ⁊ fame quã domi reliquerãt velociorẽ apud romanos inueniebãt ad exitiũ ſatietatẽ. Aderant aũt inflati ex media ⁊ velut morbo intercutis aq̃ turgidi. Deinde vacuata replentes corpora diſrũpebanť:niſi ꝙ periti deſideria cobibuiſſent: paulatimqꝫ cibũ deſueto corꝑe obtuliſſent. Veꝝ ⁊ eos q boc modo ſeruarenť alia plaga ſuſcepit. Quidã eni apud ſyrios ex tranſfugis deꝓ̄bendiť e fimo ventris aureos colligens. Tranſglutientes aũt:ut ſupra diximus:eo veniebãt ꝙ cunctos ſeditioſi ſcrutabanť:⁊ maxima vis auri fuerat ĩ ciuitate. Deniqꝫ.xii. atticis ꝯparabãt quod ãtea xxv. valebat. Veꝝ bac arte ꝑ vnũ detecta totis caſtris fama ꝑcrebuit ꝙ auro tranſfuge pleni venirent. Arabũ autẽ multitudo ⁊ Syri ſciſſis ventribꝰ ſuppliciũ minitabãť Et bac ego clade nullã credo ſeuiorẽ cõtigiſſe iudeis:vna deniqꝫ nocte duorũ miliũ patefacta ſũt viſcera. Et bac Titꝰ iniuſticia cognita pene iuſiſſet auctores circunfuſo eq̄tatu iaculꝭ appeti:niſi magna fuiſſet multitudo noxioꝝ:multoqꝫ plures puniendi q̃ꝫ q fuerant iterempti. Cõuocatis aũt auxiliatoꝝ ducibꝰ itẽqꝫ militũ romanorũ:naꝫ etiã militũ quoſdã bec tãgebat iuidia vtriſqꝫ iratꝰ dicebat:ſi q militũ ſuoꝝ bec cõmitterẽt lucri cauſa ĩcerti nec arma ꝓ̄pa qſq̃ꝫ erubeſceret auro argẽtoqꝫ facta. Arabi ãt ⁊ Syri ꝑ̄mo qdẽ ĩ alieno bello iure ſuo calamitatibꝰ vterenť. Deinde q crudelitateꝫ ĩ cedibꝰ ⁊ ĩ iudeis odia romanis aſcriberẽt. Hac eni quoſdã eoꝝ milites ĩfamia ꝑticipare. Et bis qdẽ mortẽ interminatꝰ eſt:ſi quis in eadẽ poſtea reptꝰ fuiſſet audacia. Ad legiones aũt litteras dedit ut ſuſpectos ĩueſtigarent atqꝫ ad ſe referrẽt. Veꝝ ꝑfecto auaritia cõtẽnit oẽ ſuppliciũ ſeuuſqꝫ boibꝰ lucrandi amor inatꝰ eſt nullaqꝫ oio calamitas plꝰ babẽdi cupidie cõparať:imo v̄o bec alios ⁊ modũ bñtẽ metꝰ ſubiũgiť. Deꝰ ãt q dãnauerat populũ oẽmqꝫ viã ſalutiſ ad iteritũ verterat. Deniqꝫ id qđ cum pena interdixerat Ceſar occulte in profugos admittebatur. ⁊ ſi quis tranſfugiſſet circunſpectantes aũt ne quis romanoꝝ videret:eos ſcindebant:⁊ ex viſceribus q̄ſtum nefariuꝫ trabebant. In paucis autem reperiebať:⁊ pleroſqꝫ ſola ſpes conſumebat Hic quidem caſus multos tranſfugarum ſeduxit.

Cap. XXVIII.

Joannes aūt vbi rapine ex templo defuere: ad sacrilegiū sese cōuertit: multaqꝫ donaria templi retinēs: multaqꝫ vasa diuine rei ministerio necessaria crateras ꝛ lances ꝛ mensas: vrceolis quidē abstinuit quos Augustus eiusqꝫ vxor miserat. Romanoꝝ quidem impatores honorauerūt semp templū atqꝫ ornauerūt: tunc autē iudeus etiam alienigenarū dona detrahebat: ad sotios autē dicebat sine metu diuinis abuti debere: qui ꝓ deo: qui ꝓ templo militarēt. Ex ipso alij ꝓptereaqꝫ sacrū vinū ꝛ oleū quod sacerdotes sacrificijs reseruabāt: tutum erat effudisse. Nāqꝫ in templo ꝛ multitudini distribuisse: ꝛ illi sine horrore vngebātur ꝛ potabāt. Non equidē recusabo dicere que dolor iubet. Puto si romani cōtra noxios venire tardassent: aut hiatu terre deuorandā esse ciuitatē: aut diluuio piturā: aut fulgura: aut sodomitana incendia passurā. Multo eni magis impiā ꝓgeniem tulit: q̄ que illa ptulerant. Deniqꝫ cum eorum pertinacia desperata totus populus interijt. Et quid opus est sigillatim narrare cades? Ac Aninus Eleazari filius trāsgressus ad Titum p vnā portā que sibi credita fuerat: centū ꝛ.xv.milia ꝛ.lxxx.dixit elata cadauera: ex quo die castra ꝓpe ciuitatē posita sunt. Et die quartadecia mensis aprilis vsqꝫ ad calēdas iulij. Nec aūt imensa est multitudo: nec tamē vel ipse fuit appositus porte: sed publicā mercedē diuidens mortuos ex necessitate numerabat. Ceteros eni ꝓpinqui sepeliebāt. Sepultura āt fuit elatos ex oppido ꝓijcere. Post hunc āt nobiles ꝓfugi oia mortuorū sexcenta milia portis eiecta nunciabāt. Alioꝝ vero numerū minime posse cōprehēdi. Cum āt paupes ferendos nō sufficerēt: cōgesta in maximis edibus cadauera essent inclusa. Et frumenti quidē modiū venisse talento. Post vbi āt muro circūdata ciuitate ne herbas quidē legere iam liceret: ad hoc necessitatis quosdā fuisse compulsos vt cloacas rimarent: boūqꝫ veterem fimū alimentū hērent. Stercus inde collectū ꝛ qd nec vsui quidē tolerabile fuerat cibus erat. Hoc romani puidē audientes mirati sunt: seditiosos āt ne videntes quidē penitebat: sed patiebantur vsqꝫ ad ea progredi: fatum enim eos reddiderat cecos: quod iam ꝛ ipsis erat ꝛ ciuitati.

Josephi de bello iudaico liber septimus incipit feliciter.

Clades quidem hierosolymoꝝ in peius quotidie ꝓcedebāt: cū ꝛ seditiosi magis accēderent iclusi: postq̄ populū fames ipsosqꝫ iam possederat. Quin ꝛ multitudo cōgestoꝝ in ciuitate cadaueꝝ ꝛ visu horrenda erat: odorēqꝫ pestiferū emittebat: cum excursus etiā pugnātium moraret. Nam veluti p aciem ruerent plurima cede exercitata cōculcare mortuos cogebātur: ꝛ qui sup eos pedē ponerēt neqꝫ supabant neqꝫ horrebāt: nec saltē sibi augurio fore putabāt cōtumeliā mortuorū. Gentili āt cede polluti dextras ad extremū bellū preparabāt: tanq̄ exprobrātes deo: vt mihi videt: supplicij sui tarditatē. Non enim spe victorie maior pars eorū: sed desperatione salutis ferocius ferebāt. Romani āt q̄uis plurimū in aggregāda materia laborarēt: tñ intra.xxi.dies aggeres erexerūt attonsis oibus ad nonagita vsqꝫ stadia circum oppidū lucis: erat aūt miserabilis terre facies. Nāqꝫ antea arboribus ꝛ padisis ornata fuerat: ea tunc debta precisis vndiqꝫ arboribus cernebat: nec vllus qui prius iudeā viderat alienigena ꝛ suburbana pulcherria ciuitatis: cū eius solitudinē tunc videret cōtinere lachrymas poterat: vel non gemere mutationē nature q̄ntū pristine derogassent. Oia nāqꝫ isignia pulchritudis bellū delerat: ne si quis subito adueniēs qui locū pus scierat eū cognosceret: sꝫ psens q̄reret ciuitatē. Romāis āt ac iudeis finitū opus aggeꝝ par faciebat timoris initiū. Nāqꝫ hi nisi eos quoqꝫ exuerēt captū iri ciuitatē putabāt. Romāis āt fortasse nec volūtatē

sibi fore illis icensis: nā ꝛ materie defecerant: ꝛ labori quidē corpora militū crebris āt offensionib⁹ cessarant. Uerū ciuitatꝭ cladib⁹ tristius romani q̄ȝ ciues ea habitātes afficiebant. Ad mala eni q̄ hinc accedebant etiā pugnatorib⁹ nihilo segnius vtebant Sed eorū spes frangebat cū aggeres insidijs machine siue soliditate muri: man⁹ v̄o cōflict⁹ audacia repugnātiuȝ superaret: ꝛ p̄cipue ꝙ cū seditione fameqȝ ac bello: totqȝ malis p̄stantiores iudeorū aios inuenirent. Uirorū quidē inexpugnabiles esse ipet⁹ arbitrabant: inuictā v̄o aiorū magnitudinē q̄ calamitatib⁹ aleret. Nam quis eos i rebus secūdis sustineat qui malis ad virtutē incitarent. Illi quidē ꝑpterea cauti⁹ custodias p̄parabant. Joannis aūt factio apud Antoniā sil' ꝛ futura timebant. Si dissceret mur⁹ cauebat ꝛ anteq̄ȝ arietes admouebant opibus instabat: nisi quia conatus irritus fuerit. Aggressi eni cū facibus aggerē spe decepti remeare. Nam p̄mum ne cōcordare quidē eorūm videbat cōsiliū paulatim ꝛ p interualla ꝛ cuntanter nō sine metu ꝓsilientiū neqȝ iudeorū more: ut breuiter dicam: Deerant eni q̄ ꝓpria gentꝭ essent audacia cursus ꝛ oiuȝ simul impet⁹: ꝛ ut sine offensiōe recederent. Languidiores ꝓgressi q̄ȝ solebant etiā romanos solito promptiores offēdere: qui corporib⁹ q̄dē atqȝ armis ita vndiqȝ aggeres sepsere: ut nusq̄ȝ igni aditū relinquerent. Animuȝ v̄o ita cōfirmauerūt ne quis loco anteq̄ȝ occūberet moueret. Nam p̄ter oiuȝ rerū despationē si etiā illud opus esset exustū acerbissim⁹ pudor milites occupauerat: si aut calliditati virt⁹ cederet aut arma temeritati aut piria multitudini aut iudeis romani. Simul aūt missilia cū illis faciebant i ꝓsilientes delata: ꝛ qui cecidisset posteriores ipediebat ac piculū antecedētes meliores afficiebat. Qui v̄o intra celi iactū venire ꝓperassent: alij disciplina hostiū ꝛ densitate pterriti: alij cōfixi hastis retrocedebant: ꝛ ad extremū alius alium timiditatis arguens re infecta reuertebant. Calendis aūt iulij tentata fuerat expugnatio. Judeis aūt inde digressis romani machinas admouere: qui cū ab antonia saxis atqȝ igni ferroqȝ peterent: ꝛ q̄ōcūqȝ hostib⁹ telū necessitas attulisset. Nam licet multū menibus iudei cōfiderent machinasqȝ cōtēnerent: tamē eas applicare ꝓhibebant romanos. Illi autē iudeis studiuȝ esse ratione murorum ne infirmitate antonia lederet: ꝛ fragilibus eam fundamentis suspicātes cōtra certabant. Nec tn̄ ꝙ feriebat ictib⁹ obediebat sed ipsi quidē crebris in se missilib⁹ iactis cū nullis periculis desup venientib⁹ lassarent arietum opus vrgebant. Cū v̄o inferiores essent ac lapidibus frangerentur: alij scutis sup corpore cōcameratis: fūdamēta manibus ꝛ vectibus suffodiebant. Itaqȝ saxis quatitur obstinato labore concussis. Quietē vtrisqȝ nox attulit: ꝛ in ea murus arietib⁹ labefactatus ex qua pte prioribus Joānes aggerib⁹ insidiando murū suffoderat subsidente cuniculo repēte labit parū preter spem muriqȝ: ꝛ ai affecti sunt. Nam iudei quidē q̄b⁹ memoria esse oportebat q̄ō ruina preter spem acciderat ꝛ aduersuȝ eā p̄cauti nō fuerant tanq̄ȝ māsura eēt antonia cōfidebant. Romanorū aūt inopinatā leticiā sub celeri sbuersione natam: conspectus alius murus quē intrinsec⁹ Joānes edificauerat cito restrinxit. Uerūtamē prior facilior impet⁹ videbat. Tunc eni ꝛ ascensū p ruinas promptiorē ꝛ antoniā satis esse infirmiorē. Mur⁹ quoqȝ q̄ recēs erat cito destrui posse arbitrabat. Nemo tn̄ eū audebat ascēdere ꝙ q p̄mus id tētauisset certissimū esset exitū. Capitulū. II.

Itus v̄o spe atqȝ ratione putans alacritatē pugnantiū excitari: ꝛ adhortatione atqȝ ꝓmissis sepe q̄dē piculorū nasci obliuia: interdū āt mortē solere ac cōtēni i vnū cōgregatos fortissimos expiebat dicens. O cōmilitones hortari quidē ad ea q̄ piculū nō afferunt apte ꝛ ipsis qui rogant ꝛ qui eos rogāt ignauie rep̄hensionē parit Exhortatione aūt opus ē in solis rebus ambiguis: quippe illa p se queqȝ gerere dignū est. Itaqȝ difficilē vobis in murū esse ascensū ipse ꝓfiteor: ꝙ aūt ul' maxie oporteat glorie cupidos pugnare difficillimis rebus pulchrūqȝ sit cum laude mori. Nec

expe ē. cuȝ laude mori

erit infructuoſum:qui primi fortiter fecerunt ꝓſequar. Primũ quidez vos illud hor
tet:q̄ nõnullos fortaſſe deterreat iudeorũ patiens animus:⁊ in aduerſis rebus dura
cõſtantia. Romanos enim eoſq̄ʒ milites quibus in pace bella diſcere:in bello autez
vincere cõſuetum eſt:a iudeis manu vel animo ſuꝑari turpiſſimuz eſt:idq̄ʒ in fine vi-
ctorie cum etiã dei nitamur auxilio. Nãq̄ʒ offenſionis noſtre iudaice deſperationes
ſunt. Illorũ autẽ clades fauore dei veſtriſq̄ʒ virtutibus creſcũt. Eteni ſeditio fames
obſidio murorũq̄ʒ ſine machinis caſus:quid ſit aliud q̄ʒ in illos ira dei noſtrũq̄ʒ adiu
mẽtum. Igitur nõ ſolum deterioribus inferiores videri: ſed etiam diuinũ preſidium
ꝑdere vobis nõ cõuenit. Quo pacto autẽ non turpe videat̃:iudeos quidẽ quibuſ nõ
magni pudoris eſt vinci:qui ſeruire didicerint:quo minus in poſterũ patiant̃ mortez
contẽnere:atq̄ʒ in nos medios frequẽter excurrere non victorie ſpe: ſed oſtentationis
gratia. Vos autẽ totius pene terre mariſq̄ʒ victores:quibus etiã nõ vincere ꝓbro ha
bet̃ otioſos ſedẽtes:ne ſemel quidẽ in hoſtes aliquid audaciter exꝑtos: famã ac for-
tunã cum his armis opiri:maxime cũ paruo diſcrimine totum poſſitis efficere. De-
niq̄ʒ iã in Antoniã ſi aſcenderimus hẽbimus ciuitatẽ. Nam etſi pugnandũ ſit aduer
ſum intus poſitos qđ non arbitror:attamẽ capta hac reſpiratõe hoſtium incedere vi-
ctoriã nobis pleniſſimã repromittit. Et ego p̄termiſſa nunc meorũ laude: qui in bel-
lo cecidere ⁊ imortalitate qui martio furore ꝓſtrati ſunt ex morbo pacis tẽpore mortẽ
aliter ſentiẽtibus impcabor:quorum anima cũ corpore ſepultura dãnatur. Quis eniʒ digna imperatoris verba
virorũ fortium neſcit:q̄ animas in acie ferro corporibuſq̄ʒ abſolutas puriſſimum ele
mẽtum ether hoſpitio receptas inter ſidera collocat: maneſq̄ʒ ſe bonos ac propicios
heroas vidẽdos offerre poſteris ſuis. Quas vero morb⁹ corporis tabeſq̄ʒ cõſumpſe
rit:⁊ ſi maxime ꝓbris ac piaculis purgate ſunt: ſubterranee tenebre operiunt altaq̄ʒ
obliuio ſuſcipit:⁊ corporis ſimul ac vite ac memorie fine circũſcriptas. Qđ ſi neceſſa
rio mors homini fato decreta ẽ:ad hoc omni morbo leuius ẽ ferri miniſteriũ:qui non
videat̃ ignauũ negare vſui qđ debito redditurus ſit. Et hec quidẽ veluti huari neq̄-
ant:vel qui conati fuerint ꝓſecutus ſum. Eſt ãt ſalutis ſpes in maximis quoq̄ʒ ꝑicu
lis:qui virilẽ animũ gerunt:primũ eni quod didicit patet inceſſu. Deinde totũ quod
edificatũ eſt facillime diſſolui põt. Voſq̄ʒ plures hoc opus aggrediẽtes: alius alij ꝓ
adhortatione fiet atq̄ʒ ſubſidio:veſtraq̄ʒ obſtinatio in breui aios hoſtiũ franget: ac for
taſſe nobis ſi eam tm̃ cepimus incruẽta res efficiet̃. Etenim aſcendẽtes quidez nos
ꝓhibere ſcilicʒ conabunt̃. Si vero clam vel etiã ꝑ vim aliquid egerimus ſemel q̄ʒuiſ
paucos nõ ſuſtinebũt. Me autẽ ꝑfecto pudeat niſi qui p̄mus hoc fecerit: iuidẽdum
remuneratõibus fecero:⁊ q vixerit quidẽ ſimilibus p̄ſit:beatiſſima vͦo p̄mia ſequant̃
occiſos. Talia dicẽte Tito:cetera quidẽ multitudo ꝑiculũ magnitudine timuit: eoꝝ
vͦo vnus qui in cohortib⁹ militarẽt Sabinus quidẽ genere ſyrus vir ⁊ manu ſimul et
aio fortis apparuit:licet ſi quis eũ ante vidiſſʒ:quantũ ex hitu corpis ne ſpecie quidẽ
militẽ eẽ crediſſet. Erat eni colore nigro exilis hitudine: ſed aia quedaʒ heroica in
macro corpore atq̄ʒ ãguſtiore viribus ſuis hitabat. Cũ primus ſurrexiſſet:itaq̄ʒ dedo
me inquit tibi alacri aio Ceſar:⁊ ante oẽs in murũ aſcẽdo:atq̄ʒ opto quidez vt vires
ac volũtatẽ meã ſequat̃ fortuna tua. Qđ ſi ceptũ caſus iuiderit:ſcito me nõ p̄ter ſpem
q̄ res aliter ceſſerit:ſed q̄ ſic decreuerim ꝓ te moriturũ. His dictis ⁊ ſcutũ leua ma-
nu capiti p̄tendẽs:ſtrictoq̄ʒ dextera gladio circa horam diei ſextã murũ petebat. Se-
quebant̃ autẽ ex alijs qui ſoli eius virtuti emuli eẽ cupiebãt. xi. viri. Multo aũt oẽs
añcedebat diuino quodã impetu excitatus:cũ de muro cuſtodeſ iaculis ⁊ ſagittis vn
diq̄ʒ ifinitis appeterẽt:atq̄ʒ ingẽtia ſaxa deuoluerẽt:qui nõnullos de. xi. deceperunt.
Sabinus ãt miſſilibus occurrẽs:licet obſtrueret̃ ſagittis:nõ tñ ante ipetum cohibuit
q̄ʒ ſũmã muri p̄tẽderet hoſteſq̄ʒ in fugã ꝯteret. Viribus ãt ei⁹ atq̄ʒ ai ꝑtinacia territi

pluresq; ascendisse rati nõ steterunt. Qua in re fortunã quis veluti virtutib⁹ inuideat spq; pclaris facinorib⁹ officiat nõ incusauerit? Siquidẽ hic vir neq; ab incepto erra uit ꝛ offensione lapidis cũ maximo crepitu pronus decidit. Unde factũ est ut iudei reuersi vbi solũ ꝛ iacentẽ viderent ex oi eũ pte iaculis peterent. Ille genibus nixus ꝛ scuto ꝓtectus primo qdẽ vlciscebat̃ hostes multosq; ad se appropinquantes saucia-uit: vulnerũ aũt multitudine remisit dexterã: ꝛ ad extremũ priusq; redderet animam sagittis est obrutus vir dignus ꝓ fortitudine qui meliori fortuna vteret̃. Pro mensu ra vo cepti facinoris cedit. Ceteri aũt tres pene iam summa tenentes obtriti lapidi-bus perierunt: ꝛ octo sauciati detracti ꝛ in castra relati sunt. Hec quidem tertia die mensis iulij gesta sunt. Capitulũ. III.

Iduo aũt post. xx. de numero excubantiũ p aggeres militũ cõgregati signifeꝝ ordinis sui ꝛ duos quosdã ex ala equitũ ꝛ tubicinẽ vnum ad se vocant: nonaq; noctis hora p ruinas ad Antoniã ociose ꝓcedunt: occisis aũt primis custodib⁹ som-no oppressis muꝝ obtinent: ac buccina signũ dari pcipiunt: quo ceteri quidẽ vigiles subito exsuscitant̃ ꝛ fugiunt priusq; multitudinẽ que murũ ascenderat cernerent. Nã ꝛ timor illis ꝛ tuba imaginẽ quandã vbi magnũ hostiũ numerũ ascendisse crederent ostendit. Cesar aũt signo audito propere armat exercitũ: ꝛ cũ ducibus primis lectoꝝ caterua comitatus ascendit. Cum aũt iudei ad tẽplũ interius cõfugissent: ipsi quoq; p cuniculũ irrupunt: quẽ Joannes aduersũ romanoꝝ aggeres aperuerat. Dispositiq; amboꝝ agminũ seditiosi tam Joannis q̃ Simonis arcebant eos sũma vi atq; alacritate repugnandi. Si quidẽ excidij finẽ putabant locũ sanctũ penetrasse roma-nos quod ꝛ his victorie principiũ fuit. Ad ipsum aũt ad ytũ validissima pugna com mitit̃. His quidẽ templũ vi occupare certantib⁹: iudeis vero antoniam versus eos repellentibus. Et sagitte quidẽ atq; haste vtrisq; inutiles erant. Strictis aũt ensib⁹ dimicabant. Neq; conflictu discerni poterat: ex qua parte quisq; pugnaret pmixtis viris ꝛ ꝓpter angustias pmutatis: cum ꝛ vocis intellectũ magnitudo confunderet: multaq; mors esset vtrinq; arma simul ꝛ cadauera iacentiũ cõculcata frangerent pre liantes. Semp aũt si bellũ fluens grauasset alterã partẽ potioꝝ exhortatio ꝛ inferio-rũ cõquestio nascebat̃: neq; aut fuge aut psecutioni locus erat sed ꝓpinque mutatio-nes cõfligentiũ ꝛ inclinationes pmixte fiebant exercitus. Qui vo inter primos stetis-sent aut occidendi aut moriendi necessitatẽ habebãt: q̺ refugere nõ dabat̃. Nã ꝛ po steriores vtriusq; ptes suos in frontẽ vrgebant: nullũq; inter dimicantes bello vacuũ interuallũ reliquerant. Cũ aũt iudeoꝝ ai romanoꝝ pitiã vincerent iamq; oino tota acies pelleretur: ex nona eni hora noctis ad septimã vsq; diei pugnabant. Hi qui-dẽ simul oẽs ꝛ excidij piculũ ꝓ nutrimẽto virtutis habẽtes: romani vo exercit⁹ parte nondũ eni ascenderant agmina illisq; spes pugnantiũ nitebat̃ satis esse visum est in psentia Antoniam obtinere. Capitulũ. IIII.

Ulianus vo quidã ecatontarchus ex Bithynia nõ ignobilis quidẽ in illo bel lo ꝛ armoꝝ pitia ꝛ viribus corporis ꝛ cũ spũ oium fortissimũ ipse cognoui vbi romanos iam cedere ꝛ male repugnare cõspexit: ꝓpter Titũ aũt qui apud antoniã stabat: subito ꝓsiliit: iãq; iudeos vincentes solus ad interiorẽ vsq; templi angulũ pse cutus est. Fugiebat aũt vniuersa multitudo: neq; vim eius neq; audaciã hois esse opinantes. At ille p medios ruens quo alios alio disiecerat p ipsos quem occupas set interficiebat: eaq; facie nihil Cesari admirabilius aut alijs horribilius visum est Uerum ꝛ ipsũ profecto fata psequebant̃ que ab homine vitari nõ possunt. Calceos nãq; habens creberrimis atq; acutis: ut ceteri solent milites: fixos: Dum strato sa-xeis crustis solo occurreret labit̃: magnoq; cũ armoꝝ sono deiectus in tergũ fugien-tes reduxit. Et romanoꝝ quidẽ clamor ex antonia sublatus saluti eius metuentiũ:

iudei vero multis simul gladijs ꝛ hastis vndiqꝫ feriebant. Ille autem multā quidē ferri vim scuto excipiebat: sepe autem conatus erigere ꝑcutientiū multitudine reuolutus est. Et iacens tamen gladio multos perculit. Nec enim cito ꝑemptus est: qñ galea ꝛ thorace omnia membra neci opportuna septus erat. Nāqꝫ diu verticem contraxerat: donec concisis alijs eius membris remisit vires: cum ei nemo auderet succurrere. Nimius autem dolor cesarem tenuit: vbi tante fortitudinis virum in conspectu tante multitudinis vidit occidi: ꝛ ꝙ locus se quidem intercludebat auxiliū ferre cupientem. Alios autem ne possent metus impediebat. Julianus quidem diu cū morte luctatus: cum non paucos interfectorum suorum sautios reliquisset egre ꝑemptus est: magna sui gloria non apud romanos tantum ꝛ cesarem: verum apud hostes quoqꝫ relicta. Iudei vero etiam mortui rapto corpore romanos in fugam versos in Antoniam cōclusere. Fortiter autē in eo prelio decertare Alexas quidam egyptius ex agmine ioannis: ex parte vero Simonis Malchius ꝛ Militonis filius iudas ꝛ iosue filius iacobus duces idumeorū. Zelotarum vero fratres duo iuuenes Arsimon ꝛ iudas. Cap. V.

Itus autē militibus suis imꝑat Antonie fundamenta dirruere: facilēqꝫ ascensum cuncto exercitui ꝑparare. Ipse vero iosippo ad se vocato: nanqꝫ audierat eo die qui erat mensis iulij septimusdecimus diuinā obseruantiā que entelechismos vocatur virorū penuria defuisse: eaqꝫ re populum nimis dolere: iterum dici ioanni ꝑcepit que ante mandauerat: quod etiam si quis eum pugnandi seuus amor teneret: cum qua placeret ei multitudine ad bellum ꝓgredi liceret. Dūmodo non vna secum ꝛ ciuitas interiret simul ꝛ templum: sanctum tamen locum violare desineret: ne ve in deum nephas admitteret. Potestatem autē hēre si vellet sacra intermissa celebrare ꝑ iudeos quos ipse delegisset. Itaqꝫ iosippus ne soli ioanni hec intimarētur: sꝫ etiaꝫ pluribus: vnde exaudiri posset constitit ꝛ mandata Cesaris hebraico sermone dissemit. Multum autē ab his quo patrie parcerēt precabat̄: ignēqꝫ depellerent iam templo contiguū: deoqꝫ vota redderent consueta. His dictis populus tristitia simul ꝛ silentio tegebatur. Multis autē conuitijs tyrānus iosippo cum execrationibus lacerato: postremo addidit nunqꝫ sibi excidium esse metuendū: quoniā dei ciuitas esset. Atqꝫ cum exclamatione sane vero inquit iosippus eam puram deo cōseruasti: inuiolataqꝫ sancta mansere. Nec in eum cuius speras auxilium quicqꝫ impiū deliquisti: sed solēnia sacra consequitur. Et si quidem tibi quisqꝫ quotidianum auferat cibum impium eum hostem putabis? Deum vero quem perpetua religione priuaueris belli auxilio speras futurum? Et romanis peccata imputas: qui nostras leges etiā nūc tuentur: ꝛ que ipse intercidisti sacra deo reddi compellunt. Quis non inopinate mutationis causam gemat ac defleat ciuitatem: cum alieni quidem hostesqꝫ impietatem tuam corrigant? Tu vero iudeus ꝛ inter leges educatus illis quoqꝫ in has seuior iueniaris? At quin ioannem etiā quidem penitere malorū non est turpe in rebus extremis bonorūqꝫ tibi exemplo patriam seruare cupienti ꝓpositum est. Jechonias rex iudeorum qui quondā babylonis bellum sibi inferentibus: sponte ciuitatem priusqꝫ caperetur excessit: ꝛ cum cognatione sua voluntariam captiuitateꝫ sustinuit. Ne hec sancta hostibus ꝓderet: deiqꝫ domum videret exuri. Ob hec sacra iudeorum cōmemoratione laudatur: eūqꝫ memoria transmissa ꝑ secula semper nouam imortalitatem posteris tradit. Bonum o ioannes exemplar: ꝛ si piculum presto sit: ego autē veniaꝫ quoqꝫ tibi a romanis spondeo: dum memineris ꝙ gentilis moneo: ꝛ iudeis ista permittam spectari que oporteat qui sit victor ꝛ vnde consilium. Absit enim vnqꝫ ita captiuum viuere: vt genus aut leges patrias obliuiscar. Rursum indignaris ꝛ clamas mihiqꝫ maledicis. Etiā acerbiora mereor ꝙ hec aduersus fata suadeo: deiqꝫ sentētia

condemnatos seruare contendo. Quis ignorat scripta veterum prophetarum & responsum impendens miserrime ciuitati. Jam tunc enim eius excidium predixere cum his homicidium gentile cepisset. Vestrorum autē cadauerū non ciuitas tantum: sed etiam templum omne repletum. Deus plane deus ipse cuꝫ romanis ignē sibi lustrationis infert totqꝫ scelerum plenam eximit ciuitatem. Hec Josippo cum fletu & lachrymis prosequente vox eius singultibus interrupta est. Et romani quidem miserati dolorem admirati sunt. Joannes autem eiusqꝫ socij magis contra romanos irritabantur: illum quoqꝫ capere cupientes. Nobilium tamen plurimos commouit eius oratio & nonnulli quidem seditiosorum custodias formidantes locis suis manebāt: iam dudum certi de suo pariter & ciuitatis exitio. Fuerunt autem qui capto discessionis tempore ad romanos confugere: in quibus erant pontifices Josippus & iesses. Filij vero pontificum tres quidem Hismaeli: cui apud Cyrenem fuerat caput abscissum: et Mathie quattuor: alterius vero Mathie vnus: qui post interitum patris aufugerat: quem Simon Giore cum tribus filijs: ut supra dictum est: interemit. Multi autem nobiles cum pontificibus deferre: eosqꝫ imperator cum per alia humane suscepit: tunc sciens aliegenis moribus illic versari molestum esse: in gnophnam dimisit ut ibi manerent: interim monitos etiam pollicitus possessiones cuiqꝫ peracto bello redditurum esse. Illi quidem in destinatum municipium leti cum omni cautione discedunt. His autem in ciuitate non visis rumor seditiosis iterum diffamatus est ꝙ romani trasfugas occidissent ut hoc metu videlicet a fuga reliquos deterrerent. Et paulisper quidem hec calliditas eorum sicut antea valuit: timor autem profugere cupientes inhibuit. Rursus autem postqꝫ eos Titus reuocatos in gnophnā cū Josippo muruꝫ circumire & populo conspici iussit multi ad romanos fugiebant. In vnum vero congregati & ante romanos stantes cum lachrymis atqꝫ vlulatu seditiosos rogabant. Primo quidem paucos in ciuitate romanos susciperent patriamqꝫ seruarent. Si hoc displiceret saltem de phano certi exirent templumqꝫ sibi liberarent. Nec enim ausuros sine maxima necessitate romanos ignem sanctis immittere. His illi magis aduersabantur: multiqꝫ transfugas vociferati conuitia supra sacras portas iacula & balistas & saxorum disposuere tormenta: ut omne quidem circum phanum spacium multitudine mortuorum sepulchro: templum vero ipsum castello simile videretur. In loca vero sancta & inaccessa cum armis adhuc et manibus gentili cede calentibus insiliebant: & hanc processere legis iniuriam ut quam iudeos indignationeꝫ oporteret exercerre si hec romani admitterent: & tunc in iudeos propria sacra temerantes vterentur romani milites. Nemo tamen fuit eorum qui non cum honore templuꝫ aspiceret atqꝫ adoraret: latronesqꝫ optaret anteqꝫ intolerānduꝫ malum contingeret penitere.

Capitulū. VI.

Titus autem dolens vicem eoruꝫ iterum ioanneꝫ eiusqꝫ socios increpabat dicens. Nonne vos o sceleratissimi cancello sancta loca protexistis? Non litteris grecis ac nostris incisas tabulas constituistis? quibus ne septa cuiqꝫ transgredi liceret edicitur. Non eos qui transissent qꝫuis romanus quis esset vobis necare permisimus? Quid igitur in eo etiam mortuos conculcastis o nocentissimi. Aut cur templum & extremi & gentilis sanguinis confusione polluistis? Testor ego patrios deos: et si quis nunquam hunc locum ante aspexit: nunc enim neminem credo: itemqꝫ testor & exercitum meum et iudeos qui apud me sunt et vosipsos quod non ego vos violare hec compellam: quin et si locum acies vestra mutauerit: neqꝫ accederet ad sancta quispiam romanorum: neqꝫ quicqꝫ in eius contumeliam faciet. Seruabo autem vobis etiam templum nolentibus. Cap. VII.

Ec iosippo iternūciante pncipis dicta: latrōes ac tyrāni existimantes non beniuolentia sed timiditate hos sermones fieri in superbiaꝫ tollebantur. Titus autem qui neqꝫ seipsos miserari eos: neqꝫ templo parcere perspiciebat: rursus bellum gerere decreuit inuitus. Sed vniuersum quidem his militem ꝙ locus eum non caperet inferre non poterat. Tricenis enim de singulis centurijs viris fortissimis lectis etiam chiliarchis singulis millenos attribuit: hisqꝫ duce preposito Cereali hora noctis nona iubet in custodias impetum fieri. Cum autem ipse quoqꝫ in armis esset vnaqꝫ descendere statuisset: amici eum propter periculi magnitudinem ducūqꝫ dicta continuerunt. Plus enim operis Antonia sedentem: q̄ꝫ militum certamine facturum esse dixerunt: q̄ꝫ si periculum subisset. Omnes enim fore sub oculis imperatoris optimos bellatores: his dictis paruit. Deinde ob hoc solum se manere locutus ad milites: vt de eorum virtute iudicaret: ne aut fortis quisq̄ꝫ indonatus abiret: aut cōtra impunitus ignauus lateret: sed omnium spectator ac testis fieret ipse: qui ꝛ vlciscendi ꝛ remunerandi esset dominus: illos quidem ad aciem hora qua supra memoratuꝫ est dimisit. Progressus autem ad Speculam de Antonia quid fieret expectabat. Uerum hi qui missi fuerant nō ita vt sperabant somno oppressos inuenere custodes: sed excitatis cum clamore confestim manus conseruere excubitorum intus. Mane autem ceteri cateruatim excurrere. Itaqꝫ primorum quidem impetum excipiebant romani. Qui autem illos sequerentur: in agmen proprium incidebant: multisqꝫ suorum velut hostibus vtebantur. Uocis nanqꝫ agnitionem confusus partim clamor oculorum singulis nox ademerat: cum preterea quosdam furor cetus: alios iracūdia alios timor officeret: iccirco obuium quenqꝫ sine discretione feriebant. Romanis quidem scutorum coniunctione septis ꝛ per globos prosilientibus ignoratio minus nocebat: signi enim sui quisqꝫ meminerat. Judei vero disiecti tam impetus q̄ꝫ recessus temere facientes: sepe imaginem inter se hostium alius alij demonstrabant: cum reuertentem suum quisqꝫ per tenebras romanum quasi aggrediētem exciperet. Deniqꝫ plures a suis q̄ꝫ ab hostibus sauciati sunt: donec orto die visu iam pugna discerneretur: ꝛ in acie stantes ordine sagittis atqꝫ lapidibus agerētur. Neutri vero cedebant neqꝫ labore fatigabantur. Sed romani quidem ꝛ sigillatim ꝛ multi simul in cōspectu imperatoris de virtute certabant. Illumqꝫ diem sibi quisqꝫ promotionis initium fore putabat: si fortiter dimicasset. Judeis autem et proprium cuiusqꝫ periculum: ꝛ quod templo metuerent ministrabat audaciam: ꝙ tyrannus stans hos rogaret: alios verberaret: ad pugnandum interminationibus incitaret. Comminus autem plerunqꝫ pugnantium. Sed cito ꝛ breui momenta prelij mutabantur. Neutra enim pars prolixum fuge spatium vel persecutionis habebat. Pro suorum autem euentu et Antonia tumultus erat: ꝛ confidere superantibus: ꝛ stare si fugerent: acclamantium eratqꝫ veluti quoddam belli theatrum. Nec enim vel Titum vel alios qui vna erant quicq̄ꝫ eorum que in pugna gerebantur latebat. Postremo nona hora noctis cepto prelio: quinta diei dissoluti sunt. Cum neutri eo loco vnde pugnam iniere certa fuga cessissent. Uerum mediam in ancipiti prelio victoriam reliquissent. Romanorum quidem plurimi nobiliter decertarunt. Judeorum partis quidem Simonis iudas Marion filius: ꝛ Simon iosaie. Idumeorum vero iacobus et Simon alter Carthe filius: Jacobus autem iosie. De ioannis autem sotijs Getheus ꝛ Alexander. De zelotis antem Simon filius Tagire.

Cap. VIII.

T romanoꝝ reliqua manus die septimo submersis antonie fundamētis: latā viā vsq̄ꝫ ad templū cōposuit. Admotaqꝫ muro agmia mox aggeres ichoabāt: vnū ꝯtra iterioꝝ tēpli āgulū q ad septētrionē oriētēqꝫ spectabat: alterū ꝯtra exedrā ad

aquilonis partem inter duos muros edificatũ. Alioꝝ duoꝝ vnũ cõtra portã occidẽ- talẽ tẽpli exterioris: alteꝝ ab aqlone. Magno tñ opꝰ cũ labore ac miserijs pficiebat cũ materias sexcẽtesimo vsqꝫ stadio deportarẽt. Interdũ aũt insidijs ledebãt: cũ ipsi qdẽ vicẽdi facultate minime cauerẽt: iudeis vo ppter desperationẽ salutis audacioribꝰ vte rẽt. Nõnulli eni eqtũ quotiẽs ad ligna siue fenũ colligẽdũ exissent: interea dũ id fa cerent equos suos frenis exutos pasci sinebant: quos iudei p cuneos erũpentes ra- piebant. Itaqꝫ dum id crebro fieret cesar existimans quod erat veꝝ negligẽtia suo- rum magis q̃ꝫ iudeoꝝ virtute rapinas cõtingere: tristi aiaduersione ceteros ad equo- rũ custodiã reuocare statuit: vnoqꝫ milite qui equũ pdiderat morte dãnato eo metu equos suos ceteris conseruauit. Nunq̃ꝫ eni eos post hec in pascua dimittebant: sed tanq̃ꝫ natura his cõnexi ad necessitatẽ egrediebant. Illi quidẽ templũ oppugnabãt aggeresqꝫ erigebant. Altera vo die post eoꝝ ascensũ multi seditiosorũ quos rapine defecerant ꝛ fames vrgebant: cõgregati in presidia romanoꝝ que Elenoã montem versus collocata erant circa vndecimã diei horã impetũ faciunt. Sperabãt eni pmo quidẽ inopinatos: deinde curandi corporis causa qescentes facile decipi posse. Ue rũ cognito illorũ conatu romani ꝛ de pprijs custodijs celeriter collecti obstabant eis murũ transcendere ac perrũpere violenter conatis. Conflato autẽ vehementi prelio multa quidẽ ꝛ alia ab vtraqꝫ pte fortiter gesta sunt cũ romani preter fortitudinẽ etiã bellandi pitia: iudei vo imoderato impetu ꝛ effrenatis animis vterẽt. Dux aũt his pudor erat: illis necessitas. Nam ꝛ amittere iudeos veluti laqueis irretitos romãis turpissimũ videbat ꝛ illi vnã spem salutis si murũ vi prũpere potuissent habebant. Ibi tum quidã ex alia equitũ Pedanius noie iudeis in fugam versis atqꝫ in vallẽ coactis: equo in aduersũ montẽ a latere incitato preteruectus rapit vnũ ex hostibꝰ fu- gã petentem iuuenẽ ꝛ grauẽ corpore ꝛ armis vndiqꝫ septũ: talo cõprehensũ tantũ se inclinauit equo currente: tanqꝫ dextere vim iteqꝫ ceteri corporis ꝛ equestris pitiã de- monstrauit. Iste quidẽ tanq̃ꝫ munus aliquod rapuisset captiuũ ferens ad cesarẽ ve- nit. Titus autẽ vires eius q cepat admiratus ꝛ captũ quia ad murũ vl̕ aggredi ten- tauerat supplicio affici iussit. Et ipse quidẽ templi oppugnationẽ curabat: utqꝫ agge res mature fierent vrgebat. Capitulũ. IX.

Uterqꝫ iudeos aduersis prelijs male tractatos timescẽte paulatim bello ꝛ in serpente tẽpli pnicie sicut in putrefacto corpore ad sola membra peste occupata puenientes ne vlterius pcederet abscindebat. Porticus eni parte que ab aquilone in orientẽ ptinens antonie iungebat incensa. Deinde ad. xx. fere cubitos abrupere: imisso sanctis icendio manibꝰ suis. Biduo aũt post idꝰ predicti mẽsis vicesimo ꝛ quar to die romani porticũ inflammare: ꝛ vsqꝫ ad quartũdecimũ cubitum igne progresso: iudei similiter culmẽ abijciunt: neqꝫ oino recedentes operibus ꝛ antonie cõtinentia diruentes: cum liceret eis ac deberent incendium phibere. Itaqꝫ immisso igne cur- sum eius ociose pro sua vtilitate metiebantur. Circa templum autem nũq̃ꝫ prelia ces sauere: sed frequens paulatim contra se excurrentium bellum. Hisdem autẽ diebus quidam ex iudeis vir ꝛ corpore breuis ꝛ vultu despicabilis tanqꝫ genere q̃ꝫ rebꝰ alijs vilissimus Jonathes nomine progressus ad Joannis pontificis monumentum: cum alia multa superbe ad romanos prolocutus est: tum quem fortissimum haberẽt ad singulare preliũ prouocauit. At qui contra stetere multi quidem dedignabantur: erant autem inter eos ut assolet etiam qui timerent: quosdam vero nõ inconsulta mo- ueret ratio cũ mortis cupidine nõ debere ɔfligere. Nã q de salute desperassẽt eos neqꝫ cautos ipetꝰ neqꝫ deũ habere placabilẽ: ꝛ cũ his i discrimẽ venire quos neqꝫ vincere magnũ sit ꝛ vinci cũ dehonestamẽto piculosũ nõ fortitudis sꝫ ferocitatis videri. Cũ ãt diu nemo pcederet mltaqꝫ iudeꝰ eoꝝ timidati illuderet: erat arrogãtissimꝰ qdã sũphꝰ

e romanis ex ala equitum putans nomini addere verba: et insolentiam eius exosus.
Fortasse autem etiam corporis breuitate sublatus incõsulte ꝓsilijt: et ceteris cõmissa
cum eo pugna risum prebuit: sed a fortuna ꝑditus est. Ipsum eni ionathes iterfecit:
deinde pede supra mortuũ posito: leua scutum dextraqʒ cruentũ gladium coruscabat
armisqʒ cũ fremitu cõcussis exercitui et iacẽti insultans spectantes romanos icrepa-
bat: donec eum tripudiantẽ et vana iactantẽ quidam priscus centurio sagitta trãsfixit.
Eoqʒ facto et iudeorum et romanoꝝ clamor excitatus est. ille autẽ dolore in vertiginẽ
tortus supra corpus hostis incubuit: belliqʒ felicitatẽ ratione carentem q̃ʒ velox vltio
sequeretur ostendit. Cap. X.

Editiosi v̄o templum tenẽtes aperte quidem et quotidie militibus in aggerib⁹
positis repugnabãt. Vicesimo ãt septio die predicti mensis huiusmodi doluʒ
excogitant. Occidentalis porticus spatium quod inter culmẽ et trabes erat vacuum
siluis aridis: itẽqʒ sulfure ac bitumie repleuere. Deinde velut oppſſi cedebãt. Quar̄
multi quidẽ temerarij fugientibus instabãt: et in porticũ ascendere positis scalis nite-
bant. Qui vero prudentiores erant nullã fuge cãm iudeis fuisse cogitantes locis suis
manebãt. Verũ porticu repleta his qui ascenderãt ignem immittunt iudei. Excitata
vndiqʒ subito flãma: romanos et qui extra periculũ steterunt ingens stupor inuasit: et
desparatio quos incẽdium ceperat occupauit. Flãmis enim cincti semetipsos in oppi-
dum: alij vero in hostes p̄cipitabant. Multi spe salutis desilientes in puteos ilico de
bilitabãtur. Alios dum conant̄ preueniebat incẽdiũ: alij ferro flãmam antecedebãt.
Statim vero et alios fugientes ignis cõprehendebat plurimuʒ ꝑuagatus. Cesarem
vero licet premorientibus indignaret̄: q̄ iniussi porticum ascenderãt: misericordia ta
men eorum tetigit. Cũqʒ nemo ꝓhibere posset incẽdium: hoc erat tamen solatio pe-
rentibus: quia videbant eius dolorem ꝓ quo ipsi animã ꝑderent. Vociferans enim
et ante alios prosiliens: et comites suos q̃ʒ possent auxilium ferre obsecrãs cernebat̄
Eiusqʒ voces et affectiones quisqʒ velut aliquam preclarissimã sepulturam secuʒ af
ferens moriebat̄. Nõnulli tamen recepti in partẽ porticus latiorem: flãmaruʒ quidẽ
periculum euasere. Obsessi autem iudei cum diu fautij restitissent: postremo vniuersi
cecidere. Cap. XI.

Ost omnes autem quidam iuuenis nomine Longustoti huic ornamento fuit ca
lamitati: et quãuis sigillatim digni sint memoria qui periere: omnium tamen
fortissimus demonstratus est. Quem iudei quidem et quia fortis erat: et quia interfi
cere eum cupiebant: ad se descendere promissa fide hortabantur. Frater vero eius
Cornelius qui ex altera parte stabat: ne gloriam suam romanãqʒ militiam dehone-
staret orabat: cui magis obtemperauit: sublatoqʒ altius gladio vt ab vtrisqʒ partib⁹
cerneretur semetipsum occidit. Eorum quos ignis obsederat Argorius quidaʒ cal
liditate seruatus est. Appellato enim clara voce Lucio quodam commilitone et con
tubernali suo: heredem te inquit relinquo totius patrimonij mei: si me exceperis.
Cum autem ille prompto animo accurrisset: ipse quidem qui se in eum proiecerat vi
xit. Lucius vero pondere oppressus: constratoqʒ lapidibus solo allisus cõtinuo mo
ritur. Ea calamitas paulisper quidem romanis tristitiam comparauit. In poste-
rum tamen cautiores effecit: et aduersus iudeorum insidias inijt: quibus plerumqʒ
loca moresqʒ hominum nescientes ledebantur. Exusta est vero porticus ad turrim
vsqʒ ioannis: quam ille belli tempore quod cum Simone gerebat supra postes que
in Xistum ducerent edificauerat. Reliquum vero iudei quoniam consumpti fue-
rant qui ascenderant absciderunt. Postero autem die Romani quoqʒ porticum
que in boree parte fuit ad orientalem vsqʒ totam incendunt: cõtinentẽ angulos eius
q appellat̄ cedron⁹ sup vallẽ edificata: vnde etiã ꝓfũda erat et horribilis ei⁹ altitudo

Irca templum quidem ita res se habebant. Eorum vero qui per ciuitatē fa-
me corrūpebāť īfinita mľtitudo moriebať. Inenarrabiles āt clades eueniebāť
In dies nāq3 singulos si uel vnq3 aliquid cibi apparuisset bellū ilico gerebať ꝛ ami
cissimi inter se ad man⁹ veniebant miseris diripiētes aīe viaticū. Fides aūt penurie
nec moriētib⁹ hēbať: sed etiā quos viderent expirare scrutabanť latrones: ne quem
forte cibū sinu occultans quispiā moreref. Ipsos aūt spes egestate vict⁹ hiantes ve-
luti canes rabidos decipiebat: ꝛ impingētes in hostia tanq3 ebrij ferebanť: easdēq3
domos bis ac ter eodē momēto desparatione inquietabāt: oīaq3 dentib⁹ necessitas sbi-
gebat: ꝛ ea colligentes q̄ nullū q̄uis sordidissimū mutoꝝ aīaliū nō horreret comede
re patiebanť. Deniq3 nec cingulis nec calciamētis abstinuere coriaq3 scutꝫ detracta
mandebant. Quin etiā feni veteris laceramenta victui habebanť: cuius nōnulli exi
guū pōdus quattuor atticis venūdabant. Et quid op⁹ est famis iprobitatē ex rebus
aīa carentib⁹ demonstrare? Factū eni relatur⁹ sum neq3 apud grecos neq3 apud bar
baros cognitū ꝛ dictu quidē horrendū: auditu v̄o incredibile. Itaq3 libenter hāc ca
lamitatē intermitterē ne mentiri me posteri estimarent: nisi testes multos haberem ꝛ
fortasse aliquā p̄rie referrē gratiā ptius ea differēs quoꝝ facta ꝑpessa est. Cap. XIII

Ulier q̄dā ex plebe trans iordanē habitantiū incolaꝝ Maria noīe Eleaza-
ri filia de vico Batezbbra quod significat domos Esopi genere ac diuitijs
nobilis cū alia multitudine fugiens i hierosolyma recepta cum ceteris obsidebatur.
Huius alia quidē bona tyrāni diripuerunt: q̄ ex transamnanis locis in oppidū cō
portauerat. Reliqas v̄o cōditoꝝ ꝛ si alimēta repperissent irrūpētes domū ei⁹ satelli-
tes quotidie auferebāt. Grauiter autē mulier indignabať: ꝓptereaq3 sepissime ra-
ptorib⁹ maledicēs: ꝛ imp̄cans eos cōtra se vehemēti⁹ irritabat cū neq3 iratus neq3
miserans eām quisq3 vellet interficere. Sed victum quidē patrando alijs parabat.
Undiq3 aūt adempta iam erat ei etiā reperiendi facultas famesq3 visceribus ꝛ me-
dullis irrepserat. Plus v̄o q̄ fames iracūdia succēdebat. Igiť vi animi ac neces-
sitate impulsa rebus aduersus naturā excitať: raptoq3 filio quem lactentē habebat
miserū te ait infans in bello ꝛ fame ꝛ seditione cui te seruauero? Apud romanos etiā
si vixeris seruiturus es: fames aūt ꝑuenit seruitutē. His v̄o seditiosi seuiores sunt.
Esto igitur mihi cibus ꝛ seditiosis furia ꝛ humano vite fabula q̄ sola deest calamita
tibus iudeorum. Et hoc simul dicens occidit filiū coctūq3 mediū comedit. Adoptū
autem reliquum seruauit. Ecce aderant seditiosi ꝛ contaminatissimi nidoris odore
capti mortem ei statim nisi quod parasset ostenderet minabantur. Illa vero bonam
partem se reseruasse respondens aperit filij reliquias. Illos autem confestim horror
cepit atq3 dementia visuq3 ipso diriguerunt. At mulier ꝛ hic inquit est vere filius ꝛ
facinus comedite: nam ꝛ ego comedi. Nolo ut sitis aut femina molliores: aut ma-
tre misericordiores: ꝙ si vos pietatē colitis ꝛ mea sacrificia repudiatis: ego quidē co
medi: reliquum eius me manebit. Post hoc illi quidē trementes exierunt: ad hoc
solū timidi vixq3 hoc cibi matri cessere. Mox āt repleta est eo scelere tota ciuitas: ꝛ
vnusquisq3 ante oculos sibi cladem illam ꝓponens tanq3 hoc ipse admisisset horre-
bat. Ab oībus autē quos fames vrgebat properabatur ad mortem ꝛ beati appella-
bantur qui priusq3 id paterentur interijssent. Cito aūt romanis nunciata est illa cala-
mitas: eorumq3 alij non credebant: alij miserabantur: multos autem vehemēti⁹ eius
gentis odium cepit. Cesar autem super hoc deum placabat: siquidem iudeis pacem
obtulisset eisq3 liberam ꝓposuisset omniū obliuionē que cōmiserant. Illos autem ꝓ
cōcordia seditionē: bellū ꝓ pace: ꝓ satietate atq3 opulentia famē optasse: ꝛ q ꝓprijs
manibus templū qđ ipse eis seruasset incendere cepant: huiusmodi alimētis eos eē
dignissimos. Veꝝtamē scelus huius nefandi victus ruina sese patrie opertuꝝ: neq3

relicturum in orbe terre: vt sol inspiciat ciuitatē in qua matres sic vescerent. Ante matres autē patribus huiusmodi alimēta deberi: q nec post eiusmodi clades arma deponerent. Simul hec dicēs desperationem hostium reputabat: nec eos sanam mentem recepturos existimabat: qui cuncta iam pertulissent quibus anteq̄ ea paterentur mutare sententiam sperabantur. Cap. XIIII.

Octauo autem die mensis augusti: cum due legiōes aggeres pfecissent ad exedram occidentalē templi exterioris admoueri arietes iussit. Cum diebus autē sex qui firmissimus erat aries parietē sine intermissione pulsando nihil oīno pfecisset. Uerum et huius et ceterorū magnitudines structura lapidū supabat. Septētrionalis autem porte alij fundamēta suffodiebāt: multūq̄ fatigati exteriores tantū lapides euellere potuere. Ab interioribus autē porte sustinebantur: iaq̄ diu mansere donec instrumentorū et vectium conatibus desperatis romani scalas porticibus applicuer. Judei vero preuenti ne eos subire pbiberent cum his cōgressi dimicabāt. Et alios quidem retro depellentes precipitabāt: accedentes alios subsidio trucidabāt. Multos de scalis egredientes priusq̄ scutis obtegerent ferientes gladijs preueniebant. Nōnullas autē scalas armatorum plenas in latus deijcientes declinabant. Unde romanorū quoq̄ non parua cedes sequebat. Alij signis ablatis p his decertabant: rapinā eorum grauissime fore turpidini ducentes. Postremo tamē iudei et signis potiunt: et eos qui vna ascenderēt interficiunt. Ceteri vero clade intereuntiū pterriti descendunt. Romanorū quidem nemo nō aliquo facto opere pcubuit. Seditiosorum autē qui prioribus prelijs etiā tunc fortiter pugnauerunt. Et pterea Eleazarus fratris Simonis tyrāni filius. Titus autē cum videret se alienis et templo cū damno et necem militū parcere: ignem portis subijci iussit. Inter hec autē ad euz profugi veniūt Ananus ex Maue Simonis satellites crudelissimus: et Archelaus filius Magaditi: ideirco sperātes veniam q iudeos victores relinquerant. Titus autē cum hanc eorum in iudeos crudelitatē audiuit: vtrūq̄ obtruncare decreuit. Dicebat enim necessitate nō voluntate venisse: nec salute dignos eē incensam ipsorum causa patriam deserētes. Uerūtamen cohibuit iracundiam fides: eosq̄ dimisit: sed nisi eo loco habendos quo et iam alios credidit. Jam vero portis milites ignem admouerāt: liquefactoq̄ argento cito lignum flāme absumpserāt: cum subito aucte pximas inde porticus corripuere. Judeis vero ignem circū se videntibus: corpora simul animeq̄ ceciderūt: et stupore attoniti adiuuare quidē vel extinguere nemo conatus est. Stantes vero aspiciebāt: nec tñ his q̄ absumerēt dolētes: saltē vt qd reliquū eēt saluū hērent animū colligebāt. Illo quidē die et que secuta ē nocte crescebat icendiū: paulati eniz nec simul vndiq̄ inflāmare portic⁹ potuerūt. Postero āt die Titus partē militū iussit icendiū restrigere: perq̄ pxia portis loca viā sterner: vt facilior agmibus eēt ascensus: rectores ad se cōuocat: sexq̄ collectis q erant pceres: Tiberio Alexādro totius militie pfecto: et Sexto cereali qnte legiōis pposito: et Largio lepido decime: et Tito phrygio qntedecie: cū quib⁹ erat etiā fronto ac terni⁹ mgr duaꝝ alexādrinaꝝ legionū et M. ātonius iulian⁹ pcurator iudee. Cōgregatisq̄ pterea chiliarchis et pcuratoribus cōsiliū de tēplo pposuit. Alijs qdē videbat lege belli vtēdū eē: nunq̄ eni iudeos a nouis reb⁹ posse desiner tēplo manēte: quo oēs vbicūq̄ eēnt colligerent. Nōnulli monebāt: vt si templū reliquissent iudei neq̄ armis p eo quisq̄ certaret: cōseruandū eē suadebāt. Si vo id pugna obtinuissent ignib⁹ cōsumendū: qm castellū iaz videret eē nō templū et piaculū: nō ipse verū illi qd fieri coegere cōmitterēt. Tito āt nec si stātes dimicarēt iudei p hoibus aio carētib⁹: vlciscēdū eē dicēte: neq̄ se vnq̄ tm̄ opus icensuꝝ: iā eni romanoꝝ fore hoc dānū: sic ornamētū quoq̄ foret impij si māeret: iam certi quid vellet: ad eius accedūt sentētiā fronto Alexāder et Cerealis tunc quidem

cōsiliū dimisit. Jussisq3 militib⁹ requiescere itēq3 ducib⁹ ut his i pcinctu validiorib⁹ vteref: viā sternere p ruinas lectis ex cohortib⁹ impat ignēq3 restinguere. Illo qdē3 die iudeos labor itēq3 timor ab impetu cōtinuit. Postremo aūt collect⁹ virib⁹ z rece-pta fiducia p orietalē portā cōtra tēpli exterioris custodes secūda hora diei pcurrit. Illi aūt pmā quidē cōcionē fortiter excepe: septiq3 scutis a fronte murū cōdēsa acie inclinant. Certū tn̄ erat eos nō diu duraturos q̄ z multitudine infestātiū z ais vin-cerent. Cesar aūt pusq3 verterent acies: nā pugnā3 ex antonia pspectabat: cū equiti bus lect⁹ venit auxilio. Impetū vo ei⁹ nō sustinuere iudei: sed pmis iterfect⁹ pleriq3 fugā petunt. Et cedentib⁹ quidē romanis reuertentes instabant. Cū aūt illi retrorsis sent iterū refugiebant: donec circa horā quītā iudei vi coacti templo introire conclusi sunt. Tit⁹ aūt discessit in antoniā decreto postridie mane cū oi exercitu aggredi tem-pluq3 obsidere. Sed id plane dei sententia iādudū igne dānauerat: euolutisq3 tēpo-rib⁹ aderat fatalis dies q erat decim⁹ mēsis augusti: quo etiā pus a rege babyloniorum fuerat cōcrematū. Ex edib⁹ aūt causā pncipiūq3 sūpsit incēdiū. Nā cū paulisp Titi discessu seditiosi qeuissent romanos rursus aggrediūt custodumq3 templi cum ignē interioris pbani restinguentibus pugna cōmittit. Hicq3 iudeis in fuga3 versis vsq3 ad templum transierunt. Capitulū. XV

vberrime valde prouincie possidere noscuntur. Iudee nanqꝫ huius est amplitudinis
⁊ quia etiam ciuitatem ipsam hierosolymorum spaciosam: ⁊ maximam olim inhabi-
tamus: ⁊ virorum multitudine copiosam: necnon ⁊ templi constructione idem ipse sic
refert. Sunt autem iudeorum in alijs quidem multe munitiones per prouinciam at-
qꝫ vici. Una vero ciuitas munitissima habens precipue circuitum quinquaginta sta-
diorum in qua commorantur hominum circa centum ⁊ quinquaginta millia nomine
hierosolyma ... hierosolyma. Est autem in ipsa medietate ciuitatis lapidea quadriporticus centum
per circuitum cubitorum habens etiam duplices ianuas. Quo ara est quadrianguli
figuratione composita ex lapidibus non dolatis: sed collectis atqꝫ iacentibus vnum
quoqꝫ latus viginti cubitorum latitudinem habens: altitudinem vero decem. Et cir-
ca eam maxima fabrica vbi altare est constitutum ⁊ candelabra vtraqꝫ aurea duo ta-
Ad exemptũ fonis vestalis. lentorum pondus habentia: ⁊ inextinguibile lumen noctibus ⁊ diebus. Simulacrū
vero aut aliquod anathema ibi nequaqꝫ est nec vlla plantatio. Nullus ibi veluti lu-
cus aut aliquid huiusmodi. Habitant autem in eo ⁊ noctibus ⁊ diebus sacerdotes
quasdam purificationes agentes: ⁊ omnimode vinum non bibentes in templo. Su-
per autem quia et cum alexandri regis successoribus postea castrametati sunt. Te-
statur hoc modo dicens ea que cognouerit a viro iudeo in expeditione constituto.
Cuius verba hec habentia declarantur. Ait enim. Me siquidem eunte ad mare
rubrum vna secutus est quidam cum alijs equestrium iudeorum nos deducentium
nomine Mossolamus vir efficax animo bellator super omnes arcarios: ⁊ indu-
bitanter grecos ⁊ barbaros valde precipimus. Is igitur homo properantibus mul-
tis pariter ⁊ quodam vate ab ipso augurium capiente ⁊ petente: vt cuncti starent.

Interrogauit cur sustinerent omnes. Ostendente vero ei vate auem quem intuebat atqꝫ dicente. Quasi quidem expediret eis vt sustinerent omnes si staret auis. Si ergo surgens anterius euolaret procederent. Si vero post tergum iret: recedere cunctos oportet. Rursum tacens arcumqꝫ trahens sagittas emisit: ⁊ auem percutiens interemit. Indignantibus vero vate: ⁊ quibusdam alijs ⁊ maledicentibus ei. Quid furitis inquit mali demonij auem sumentes in manibus. hec enim suam salutem nesciens: de nostro itinere nobis salubritatē potuit indicare. Si eni prescire futura valuisset: in hunc locū nequaqꝫ venisset: metuens ne saggitta a Mosollamo iudeo periret: sed ⁊ ad eius testimonia iam quidem quiescant. Facile nāqꝫ est volentibus librum ipm legere: ⁊ hec apertius inuenire. Non vero me pigebit Agatharchidem introducere Licet homo minime malus: ⁊ ei visum est nobis detraxisse videatur. Is enim narrans de Stratonice quemadmodum venit quidem ex Syria de Macedonia ad virum suum Demetrium derelinquens Seleuco autem vxorem eam ducere non volente quod illa sperabat. Exercitu eius in Babylonia posito circa Antiochiam bella mouit. Deinde quomodo reuersus est rex: antiochia capta in seleutia Metilla fugiens: cum posset seipsam velotius interimere somno prohibita ne faceret: capta atqꝫ defuncta est. Hec ergo predicens Agatharchides ⁊ derogans superstitionis stratonicis vtitur inditio generis nostri prescribens. Qui vocentur iudei habitant omnium munitissimam ciuitatem quam vocare Hierosolymam prouinciales solent. Hi vacare consueti sunt septima die: ⁊ neqꝫ arma portare in predictis diebus: neqꝫ terre culturam contingere: neqꝫ alterius cuiuspiam curam habere patiuntur. Sed in templis extendentes manus adorare vsqꝫ ad vesperam soliti sunt. Ingrediente vero in ciuitatem Ptolomeo lago cum exercitu ⁊ multis hominibus dum custodire debuerint ciuitatem eis stultitiam obseruantibus. prouincia quidem dominum suscepit amarissimum. Lex vero manifesta est vnam natura habere solennitatem: huiusmodi autem casus preter solos illos alios docuit vniuersos. Ut tunc ad somnia ⁊ opiniones que tradebantur de lege hic confugiant. Dum circa res necessarias ratio nihil valet humana. Hoc quidem Agatharchidi videtur esse ridiculum. Eis autem hec examinātur integrius: apparet magnum: ⁊ precipua laude dignissimum: si ⁊ saluti ⁊ patrie quidam custodiam legum pietatemqꝫ diuinam proponere concupiscant. Quia vero non ignorantes quidam conscriptorum gentem nostram: sed pro quadam: aut alias causas non salubres memoriam nostri nunc reliquere. Hec inditium me arbitror esse p̄dicturum. Hieronymus enim qui de successoribus conscripsit historiam: ipse quidē tempore quo Hecateus fuit: ⁊ amicus existens regis Antigoni Syrie presidebat. Uerum ⁊ Hecateus quidem etiam librum conscripsit de nobis. Hieronymus autem nequaqꝫ nostri historiam meminit: licet pene in ipsis locis nutritus esset in tantum voluntates hominum differebant. Alio nanqꝫ placuit studium habere memoria dignum. Alium vero omnino circa veritatem quedam passio cernitur obscurasse. Sufficiunt tamen ad comprobationem antiquitatis nostre Egyptiorum ⁊ Chaldeorū atqꝫ Phenicum historie: ⁊ super illas Grecorum pariter conscriptiones. Adhuc enim super ea Theophilus ⁊ Theodorus ⁊ Manaseas ⁊ Aristophanes ⁊ Hermogenes ⁊ Euemerus ⁊ Cinum ⁊ Zopirion ⁊ multi quidam alij simul. Non enim ego omnibus libris incubui: non transitorie nostri facere mentionem. Plurimi nanqꝫ predictorum virorum veritatem quidem antiquarum causarum frustrati sunt. quia lectioni sacre nostrorū nō incubuere librorū. Communiter tamen de antiquitate testati sunt: pro qua nunc referre proposui Phalereus autem Demetrius ⁊ senior Philon ⁊ Eupolemus non multum veritate frustrati sunt: quibus dari veniam dignum

De futuris augurijs.

De festiuitate diei dominice. Siue septimi diei. Oratio Iudeorum. a Strabo.

Hieronimus historicus. Hecateus de Iudaeorum

Theophilus. Theodorus. Manaseas. Aristophanes. Hermogenes. Euemerus. Cinon. Zopirion. Phalereus Demetrius. Philon senior et Eupolemus de Iudeorum antiquitate testati sunt.

est. Non enim inerat eis vt nostras litteras possent omni scrupulositate sequi. His ita dictis vnum ad hunc mihi capitulum est relictum ex his que in principio libri posui. Quatenus derogationes ꝛ maledicta: quibus vtuntur quidam contra genus nostrum falsas ostendam ꝛ conscriptoribus eorum testibus vtar quando conscribentes hec cōtra semetipsos locuti sunt talia. Quia vero multis alijs hoc euenit propter quorundam vesaniam arbitror intelligere. Mens qui voluerit historias ipsas percurrere. Quedam igitur gentium ꝛ gloriosissimarum ciuitatum fedare nobilitatem ꝛ conuersationi detrahere tentauere. Theopompus quidem athenienſium lacedemoniorum vero pylocratis. His autem tripodem perdurabilem conscribens. Non enim Theopompus hoc fecit sicuti quidam putant etiam thebeorum momordit vrbem. Multi vero necnon ꝛ timeus in historijs de predictis ꝛ de alijs blasphemauit. Et hoc precipue faciunt quando gloriosissimi in aliqua parte calumniantur. Quidaꝫ propter inuidiam atqꝫ maliuolentiam: alij vero propter verbosam nouitatem memoria se dignos fieri iudicantes: ꝛ apud stultos quidem nequaqꝫ hac spe fraudantur. Qui non salubre noscuntur habere iudicium: multas vero eorum miserias condemnabūt. Blasphemiarum vero in nos sepe gestarum huiusmodi causa est. Volentes egyptij prestare aliquibus veritatem corrumpere tentauere. Et neqꝫ aduentum in egyptum nostrorum progenitorum sicuti contigit sunt confessi. Nec rursus egressum cum veritate dixere: multasqꝫ causas odij ac inuidie pariter habuere. Principio quideꝫ quia in eorum regione nostri progenitores potentes effecti sunt. Unde regressi ad propria denuo fuere felices. Deinde horum aduersitas multas inter eos fecit inimicitias. In tantum differente nostra pietate extra solennitates illorum quantum dei natura animalibus irrationabilibus sine dubitatione distinguitur. Communis nanqꝫ apud illos ritus est alios arbitrari deos: seorsum non singuli solent diuersis ea muneribus honorare. Uani ac fatui omnes homines ꝛ ab initio vti de his malis opinionibus consueti. Et ꝑpterea nequaqꝫ imitari nostrā honestatē de diuina rōne potuere. Videntesqꝫ multos nostram zelari conuersationem inuidiam habuere: ꝛ ad tantam fatuitatem ac pusalinimitatem quidam eo perducti sunt: vt non eos pigeret: etiaꝫ contra antiquas suorum scriptiones aliqua dicere. Quod cum hoc faciunt sibimetipsis aduersis conscribere passionem cecitatis ignorauere. In vno tamen ꝛ maximo viro verbum meum statuam: quo vsus sum ante paululuꝫ nostre antiquitatis teste. Manethon itaqꝫ qui egyptiacam historiam ex litteris sacris se interpretatum sum pollicitus est predicēs nostros progenitores cum multis millibus in egyptum aduenisse etenim incolas subiugasse. Deinde ipse confessus est: quia posteriori tempore amittentes eam prouinciam que nunc iudea vocatur obtinuissent: ꝛ edificantes hierosolymam construxissent templum. Et vsqꝫ ad hoc conscriptiones secutus est antiquorum. Deinde prebens sibimet potestatem cum vtiqꝫ videatur scribere ea que in fabula sunt atqꝫ dicuntur: incredibilia verba de iudeis inseruit: volens permittere nobis plebem egyptiorum leprosorum aliorumqꝫ languentium. Quod sicut ait abominatione ex egypto fuga dilapsi sunt. Amenophin etiam regem adiecit quod est falsitatis nomen. Et propterea tempus regni eius nequaqꝫ diffinire presumpsit: cum aliorum regum omnes annos perfecte protulerit. Hinc itaqꝫ quasdam annecti fabulas pene oblitus: qui egressum pastorum ab hierosolyma ante quingentos decem ꝛ octo annos factum esse protulerat. Themusis enim erat rex quando egressi sunt. Et ab hoc tempore regum qui postea fuere anni sunt. ccclxxxiij. vsqꝫ ad fratres nomine Sethonem ꝛ Hermetum: quorum Sethonem quidem egyptium: Hermetum vero Deneū denominatū: quem expellens inquit. Sethon regnauit annis quinquaginta

nō egiptios a progenitoribus ortos iudeos.

Manethon historicus.

⁊ nouem. Et post hunc senior scilicet Capsis annis sexaginta sex. Ante tantos igi-
tur annos egressos ex Egypto patres nostros casessus. Deinde Amenophin adij-
ciens regem hunc confitetur: ⁊ deorum fuisse contemplatorem sicut Osorem quendā
priorum regum: ⁊ implesse desiderium enim nominis sacerdotem. Idem Ameno-
phin natum ex patre Papio: qui videbatur quasi diuina participari natura Et secū-
dum hec sapientiam hanc habere prescientiam futurorum. Et dixisse regi hunc vni-
nocum eniz: quia posset videre deos: si prouinciam a leprosis ⁊ alijs maculatis homi
nibus purgare contenderet. In quo letatum regem omnes dicit corpore debiles ex
Egypto congregasse ⁊ fecisse multitudinem numero octuaginta. Eosq; ad sectiões
lapidum in partem nili orientalem misisse: ad hoc esse efficiendum. simul ⁊ alios egy
ptios quibus hoc erat iniunctum fuisse autem quosdā inter eos etiā rationabiliuz sa-
cerdotum lepra perfusos ait. Amenophin vero illum sapientem diuinumq; virum
refert timuisse: ⁊ circa semetipsum: ⁊ apud regem deorum vulcanum vt aperte suade
ret eis vim fieri: sed iecisse quoniam auxiliarentur quidam maculatis hominibus et
Egyptum obtinerent tredecim annis. Et hec eum non quidam presumpsisse regi di
cere: sed ex his omnibus conscriptum reliquisse librum: ⁊ per semetipsum ⁊ apud re
gem: ⁊ propterea regem in anxietatem maximam peruenisse pro iudeis: his verbis
hec refert. His itaq; rogatus rex vt ad requiem ⁊ tutamen eorum secerneret ciuitatē
Desertam vrbem que tunc fuerat pastorum nomine Auarin prebuit eis. Est autem
hec ciuitas secundum theologiam antiquam valde precelsa. Porro illi in hanc igres
si: ⁊ locum hunc ad resultandum habentes. Opimum ducem sibimet quendam He
liopolitanorum pontificum Osarsipha constituere: ⁊ huic se obedire in omnibus iu
rauerunt: vt ille primum quidem eis legem posuit: vt neq; deos adorarent: neq; ab sa
cris animalibus que precipue festina apud Egyptios erant: se penitus abstinerent:
nulliq; copularentur nisi cum quibus iusiurandum habere videbantur. Hec autem
sentiens: ⁊ alia plura maxime egyptiorum consuetudinibus inimica precepit multo
opere muros edificari ciuitatis: ⁊ ad bella preparari contra Amenophin regem. I-
pse vero assumens secum etiam alios sacerdotes ⁊ maculatorum quosdam: misit le-
gatos ad pastores qui videbantur a Thethmuse rege depulsi: ad Hierosolymorum
vrbem causas suas ⁊ aliorum qui simul fuerant exhonorati: significans ⁊ poscens: vt
pariter contra egyptum castrametarentur: promisitq; eos fore venturos. Primum
quidem in Auarin progenitorum suorum prouinciam: ⁊ necessaria populis abun-
dantius exhibenda: pugnaturos autem opportuno tempore: ⁊ prouinciam facillime
subdituros. Illi vero letitia cumulati omnes alacriter vsq; ad ducenta millia viroꝝ
pariter sunt aggressi: ⁊ non post multum ad Auarin vsq; venere. Amenophis autem
egyptiorum rex: dum illorum audisset inuasionem: non mediocriter vulneratus est.
Dum recordaretur quod ei predixerat Amenophis papie. Et primum quidem cō-
gregatis egyptiacam plebem. Facto consilio cum principibus eorum animalia sa-
cra: ⁊ que precipue a sacerdotibus honorabantur ante premisit ⁊ sacerdotibus parti-
culariter iussit: vt simulacra eorum caute celarent. Filium vero Sethonem qui etiam
Ramessi a rapso patris nomine vocabatur. Cum quinq; esset annorum apud suum
commendauit amicum. Ipse vero transiens cum alijs egyptijs vsq; ad trecenta mil
lia virorum bellatoribus viris occurrens congressus non est: putans enim semetipm̄
contra deum pugnare. Post tergum reuersus venit ad Memphin: ⁊ sumens apine
talia sacra mox in ethiopiam cum vniuersis nauibus ⁊ multitudine venit egyptioruz
Per gratiam nanq; erat ei subiectus egyptiorum rex. q suscipiens etiam populum
vniuersum prebuit alimenta hominibus necessaria. que prouincia ministrabat. Et

Solimite

ciuitates ac vicos .xiij. quatenus eis qui fuerant deducti ad fines egyptios: ꝛ in ethiopia quidem hec gesta sunt. Solymite vero descendentes cum viris pollutis egyptiorum sic pessime hominibus vsi sunt: vt eorum victoria esset nimis pessima. His qui tunc eorum impietates inspiciebantur: non soluȝ etenim ciuitates ꝛ vicos concremauere sacrilegia facientes: ꝛ deorum idola deuastantes: sed etiam ipsa sacra animalia que colebantur crudelissime disserpserunt. Per pretores ꝛ occisores horum sacerdotes atqȝ prophetas esse cogentes quos etiam expellebant nudos. Dicitur itaqȝ quia conuersationes ꝛ leges eis composuit. Sacerdos quidam genere Heliopolitis nomine Orsasiphas vocatus ex nomine Osireos heliopolitani dei quod dum conuersus fuisset ad hoc genus mutauit nomen: ꝛ vocatus est Moyses. Que vero egyptij de iudeis proferunt hec sunt. Sed ꝛ multa breuitatis causa pretereo. Dicit autem rursus Manethon quia postea amenophis ex egypto digressus est: cum magna virtute simul ꝛ filius eius Ransis: ꝛ ipse habens magnum exercitum. Et congressi contra pastores atqȝ pollutos vicerunt eos vsqȝ ad syrie fines. Hec equideȝ ꝛ huiusmodi manethon conscripsit. Quia vero anilia loquitur deliramenta atqȝ mentitur: aperta ratione monstrabo illud primo distinguens quod postea alterna gratia referenduȝ est. Is enim concessit nobis atqȝ professus est eo ꝙ ab initio non fuerint egyptij genere sed extrinsecus illuc aduenissent: ꝛ egyptum obtinuissent: ꝛ ex ea rursus egressi sunt nostri progenitores: quia vero nobis postea permixti non sunt. Egyptij corpore debilitati: ꝛ quia ex his non fuit Moyses qui populum eduxit ex egypto: sed ante multas generationes extitit per ea que ipse dixit conabor tendere. Primam itaqȝ causam posuit figmenti risibilem. Rex enim inquit Amenophis concupiuit videre deos: quos putas siquidem quia apud eos solennes erant: bouem ꝛ hircum ꝛ crocodilos ꝛ canicapatos volebat aspicere. Celestem autem quomodo poterat: ꝛ cur hoc habuit desiderium. quia vtiqȝ ꝛ prior enim rex alter hos viderat. Ab illo ergo audiens qualis essent ꝛ quemadmodum eos vidisset: noua nequaquam agebat arte: sed forte sapiens erat ille vates: per queȝ hec rex posse agere confidebat: quod si ita fuisset: quomodo impossibilitatis concupiscentiam non presciuit: non euenit quod voluit. Proinde quam rationem habere potuit: vt propter semimembrios aut leprosos ei inuisibiles essent. Dum irascuntur enim propter impietates: non ꝑpter corporꝝ diminutiones. Deinde tã multa millia leprosoꝝ ꝛ male habentiuȝ vna pene hora quomodo fuit possibile congregari: aut quomodo rex non obediuit vati. Ille nanqȝ precepit debiles egyptios exilio deportari. Hi autem eos ad sectiones lapidum destinauit: tanquam operarijs indigens: ꝛ non purgare prouinciam volens. Ait autem eo ꝙ vates qui dum semetipsum perimerit preuidens eorum iram ꝛ que erant in egypto futura: ꝛ conscriptum librum regi reliquit. Proinde ab initio vates etiam suum interitum non presciuit: quomodo nunc repente regi contradixit volenti videre deos q̃ȝ ꝙ se ipse perimere festinabat. Quod vero inter omnia est stultius videamus. Audiens enim hec inquit: ꝛ de futuris iam metuens. Debiles illos ex quibus egyptum purgare debuerat: neqȝ tunc de prouincia protulit: sed rogantibus eis sicut ait: ciuitatem dedit dudum a pastoribus habitatam que vocabatur auarin. Ad quam congregati principem inquit degere ex sacerdotibus Heliopolitanis qui eis exposuit: vt neqȝ deos adorarent. Neqȝ ad egyptiace festiuitatis animalibus abstinerent sed omnia perimerent atqȝ consumerent: nulli penitus miscerentur: nisi cũ quibus coniurati esse videbant: ꝛ iureiurando multitudinẽ obligatam: quatenus in eis legibus ꝑdurarent. Auarin ciuitateȝ munitã contra regeȝ dicit eos bella sumpsisse. Adiecit aũt subiecit ꝙ misit hierosolymã rogãs illos ꝑ auxilijs

Osiris

Moises secundum Manethon ex nomine osyreos dictus est prius Orsasiphas

Egipty a Iudeorum progenitoribus orti

D. egyptios

Hierosolima

exhibendis: et daturum auarin cōpromittens que foret ex hierosolymis egredientib⁹ exire maiorum: et ex qua procedens omnem egyptum obtinerent. Deinde subiungit illos quidem vetus secum ducentis millibus armatorū. Regem vero Amenophin egyptiorum: cum non cessaret repugnandum deo: mox ad ethiopiam refugisse: et Apinum cum alijs sacris animalibus deuexisse. Hierosolymitis vero inuasione facta et ciuitates depopulatas: et templa concremasse: et equestres peremisse refert. et nulla iniquitate aut opere iniquitatis abstinuisse. Quod vero conuersationē et leges eis exhibuit. Sacerdos inquit erat genere Hieropolitis nomine Arsiphas vocatus ab appellatione Osireos heliopolitani dei. et mutato nomine dictus postea Moyses. Tertiodecimo vero inquit anno Amenophin postq̄ regno pulsus est ex ethiopia ꝑfectum cum multa milia dicit: et congressum contra pastores atq̄ pollutos habita cōflictione vicisse. Et multos interficientem vsq̄ ad fines Syrie persecutum. In his iterum non intellexit si verisimilitudine se mentiri leprosum: nanq̄ et cū eis ait multitudo collecta debilium. Licet primitus irascerentur regi circa se vtiq̄ talia facienti se cūdum premonitionē vatis. Tamen cum a sectione lapidū sunt egressi: et prouinciā percepere omnes circa eum mitiores effecti credendi sunt. Porro si adhuc et illum odio habebāt seorsum magis insidiari potuissent non circa omnes bella committere cum scilicet plurimi existentes multorum illic cogitationes haberent. Proinde etiā si contra homines pugnare decreuere: non tamen contra deos impietatem gerere presumebant: nec contraria suis agere legibus in quibus inscripti esse noscuntur. Oportet itaq̄ nos Manethoni gratias agere: quoniam huius iniquitatis principes dicit. Non eos qui ex Hierosolyma sunt egressi: sed illos ipsos egyptios esse probat et maxime sacerdotes atq̄ iurisiurandi vinculū illorum multitudine conuenisse. Illud autem quomodo nō irrationabile est. Nec pericula belli participatus est: sed misere maculatos ad Hierosolymam: et ab eis solatia poscerent. maxima stultitia nō illorum: sed hec fingentis ostenditur. Iste nanque etiam nomen positum ciuitati

id est a templorum spoliatione presumpsit edicere. Et hoc postea fuisse mutatū. Miranda res: quia posteris quidē turpe fuit tale nomē et otiosū. Ipsi vero qui fundauere vrbē ornare semetipsos est vocabulo credidere. Hic autem fortissimus vir multa detractionis imperitia non intellexit quia Hierosolymi non idem voce iudaica quod greca significat. Quid ergo amplius quilibet dicere contra mendacium tam imprudenter expositum. Sed quoniam congruam iam magnitudinem suscepit hic liber: aliud faciens principium: cetera p̄sentis operis explanare tentabo.

Phlauij Iosephi de antiquitate iudeorum ad Epaphroditum. Liber .II.

P

Riori quidem volumine charissime mihi Epaphrodite de antiquitate nostra monstraui Phenicum et Chaldeorum Egyptiorumq̄ litteris satisfaciēs veritati: multosq̄ grecoꝝ ꝯscriptores adducēs. Et meā e diuerso disputatiōē aduersus Manethonē et Chermonē et alios quosdā exhibui. Nūc aūt incohoabo reliquos arguere: qui contra nos

Apis.

Moyses

aliqua conscripsere. Impulsus enim sum contra appionem respondere grammaticũ
si tum assumi hoc oportet officium. Horum igitur que ab eo coscripta sunt: alia qui
dem similia sunt dictis aliorum: alia valde frigida. Plurima vero quandam tantum
modo detractionem habentia: ⁊ multam. vt ita dixerim. ineruditi probationem tan-
q̃ ab homine composita ⁊ moribus praua ⁊ totius vite sue temporibus importuna.
Quia vero multi hominum propter stulticiam suam his potius sermonibus capiun-
tur: q̃ illis que multo studio conscribuntur: ⁊ derogationibus quidem gaudent: pre
coniis vero mordentur: nihil horum nouit indoctus. Illud quoq; quod seminari di
cit: quo cum iudei essent. Alexandrini vocati sunt similis inscientie esse. Omnes ete-
nim: qui ad coloniam aliquam deuocantur: ⁊ plurimum alterutris genere differunt:
ab edificatoribus appellatõẽ accipiunt. Et quid opus est de aliis dicere? nostrorũ eni
ipsorum hi: qui antiochiam inhabitant antiocheni nominantur. Ius enim ciuiũ eis
dedit conditor peleucus. Similiter ⁊ qui in epheso commorantur in licaonia cum ci-
uibus exinde natis vniuoci sunt. Hec prebentibus regni eis per tempora successori

De colonie constitutione et qualitate.

bus. Romanorum vero clementia cunctis non paruulum donum appellationis sue
concessit. Non solum viris singulis: sed etiam maximis gentibus in communi. Hi
beri deniq; antiqui ⁊ tyrreni ⁊ sabini ⁊ romani vocantur. Si vero hunc modum au-
fert communis ciuitatis appion quiescat dicens semetipsum alexandrinum. Natus
enim in profundissima egypto quomodo erat alexandrinus iure ciuilitatis sicut ipse
in nobis dicit ablato: cum solis egyptiis nunc orbis domini romani participari cu-
iuslibet ciuitatis interdixisse videantur. Hic autẽ ita robustus est: vt dignitates quas
ipse impetrare prohibebatur adipisci non valens calumniari conetur eis: qui hec iu-
stissime percepere. Non enim propter inopiam habitatorum ciuitatis quam studio-
se edificabat alexander nostrorũ aliquos ibi collegit: sed omnes approbans diligen-
ter ex virtute ac fidedignos inueniens hoc preconium nostris exhibuit: cum gentem
nostram studeret non mediocriter honorare. Ait enim ecatheus. Quia propter man-

Mansuetudo et fides iudeorum

suetudinem atq; fidem quam ei prebuere iudei samariam regionem adiecit: vt eam

iudeorum laus.

sine tributis haberent. Similia quoq; sapuit post alexandrum etiam ptolomeus la-
gus de iudeis in alexandria commorantibus. Nam egyptiaca eis castra commisit:

Duo ptolomei.

arbitratus ea fide simul eorum ⁊ fortitudine conseruanda ⁊ in cyrine credens se tutis
sime regnaturum: ⁊ non in aliis lybie ciuitatibus ad ea loca partẽ iudeorũ habitan
di causa direxit. Post hunc aũt ptolomeus: qui philadelphus est appellatus non so
lum. si qui fuere captiui apud eos. nostrorũ omnes absoluit: sed ⁊ pecunias eius sepi
us condonauit: ⁊ quod maximũ est desiderauit agnoscere nostras leges: ⁊ sacrarum

Quanti fecerit iudeorum legem ptolomeus philadelphus.

scripturarũ volumina cõcupiuit: misitq; rogãs destinari viros: qui ei interpretauerũt
legem: ⁊ vt hec apprime conscriberentur diligentiam hanc cõmisit non quibuscunq;
viris: sed Demetrium phalerea ⁊ andream ⁊ aristeum ad hec implenda constituit:
quorum eruditionem propriarum litterarũ demetrius differebat. Alii vero habebãt
custodiam corporis eius iniunctam. His ergo hanc diligentiã imperauit. Non eni
leges ⁊ patrum nostrorum philosophiam discere concupiscet: si his vtentes despice-
ret ⁊ non potius valde miraretur. Que pene omnes in ordine progenitores eius ma
cedonium reges ignorauere: habentes erga nos precipuum familiaritatis affectum.

Ptolemeus tertius.

Tertius nanq; ptolomeus: qui vocatus est benefactor fortiter obtinens syriam vni-
uersam non diis egyptiacis pro victoria solennitates gratificãs immolauit. Sed veni
ens ad hierosolymã multas hostias sicut nr̃i moris est: deo gratificauit: dignissimaq;

Philometor ptolomeus.

dicauit ornamẽta victorie. philometor aũt ptolomeus: ⁊ eius vxor cleopatra oẽ regnũ
ɔmisere iudeis: ⁊ duces toti⁹ fuere militie onyas ⁊ dosythe⁹ iudei: quorũ noĩb⁹ dero-

gat Appion: cum debuisset opera eorum potius mirari ⁊ gratias agere: quoniam liberauere Alexandriam: quam veluti defendere se quis confingit. Nam dum rebellio surrexisset in Cleopatre regno: ⁊ periculum pessime perditionis insisteret: Istorum labore ciuitas intestinis prelijs est erepta. Sed postea inquit Onyas ad vrbem deduxit exercitum paruum cum esset illic Merinus preses romanorum legatus. Quod vt ita dicam, recte atque iuste factum est. Ptolomeus enim qui cognominatus est Physcon moriente suo patre Ptolomeo philometore: egressus est de cyrene volens reginam Cleopatram expellere: ⁊ filios regis: vt ipse regnum iniuste sibimet applicaret: propter hec ergo Onyas aduersus eum bellum pro Cleopatra suscepit. Et fidem quam habuit circa reges nequaquam in necessitate deseruit. Testis autem deus iusticie eius manifestus apparuit. Nam Physcon Ptolomeus cum aduersum exercitum quidem Onye pugnare presumeret: omnes vero iudeos in ciuitate positos cum filijs ⁊ vxoribus capiens: nudos atque vinctos elephantis subiecisset: vt ab eis conculcati deficerent. Et ad hoc etiam bestias ipsas debriasset: in contrarium que preparauerat euenere. Elephanti enim relinquentes sibi appositos iudeos impetu facto super amicos eius multos ex ipsis interemere. Et post hec Ptolomeus quidem aspectum terribilem contemplatus est: prohibentem se vt illis noceret hominibus. Concubina vero sua charissima quam alij quidem Hythacam. Alij vero Herenem denominant. supplicante ne tantam impietatem perageret: ⁊ concessit: ⁊ ex his que egerat: vel acturus erat penitentiam egit. Unde recte hanc diem iudei Alexandria constituti eo quod aperte a deo salutem promeruere celebrare noscuntur. Appion autem omnium calumniator etiam propter bellum aduersus Physconem gestum: iudeos accusare presumpsit: cum eos laudare debuerit. Is autem etiam vltime Cleopatre regine Alexandrinorum meminit. veluti nobis improperans: quoniam circa nos fuit ignorata: ⁊ non potius illam redarguere studuit: cui nihil omnino iniusticie ⁊ malorum operum defuit: vel circa generis necessarios vel circa maritos suos qui etiam dilexerint eam. Uel in communi contra romanos omnes ⁊ benefactores suos imperatores. Que etiam sororem Arsinoem occidit in templo nihil sibi nocentem. Peremit autem ⁊ fratrem insidijs: paternosque deos ⁊ sepulchra progenitorum depopulata est. Percipiensque regum a primo cesare: eius filio ⁊ successori rebellare presumpsit. Antoniumque corrumpens amatorijs rebus ⁊ patrie inimicum fecit: ⁊ infidelem circa suos amicos instituit. Alios quidem genere regali spolians: alios autem demens ⁊ ad mala gerenda compellens. Sed quid oportet amplius dici: cum illum ipsum in nauali certamine relinquens id est maritum. Et parentem communium filiorum tradere cum exercitu a principatu ⁊ esse qui coegit. Nouissime vero Alexandria a Cesare capta: ad hoc vsque perducta est: vt saltem hinc sperare se iudicare si posset ipse manu sua iudeos perimere: eo quod circa omnes crudelis ⁊ infidelis extaret. Putas ne gloriandum nobis non est: si quemadmodum dicit Appion: famis tempore iudeis triticum non est mensa. Sed illa quidem penam subijt competentem. Nos autem maximo cesare vtimur teste solatij atque fidei: quam circa eum contra Egyptios gessimus: necnon ⁊ senatu eiusque dogmatibus ⁊ epistolis Cesaris Augusti: quibus nostra merita comprobantur. Hos litteras Appionem oportebat inspicere: ⁊ secundum genera examinare testimonia sub alexandro facta. Et omnibus Ptolomeis ⁊ que a Senatu constituta sunt. Necnon ⁊ a maximis romanis imperatoribus. Si vero Germanicus frumenta cunctis in Alexandria commorantibus metiri non potuit: hoc iudicium est sterilitatis ac necessitatis frumentorum non accusatio iudeorum. Quid enim sapiant omnes imperatores de iudeis in alexandria commorantibus palam est.

Ptolemeus Physcon

Cleopatra M. Antonij ... fuit de cuius iniustitia ... vide vide et ... in vita cesaris augusti ... de bello actiaco et alex...

Arsinoe Cleopatre soror

Nam administratio tritici nihilominus ab eis quam ab aliis alexandrinis translata est. Maximam vero eis fidem olim a regibus datam conseruauere: id est fluminis custodiam: totiusque custodie nequaquam his rebus indignos esse iudicantes. Sed super hoc quomodo ergo inquit si sunt ciues: eosdem deos: quos alexandrini non colunt? cui respondeo. Quomodo etiam cum vos sitis egiptii inter alterutros prelio magno et sine federe de religione contenditis. An certe propterea non vos omnes dicimus egyptios? et neque communiter homines quoniam bestias aduersantes nature colitis multa diligentia nutrientes. Cum genus vtrique nostrorum vnum itaque idem esse videatur Si autem in nobis egyptiis tante differentie opinionum sunt: quid miraris super his qui aliunde in alexandriam aduenerunt? Sin legibus a principio constitutis circa talia permansere. Is autem seditionis causas nobis apponit: qui si cum veritate ob hoc accusat iudeos in alexandria constitutos. Cur omnes nos culparique positos eo quod noscamur habere concordiam. Porro etiam seditionis auctores quilibet inueniet appiones similes alexandrinorum fuisse ciues. Donec enim greci fuere et macedones hanc ciuilitatem habentes nullam seditionem aduersus nos gessere: sed antiquis cessere solennitatibus. Cum vero multitudo egyptiorum creuisset inter eos propter confusiones temporum etiam hoc opus semper est additum. Nostrum vero genus permansit purum. Ipsi igitur molestie huius fuere principium: nequaquam populo macedonicam habente constantiam: neque prudentiam grecam: sed cunctis scilicet vtentibus malis moribus egyptiorum et antiquas inimicitias aduersum nos exercentibus. E diuerso nanque factum est quod nobis improperare presumunt. Nam cum plurimi eorum non opportune ius eius ciuilitatis obtineant peregrinos vocantes eos qui hoc priuilegium ad omnes imperasse noscuntur. Nam egyptiis neque regum quisquam videtur ius ciuilitatis fuisse largitus: neque nunc quilibet imperatorum. Nos autem alexander quidem introduxit: reges autem auxere. Romani vero semper custodiri dignati sunt. Itaque derogare nobis appion dignatus est quia imperatorum non statuamus imagines tanquam illis hoc ignorantibus aut defensione appionis indigentibus: cum potius debuerit admirari magnanimitatem mediocritatemque romanorum Quoniam subiectos non cogit patria iura transcendere. Sed suscipiunt honores sicut dare offerentes pium atque legitimum est. Non enim honoris gratiam habent: qui ex necessitate et violentia conferuntur. Grecis itaque et aliis quibusdam bonum esse creditur imagines instituere. Denique et patrum et vxorum filiorumque figuras depingentes exultant. Quidam vero etiam nihil sibi competentium sumunt imagines. Aliis vero et seruos diligentes hoc faciunt. Quod ergo mirum est: si etiam principibus ac dominis hunc honorem prebere videantur? Porro autem legislator non quasi prophetans romanorum potentiam non honorandam: sed tanquam causam neque deo neque hominibus vtilem despiciens. Et quoniam totius animati multo magis del inanimati probatur inferius: interdixit imagines fabricari. Aliis autem honoribus post deum colendos non prohibuit viros bonos quibus nos et imperatores et populum ro. dignitatibus ampliamus. Facimus autem pro eis continua sacrificia: et non solum quotidianis diebus ex impensa communi omnium iudeorum talia celebramus. Verum cum nullas alias hostias ex communi neque pro filiis peragamus. Solis imperatoribus hunc honorem precipuum pariter exhibemus: quem hominum nulli persoluimus. Hec itaque communiter satisfactio posita sit aduersus appionem pro his que de alexandria dicta sunt. Admiror autem esse eos: qui ei huiusmodi fomitem prebuere: id est Possidonium et Apollonium molonis: quoniam accusant quidem nos quare nos eosdem deos cum aliis non colimus. Mentientes

autem pariter & de nostro templo blasphemias componentes incongruas: non se putant impie agere: dum sit valde turpissimum liberis qualibet ratione mentiri. Multo magis de templo apud cunctos homines nominato tanta sanctitate pollente. In hoc enim sacrario Appion presumpsit edicere. Asini caput collocasse iudeos: & eum colere: ac dignum facere tanta religiõe. & hoc affirmat fuisse depalatum dum Antiochus Epiphanes & expoliasset templum: & illud caput inuentum ex auro compositum multis pecunijs dignum. Ad hoc igitur prius quidem. Quoniam Egyptius vel si aliquid tale apud nos fuisset nequaquam debuerat increpare: cum non sit deterior asinus furonibus & hircis & alijs qui sunt apud eos dij. Deinde quomodo non intellexit operibus increpatus de incredibili suo mendacio. Legibus nanque semper vtimur hisdem: in quibus sine fine consistimus. Et cum varij casus nostram ciuitatem sicut etiam aliorum vexauerint. Et Diuus ac Pompeius magnus ac Licinius Crassus: & ad nouissimum Titus cesar: bello vincentes obtinuerunt templum. Nihil huiusmodi illic inuenere: sed purissimam pietatem de quã nihil nobis est apud alios effabile. Quia vero Antiochus neque iustam fecit templi depredationem: sed de egestate pecuniarum ad hoc accessit cum non esset hostis: & super nos auxiliatores suos et amicos aggressus est. Nec aliquid dignum derisione illic inuenit. Multi & digni cõscriptores super hoc quoque testantur Polybius megalopolita: Strabon capadox: Nicolaus damascenus: Tymagenes: & Castor temporum conscriptor: & Apollodorus. omnes dicunt pecunijs indigentem Antiochum transgressum federa iudeorum. & spoliasse templum auro argentoque plenum. Nec igitur Appion debuit respicere: nisi cor asini ipse potius habuisset: & impudentiam canis: qui apud ipsos assolet coli. neque enim extrinsecus alia rõcinatione mentitus est. Nos itaque asinis neque honorem neque potestatem aliquam damus: sicut Egyptij crocodillis & aspidibus: quando eos qui ab istis mordentur: & a crocodillis rapiuntur felices: & deo digni arbitrant. Sed sunt apud nos asini: quod apud alios sapiẽtes viros onera sibimet imposita sustinentes. Et licet ad arehas accedentes comedant aut proposita non adimpleant multas valde plagas accipiunt. quippe operibus & ad agriculturam rebus necessarijs ministrantes: sed aut omnium gurdissimus fuit appion ad componendum verba fallacia. aut certe ex rebus initia sumens hec implere non valuit quãdo nulla potest contra nos blasphemia prouenire. Alteram vero fabulam, derogatione nostra plenam de grecis apposuit: de quo hoc dicere sat erit. quoniam qui de pietate loqui presumunt: oportet eos non ignorare minus esse immundum per templa transire quam sacerdotibus scelesta verba confingere. Isti vero magis studuere defendere sacrilegum regem: quam iusta & veracia de nostris & de templo conscribere. Volentes enim Antiocho prestare: & infidelitatem ac sacrilegium eius tegere: quo circa gentem nostram est vsus propter egestatem pecuniarum. Detrahentes nobis etiam que in futuris essent mẽtiti sunt. Propheta vero aliorum factus est Appion: & dixit Antiochũ in templum inuenisse lectum & hominem in eo iacentem: & propositam ei mensam maritimis terrenisque volatilium dapibus plenam: & obstupuisset his homo. Illum vero mox adorasse regis ingressum tanquam maximum ei solatium prebiturum: ac procidentem ad eius genua extensa dextera poposcisse libertatem. & iubente rege vt cõsideret & diceret quis esset: vel cur ibidem habitaret: vel que esset causa ciborum eius Tunc hominem cum gemitu & lachrymis lamentabiliter suã narrasse, necessitatem ait. Inquit esse se grecum: & dum peragraret prouinciam propter vite causam dirreptum se subito ab alienigenis hominibus: atque deductum ad templum: et inclusum illic: & a nullo conspici: sed cuncta dapium preparatione saginari.

notate mendaces.

Polibius. Nicolaus damas. Strabo. Tymagenes. castor. Antiochus sacrilegus. Apolodorus.

Et primum quidem hec sibi inopinabilia beneficia prodidisse ⁊ detulisse letitiam:
Deinde suspitionem: postea stuporem: ac postremum consulentem a ministris ad
se accedentibus audisse legem ineffabilem iudeorum pro qua nutriebatur: ⁊ hoc il-
los facere singulis annis quodam tempore constituto. Et comprehendere quidem
grecum peregrinum: eumqꝫ annali tempore saginare: ⁊ deductum ad quandam sil-
uam occidere quidem eum hominem eius corpus sacrificare secundum suas solen-
nitates: ⁊ gustare ex eius visceribus ⁊ iusiurandum facere in immolatione greci: vt
inimicicias contra grecos haberent. Et tunc in quandam foueam reliqua hominis
pereuntis abijcere. deinde refert eum dixisse paucos iam dies debita sibimet super-
esse atqꝫ rogasse vt erubescentes grecorum deos ⁊ superantes in suo sanguine insidi
as iudeorum. De malis eum circumstantibus liberaret. Huiusmodi ergo fabula
non tantum omnis tragedia plenissima est: sed etiam crudeli impudentia redundat.
Non tamen a sacrilegio priuat antiochum sicut arbitrati sunt: qui hec ad illius gra-
tiam conscripsere. Non enim presumpsit aliquid tale vt ad templum accederet: sed
sic autem inuenit non sperans. Fuit ergo voluntatibus iniquis impius: ⁊ nihilomi-
nus sine deo q̄sta iussit mendacij superfluitas: quam ex ipsa re cognoscere valde facil
limum est. Non enim circa solos grecos discordia legum esse dignoscitur: sed maxi
me aduersus egyptios ⁊ plurimos alios. Quem enim horum non contingit aliquā
do circa nos peregrinari: vt aduersus solos renouata coniuratione per effusionē san
guinis egeremus: vel quomodo possibile est vt ad has hostias omnes iudei collige-
rentur: ⁊ tantis millibus ad gustanda viscera illa sufficerent: sicut ait appion: vel cur
inuentum hominem quicunqꝫ fuit: non enim suo nomine conscripsit: aut quomodo
eum in suam patriam rex non cum pompa deduxit dum posset. Hoc faciens ipse q̄-
dem putari pius ⁊ grecorum amator eximius: assumere vero contra iudeorum odiū
solatia magna cunctorū. Sed hec relinquo: insensatos enim non verbis sed operibꝰ
decet arguere. Sciunt igitur omnes: qui videre constructionem templi nostri: qualis
fuerit ⁊ intransgressibilem eius purificationis integritatem. Quatuor enim porticus
habuit in circuitu: ⁊ harum singule propriam ſm legem habuere custodiam. In ex-
teriorem itaqꝫ ingredi licentiam omnibus etiā alienigenis: mulieres tantummodo
menstruate transire prohibebantur. In secunda vero porticu cuncti iudei ingrediebā
tur: eorumqꝫ coniuges cum essent ab omni pollutione munde. In tertia masculi iu-
deorum mundi existentes atqꝫ purificati. In quarta autem sacerdotes stolis induti
sacerdotalibus. In adytum vero soli principes sacerdotum propria stola circumami
cti. Tanta vero est circa omnia prouidentia pietatis: vt secundum quasdam horas sa
cerdotes ingredi constitutum sit. Mane etenim aperto templo oportebat facientes
traditas hostias introire. Et meridie rursus dum clauderet templum. Deniqꝫ ne
vas aliquod portari licet in templum: sed erant in eo solummodo posita altera men-
sa turibulum: candelabrum que omnia ⁊ in lege conscripta sunt. Etenim nihil ampli
us neqꝫ ministeriorum aliquorum ineffabilium agitur: neqꝫ intus illa epitulatio mi-
nistratur. Hec enim que predicta sunt habent totius populi testimonium manifestū
rationemqꝫ gestorum. Licet enim sint tribus quatuor sacerdotum ⁊ harum tribuum
singule habeant hominum plusq̄ quinqꝫ milia: fit tamen obseruatio particulariter ꝑ
dies certos: ⁊ his transactis alij succedentes ad sacrificia veniunt: ⁊ congregati in tē-
plum mediante die precedentibus claues templi ⁊ ad numerum omnia vasa perci-
piunt nulla que ad cibū aut potū attineat in templo delata. Talia nanqꝫ etiam ad al-
taria offerre ꝓhibitū est: preter illa que ad sacrificia ꝑparant̄. Nō ergo appionē esse
dicimꝰ nisi nihil horꝫ examinantē verba incredula ꝓtulisse. Sed turpe ē: historie eni
verū notitiā se ꝓferre grāmaticus nō ꝓsit. Et sciens templi nostri pietatē hāc q̄dem

Sacrificiū humanū iudeis.
fabulosa historia.
Eximia templi et venerentia et pietas.

pretermisit. Homines autem greci comprehensione finxit: & pabulum ineffabile & ciborum opulentissimam claritatem. Et peruios ingredientes vbi nec nobilissimos iudeorum licet intrare nisi fuerint sacerdotes. Hec ergo pessima est impietas atque mendacium spontaneum ad eorum seductionem: qui noluerunt discutere veritatem. Per ea siquidē mala & ieffabilia que predicta sunt nobis detrahere tentauere. Rursumque tanquam pyssimus deridet adyciens fabule inna facta. Ait eni illum rettulisse dū bellum iudei ɔtra iudeos haberent. Longo quodā tēpore in aliqua ciuitate iudeorum qui in ea Apollinē colebat venisset ad iudeos: cuius hominis nomē dicit Zabidon Deinde qui eis ꝓmisisset traditurum se eis Apollinē deū doriensium venturumque illum ad nostrum tēplum. Si omnes ascenderent & credidissent omnē multitudinē iudeorum Zabidon vero fuisse quoddā machinamentum ligneum. Et circūposuisse sibi: & in eo tres ordines infixisse lucernarum: & ita ambulasse vt ꝓcul stantib⁹ appareret quasi stella p terram iter agentes. Porro iudeos inopinabili visione obstupuisse: & longe constitutos tenuisse silentium. Zabidon vero multa quiete ad tēplum venisse & aureum detraxisse asini caput. Sic eni vrbane ɔscribit: & rursus Doram velociter aduenisse. Igitur & nos dicere possumus: quia asinum hoc est] semetipsum Appion grauat & facit stultitia simul & mēdacijs oneratum. Loca nanque que non sunt ɔscribit: & ciuitates nesciens transfert. Idumea enim ꝓuincie nostre confinis est posita iuxta Gazam & nulla ciuitas huius Dora nuncupatur. In Phenice vero iuxta montē Carmelū Dora ciuitas appellatur in nullo cōcordans Appionis oblocutionibus. Quattuor enim dierum itinere ꝓcul est ab iudea. Cur itaque nos rursus accusat eo quod nō habeam⁹ cōmunes cum alijs deos: si sic facile credidere patres nostri ad se venturum Apollinē & cū stellis eū ambulare super terram putauere? Lucernam enim primo nunquam videre. Qui licet & tāta & talia cōcelebrant candelabra. Sed nec aliquis ei ambulanti p ꝓuinciam ex tantis millibus obuiauit. Desolatos etiā viros custodib⁹ cōperit: & hoc tēpore prelij. Cetera iam relinquo. Ianue vero tēpli altitudine quidem erant cubitorum sexaginta: latitudine vero viginti. omnes deaurate & pene auro puro confecte. has claudebāt non minus quam viri ducenti diebus singulis: & relinquere eas apertas nefā dissimū nimis erat. Facile eas lucernifer ille apperuisse creditur: q sol⁹ etiā habuisse asini caput estimabatur: quapropter dubium est vtrum hoc caput Zabidon denuo reuocaui. An certe sumens Appion introduxit in tēplum vt Antiochus inueniret. Unde in secūdo Appioni aliquā mentiendi daret occasionē & ɔscribendū haurantium per deū factorem celi & terre & maris nulli iudeos facturos alienigene & maxie grecis. Oportebat aūt mentientem absolute dicere nulli facturos alienigene & magis egyptijs. Sic etenim ab initio poterant eius figmēta de iureiurando congruere ab egyptijs vtique non ꝓpter malignitatem suam: sed propter calamitates expulsi sunt. A grecis autem plus locis quam studijs sumus adiuncti: ita vt nulle inter nos & illos inimicitie & zelotypie esse noscuntur. E diuerso nanque multos eorum ad nostras leges contigit accessisse: quorum quidam permansere: quidam vero perdurare non ferētes denuo recessere. Hoc tamen iusiurandū nunquam se quisque audisse meminit apud nos habitum: sed solus Appion vt videtur audiuit. Ipse vtique composuit nimis. igitur hec maxima compositio etiam in futuro dicenda Appionis admiratione dignissima est. Quarum rerum hoc affirmat indicium: quia neque legibus iustis vtamur: nec deū colamus vt conuenit: & diuersis gentibus seruiamus: & calamitates quasdam circa ciuitatem sustineamus cum vtique principalis ciuitas romanorum sit. cui⁹ ciues soli ab initio regnare atque nos seruire consueuerunt. Quis etenim ab horum magnanimitate se valeat abstinere? Nullus etenim aliorum potest dicere sermonē quem Appion locutus est: quando paucis contigit in principatū cōtinue p̄sidere: & nō rursus alijs

Quis sit Zabidon.

Idumea.

Dora.

Apollo.

facta mutatione seruire. Plurime naq3 gentes alijs obedire coacte sunt. Soli autē egyptij eo q refugiant sicut aiunt in eoꝝ prouincia dij atq3 saluentur migrantes in effigies bestiaꝝ. Honorē precipuū inuenerūt vt nulli famularent horu3 qui asiam europamq3 tenuere. Qui scilicet vnā diem ex euo toti9 seculi non habuere libertatē: neq3 apud indigenas dominos neq3 apud externos. Nam quemadmodū eis vsi sint ꝑ se: non semel solūmodo sed frequēter vastantes vrbes: templa vertentes amputatos apud eos interficientes deos improperare non studeo. Non enim cōuenit stultitia3 nos indocti appionis imitari: qui neq3 casus athenienſium neq3 lacedemonioꝝ animo suo concepit. Quoꝝ alios quidem fortissimos: quoꝝ summi diuersis vite sunt calamitatibus sauciati. Dimitto dirruta3 athenienſium arcem: templū ephesenū ꝛ delphos: aliaq3 multa pro quibus intulit: sed potius inferentibus improperia. Nouus autem accusator nostroꝝ appion inuentus est: maloꝝ suorum apud egyptū gestorum prorsus oblitus. Sed sesostris eum quem refert fabula regem fuisse egypti. vt credit excecauit. Uerūtamen possumus ꝛ nos dicere nostros reges dauid ꝛ salomonem: qui multas subdidere gentes. Sed de his modos supsedendū est: que vero cunctis nota sunt: appion modis omnibus ignorauit: qm persis ꝛ post illos principibus asie macedonibus: egyptij quidem seruiere nihil differentes a famulis. Nos aūt liberi consistentes etiam ciuitatum in circuitu positarum tenuimus principatū annis viginti ꝛ centum vsq3 ad pompeium magnū: ꝛ du3 vniuersi sunt expugnati a romanis principibus omnium soli propter fidem suam maiores nostri auxiliatores ꝛ amici fuere. Sed queritur quia viros mirabiles non prebuimus vel vt quorundā artium inuentores: ꝛ inter hos enumerat socratem ꝛ zenonem ꝛ chleantem ꝛ aliquos huiusmodi Deinde qd potius est mirandum semetipsum is adiecit ꝛ beatificat alexandriam: quia ciuem talem habere meruit: quod rite facit. Oportebat enim vt ipse sui testis existeret: qui alijs omnibus sic importunus ꝛ callid9 esse videbatur: ꝛ vita verboq3 corruptus. Quapropter recte quilibet alexandrie condolebit: si super isto aliquid magni sapuerit. De viris autem qui fuere apud nos titulo nullo laudis inferiores sciunt qui voluerint nostre antiquitatis libris incumbere. Reliqua vero que in accusatione conscripra sunt dignum erat forte sine satisfactione relinquere: vt ipse sui potius ꝛ aliorum egyptioru3 accusator extaret. Queritur enim eo q animalia consueta sacrificemus: ꝛ non vescamur carnibus suillis: sed ꝛ circumcisionem genitalium vehemēter irridet. De nostrorum quidem animalium peremptione cōmunio nobis est cu3 alijs hominibus vniuersis. Appion autem sacrificantes nos redarguens increpat semet ipsum: cum genere sit egyptius. Non enim grecis aut macedonibus aduersatur. Isti enim optant sacrificare. echatumben id est centum boum suis dijs ꝛ sacerdotibus vtuntur ad epulas. Que cum ita sint non propterea contigit mundu3 animalibus desolari: quod appion expauit. Qui tamen si solennitates egyptioru3 sequerentur quidem mundus hominibus ferocissimis aut bestijs impleretur: quas isti iudicantes deos diligenter enutriunt. Etenim si quis eum consuleret: quos putaret omniū egyptioru3 esse sapientes atq3 deicolas sacerdotes sine dubio fateretur. Hec enim duo dicuntur sibimet ab initio a regibus esse precepta: vt deos colant ꝛ sapientiam diligant: quod illi facere precipue iudicantur: qui tamen ꝛ circumciduntur oēs: ꝛ a porcinis abstinent cibis. Sed neq3 vllus alter egyptiorum cum eis dijs sacrificare dignoscitur. Cecus igitur fuit appion: quando pro egyptijs nostras detractiones componens illos videtur potius accusare: qui non solum vtuntur solennitatibus: qs in nobis culpat iste: sed etiam alios circumcidi docent: sicuti dixit herodotus. Unde recte mihi videtur appion propter patrie sue leges mulctam soluisse blasphemie. Et enim necessario circumcisus circa genitalia vulnera ei facta nihil ei circumprofuerūt

Apion genere egiptius.
quid sit echatumbe.

Herodotus. li° 2 i folio 21
et eadē li° i folio 27
Apionis mors.
vbi multa dicit de circū
cisione.

⁊ putrefactus magnis doloribus expirauit. Oportet enim bene sapientes in legibus proprijs circa pietatem integre permanere: ⁊ aliorum minime permanere. Iste vero suas quidem leges effugit. De nostris vero mentitus est. Hic itaqȝ terminus vite fuit Appionis. Sed ⁊ noster hic iam finem liber accipiet. Quoniam vero ⁊ Appollonius Molon ⁊ Lysimachus: ⁊ alij quidam tam per ignorantiam q̃ȝ per insaniam de legislatore nostro Moyse de legibus verba protulere: nec iusta nec vera. Dum illi quidem velut mago atque fallaci derogant. Leges autem malicie apud nos nulliusqȝ virtutis affirmant esse doctrices. Uolo breuiter ⁊ de omni conuersatione nostra ⁊ de particulari sicuti potero proferre sermonem. Reor enim fore manifestum: quia ⁊ ad pietatem alterutrum vniuersaleqȝ clementiam: insuper ad iustitiam laborumqȝ tolerantiam: ⁊ ad contemptum mortis optimas leges positas habeamus. Rogo tamen lecturos vt non cum inuidia exequantur huius operis lectionem. Non enim proposui laudes conscribere nostrorum: sed aduersus eos qui nos plurimum ⁊ fallaciter accusarunt: satisfactionem hanc puto esse iustissimam. Proinde accusationem Apollonius non continue sicut Appion instituit: sed dispersim. Quippe tum aliquando quidem nos sine deo ⁊ hominibus odiosos appellet. Aliquando vero formidinem nobis improperat. Et e diuerso rursus aliquando de presumptione fastum gentis nostre queritur. Dicit autem etiam stultiores barbaris: et propterea nullum inuentum nos solos vite vtile comperisse. Hec autem omnia manifeste redarguuntur: dum vniuersa contrario q̃ȝ ab eo sunt dicta monstrantur. Et legibus imperata: ⁊ a nobis cum omni integritate gesta. Si vero coactus fuero facere mentionem legum contrariarum apud alios constitutarum: cuius rei culpabiles illi sunt qui nostras solẽnitates tanq̃ȝ malas dicere voluere. Quibus neutrum puto remanere quod dicant: neqȝ quia eas habeamus leges: quarum ego capitales ⁊ summas ad increpandum positurus sum eque: quia precipue in legibus proprijs perduramus. Paulum ergo sumens onus volo prius edicere: quin eorum qui sine lege ⁊ ordine viuunt. Hi qui ordinis ⁊ cõmunium legum amatores extiterunt: ⁊ primi hoc incohoauerunt: recte mansuetudineȝ nostrãqȝ virtutem prestare dicendi sunt. Deniqȝ conantur singuli eorum gesta sua ad antiquitateȝ referre: vt imitatores aliorum videantur existere: ⁊ non ipsi potius alijs: vt legitime viuere debeant exponere. His igit̃ hunc in modum habentibus virtus legislatoris est meliora considerare: ⁊ his q̄ vsuri sunt legibus quas posuerit satisfacere: quia recte sunt. Populi vero est vt in omnibus que constituta sunt perduret: ⁊ neqȝ felicitate procedente: neqȝ calamitatibus aliquid horum immutet. Dico igitur nostrum legislatorem quorumlibet qui memorantur legislatorum antiquitate precedere. Lycurgus enim ⁊ Solon ⁊ Zaleucus Locrenus: ⁊ omnes qui apud grecos mirabiles sunt nouelli atqȝ recentes quantum ad illum comparati esse noscuntur. Quando nec ipsum nomen legis fuisse olim apud grecos agnoscitur. Testis Homerus est qui nusquam in opere suo hoc vsus est nomine. Non enim secundum legem: sed indiffinitis sententijs ⁊ regum preceptionibus populus regebatur. Unde etiam multo tempore permansere tantuȝ moribus vtentes: ⁊ non scripto. Et multa horum semper secundum euentum casuum permittentes. Noster vero legislator antiquus existens: hoc etenim vndiqȝ manifestum est: etiam apud eos clarum qui semper contra nos loquuntur: semetipsum prebuit optimum principem populorum: ⁊ consiliatorem magnum. Sed instructionem totius legis vite constringens eis suasis hanc libenter excipere: ⁊ firmissime inclyta scientia custodire. Primitus autem eius magnitudinis opera videamus. Ille nanqȝ progenitorum nostrorum relinquentium Egyptum ⁊ ad terram propriam remeantiũ: multa milia sumens ex plurimis ⁊ impossibilibus rebus cautissime

p

qua morte mortuus fuit Apion

Doctrices

sententia auctoris.

inuentum.

De inuentione legum.

liberauit: ꝛ inaquosam eos ꝛ multum arenosam opoꝛtebat transire viam: bellaque deuincere: ꝛ filios ac vxoꝛes predamqꝫ bella seruare: in quibus dux egregius ꝛ cōsiliarius sapientissimus: ꝛ tutoꝛ veracissimus fuit vniuersoꝛum. Omnem siquidem multitudinem in semetipsum pendere facit: ꝛ cum omnia que vellet persuadere posset: in nullo hoꝛum vindicauit sibimet potestatem: sed in quo maximo tempoꝛe potestatem sibimet arrogant ꝛ tyrannidem presules rerum: ꝛ populum frequenter plurima iniquitate viuere consuescunt. In hac ille potentia constitutus e diuerso: magis iudicauit agendum pie ꝛ plurimam exhibere alijs equitatem ipse virtutem precipuā se credens cunctos ostendere: ꝛ salutem firmissimam prebere sequacibus bona voluntate. Et maximis actibus in singulis casibus vsus est. Quapꝛopter recte iudicabat ducem atqꝫ consillatoꝛem se deum habere: ꝛ pꝛimitus sibimet satisfaciens: qa secundum illius voluntatem vniuersa gereret atqꝫ tractaret. Credidit modis omnibus opoꝛtere vt etiam apud plebem hec opinio permaneret. Nanqꝫ dum respicere suam vitam credunt: delinquere non pꝛesumunt. Huiusmodi quidem noster legislatoꝛ fuit: non magus: non fallax: sicut derogatoꝛes iniuste pꝛonunciant: sed quales apud grecos gloꝛiantur fuisse Eimnuꝫ: ꝛ post eum legislatoꝛes. Alij nāqꝫ quidam eoꝛum leges positas animo dicebant. Alij vero eas in Apollinem ꝛ vaticinium delphicam referebant: siue pꝛo veritate hoc credentes: seu facile suadendum iudicātes populo. Qui vero precipuas leges instituerint: vel qui iustissime de dei fide cognouerint: licet hoc ex ipsis legibus facta comparatione conspicere. Jam enim de ipsis tempus est disputandi. Igitur infinite quidem particulatim gentiū atqꝫ legum apḋ cunctos homines differentie sunt. Alij siquidem monarchis: alij vero populo potestatem reipub. commisere. Noster vero legislatoꝛ nihil hoꝛum intendens: veluti si quis hoc dicendo mensuram transcendat verbi diuinam rem publicam declarauit: deo pꝛincipaliter conuersationem nostram atqꝫ potestateꝫ excellēter assignans ꝛ satisfaciens eum cunctos inspicere tanqꝫ causam bonoꝛum omnium vniuersis hominibus existentem: ꝛ quecunqꝫ contingit eos in angustijs supplicasse illius non latuisse voluntatem. Neqꝫ quicqꝫ eoꝛū que gessere ul' si quid aliquis apud semetipsū potuit cogitare: vnum vero eum esse monstrauit: ꝛ ingenitum: immutabilem: per tempus eternum: ꝛ omni specie moꝛtali pulchꝛitudine differentem. Et pꝫ nobis notum qualis autem sit secundum substantiam pꝛoꝛsus ignotum. Hec itaqꝫ de deo saperent pꝛudentissimis grecoꝛūm: quia quideꝫ eruditi sunt: illo vtiqꝫ sciendi pꝛebente pꝛincipia nunc dicere pꝛetermitto: quia non optima ꝛ congrua dei nature atqꝫ magnificentie sunt valde testantur. Pythagoꝛas eniꝫ ꝛ Anaxagoꝛas ꝛ Plato ꝛ post illos philosophi stoici ꝛ pene cuncti videntur de diuina sapuisse natura. Sed hi quidem ad breue philosophantes populo superstitionum opinionibus iam conscriptaꝫ veritatem dogmatis pꝛoferre timuere. Noster vero legislator opera pꝛebens consonis verbis suis non solum his qui cum eo erant satisfecit: sed etiam qui ex illis semper erāt nasci turi: hoc immutabiliter insperauit: ꝛ causa in legislationis ad vtilitatis modum semper adduxit. Non enim partem virtutis dei culturam dixit: sed huius partes alias esse perspexit atqꝫ constituit. Idem foꝛtitudinem iusticiam ꝛ in omnibus ciuium concoꝛdiam ad alterutros. Cuncte nanqꝫ actiones ꝛ studia vniuersisqꝫ sermones ad diuinam referuntur per omnia pietatem. Non enim hoc inexaminatū aut indefinitum vlterius dereliquit. Duo siquidem sunt totius discipline ꝛ moꝛalis institutionis modi: quoꝛum vnus quidem sermone doctoꝛ est: alter vero excitatione moꝛum: que cum ita sint quidam legislatoꝛes sentiendi sunt discreti: ꝛ alterum hoꝛū modum sibi placitum assumentes alterum reliquerunt. Sicuti Lacedemonij quidē ꝛ Cretes moꝛibus erudiebantur: nō verbis. Athenienses vero ꝛ pene oēs alij greci

officium principis

Qualis sit natura dei

que quidem oportet agi percipiebant suis legibus. Assuescere vero ad hec operibus minime valuere. Noster autē legislator hec ambo multa diligentia cooptauit. Nam nec exercitatione morum dimisit non traditas: neqꝫ leges sermone reliquit incomptas. Sed mox a primo inchoans cibo ꝛ vnicuiqꝫ dicto conueniēte nihil neqꝫ minimarum escarum sub potestate voluntatis vtentium dereliquit. Sed ꝛ de cibis qbus conuenit abstineri: ꝛ qui sumendi sunt: vel que dicta cōmunis esse videantur. Nec non ꝛ de operibus labore simul ꝛ requie. Terminum atqꝫ regulam posuit legem: quatenus veluti sub patre atqꝫ domino viuentes: neqꝫ volentes quicqꝫ: neqꝫ per ignorantiam delinquamus. Non enim ignorantibus penam posuit: sed optimam ꝛ necessariam correptionem monstrauit legem. Quapropter non semel audire: nec secundo vel sepius. Sed in vnaquaqꝫ septimana alia opera relinquentes: ad legis auditionem congregari precepit vniuersos; eamqꝫ perfecte condiscere: quod scilicet omnes legislatores reliquisse noscuntur. Et intantum plurimi hominum porro sunt: vt secundum proprias viuant: quia pene eas ignorant. Et cum peccauerint tunc agnoscunt ab alijs quam legem probantur esse preuaricati. Sed etiam viri maxima cum gloria ꝛ principalia gubernantes profitentur ignorationem. Scitos nanqꝫ sibi faciūt assidere ad dispensationem rerum: ꝛ experimentum legis habentium. Nostrorum vero quemlibet cum leges interrogat: facilius qꝫ nomen suum recitat. Uniuersas quidem mox a primo sensu eas discentes in animo velut inscriptas: ꝛ rarius quidē quilibet transgreditur. Impossibile autem est supplcium deuitare peccantem. Hoc itaqꝫ primū omnium mirabilem consonantiam nobis instituit. Nam vnam quidem habere ꝛ eandem de deo sectam: vita vero ac moribus differre nihil ab inuicem optimam moribus hominum potest celebrare concordiam. Apud nos etenim solos neqꝫ de deo quilibet sermones audet alterutris aduersarios: sicut multa similia apud alios fieri comprobantur. Cum non solum a fortuitis quod visum fuerit vnicuiqꝫ pfertur: sed etiam apud quosdam philosophorū hoc crebro presumitur. Quādo alij quidem totam dei naturam sermonibus perimere tentauere. Alij vero eius prouidētiam ab hominibus abstulere. Neqꝫ in studijs vite a differentia vlla conspicitur: sed cōmunia quidem opera omnium apud nos existunt. Unus nō de deo sermo cōcors est asserens illum cuncta respicere: sed etiam de ipsius vite studijs. Et quoniā oportet omnia alia ad terminum diuine pietatis adduci: a mulieribus nostris ꝛ a seruis quilibet audit. Pro qua re illatas nobis calumnias a quibusdam: cur non exhibeamus viros inuentores nouorum operum seu verborū contigit oriri. Alij siquidē in nulla re paterna perdurare optimum esse putant: ꝛ precipue transgressoribus sapientie robur assignant. Nos autem e diuerso vnam esse prudentiam atqꝫ virtutes existimamus; nihil penitus vel facere vel cogitare contrarium his que antiquitus sancita noscuntur: quod scilicet inditiū legis est optimo federe constitute. Nam ea que nunc non habent modum: experimento sepe correpta redarguuntur. Apud nos autem qui credimus ab initio positam legem diuina voluntate: nihil aliud pium est qꝫ hanc sub integritate reseruare. Quis eteni eius quicqꝫ monere potest: aut quid melius adinuenit: vel qui ab alijs tanqꝫ precellentius ad statum reipublice nostre migrauit: aut que poterit esse melior atqꝫ iustior: qꝫ ea que deum quidem principē omnium esse confirmat. Sacerdotibus autem in cōmuni quidem res precipuas dispensare permittit. Summo vero pontifici aliorum sacerdotum principatum competenter iniungit. Quos vtiqꝫ non diuitijs neqꝫ alijs quibusdam spontaneis auiditatibus precellentes. Legislator ad culmen huius honoribus instituit. Sed quicunqꝫ sapientia vel temperantia alijs prestare noscuntur: eis precipue culturam diuine placationis coniunxit. Apud hos igitur ꝛ legis ꝛ aliorum studiorum integra diligentia

septimana

consiliarij
Iudei legum suarum periti

inuentorum

p ẋ

custoditur. Contemplatores etenim omniū atqꝫ iudices contemptionum ⁊ punito-
res culpabilium ſacerdotum eſſe decreti ſunt. Quis ergo principatus quod regnum
erit hoc ſanctius: uel qui honor deo potius coaptabitur cū omnis quidē populus ſit
preparatus ad pietatem? Sūma vero diligentia ſacerdotibus ſit indicta ⁊ velut que-
dam feſtiuitas guberneiur vniuerſa res pu. Cum enim miniſteria ſua numero pau-
corum dierum alienigene cuſtodire nequiuerunt ea videlicet ſacrificia nominantes:
nos cum multa delectatione ⁊ incommutabili voluntate ſolennitatis opus ꝑ omne
ſeruamus euum. Que igitur ſunt precepta uel interdicta ſimplicia ſiue nota dicamꝰ.
Primū quidem de deo eſt dicens. Deus habet omnia perfectus beatiſſimꝰ ipſe ſi-
bi cunctiſqꝫ ſufficiens principium ⁊ medium ⁊ terminus. Inter omnia operibꝰ qui-
dem ⁊ muneribus clarus ⁊ totiꝰ rei manifeſtꝰ. Forma vō ⁊ magnitudine nobis ienar-
rabilis. Omnis nāqꝫ materies comparata ad huius imaginē licet ſit precioſa tamen
promem cunctaqꝫ ars ad illius imitationis inuentum extra eſſe artem cognoſcitur
nihil ſimile neqꝫ videmꝰ neqꝫ poſſumꝰ ſuſpicari neqꝫ cōijcere. Sanctū eſt: videmꝰ eiꝰ
opa lumē: celū: terram: ſolē: lunam: flumina: mare: animalium nationes: redditio-
nes fructuū: hec deus fecit: nō manibus neqꝫ laboribus neqꝫ quibuſdā indiguit ſibi
cooperantibus: ſed ipſo vidente bona repente facta ſunt. Hona nunc homines cō-
uenit vniuerſos: ſi qui eum que placere exercitatione virtutis. Modus enim diuine
placationis iſte ſanctiſſimus eſt. Unum templū vnius dei commune omniū cōmu-
nis dei cunctorū. Gratum nanqꝫ ſemper eſt omne quod ſimile ē. Hunc placāt qui
dem ſacerdotes ſemper. Precedit vero iſtos primus ſecundū genus: qui ante alios
ſacerdotes ſacrificauit deo cuſtodiet leges de dubijs iudicabit: ⁊ punet lege ꝯuictos
Huic quiſquis nō obedit ſupplicio ſubiacebit tāq̄ qui in ipſo deo impie geſſerit.
Hoſtias immolauit: non ad crapulam noſtram uel ebrietatē attinentes. Hec enim
non placent deo: que res occaſio potius iniuriarū ſimul ⁊ expenſarū eſt. Deus enī
temperatos ordinatoſqꝫ ⁊ boni generis diligit: ⁊ ut precipue ſacrificantes caſte vi-
uamus. In ſacrificijs autem pro communi ſalute primū oportet orare. Deinde ſin-
guli pro ſemetipſis. Quomodo omnes ſocij ſumus: ⁊ qui hoc conſortiū ſue vite pre-
ponit maxime deo gratiſſimum eſt: ſupplicatio vero fit ad deum votis ac precibꝰ non
ut bona preſtet. Nec enim ipſe ſponte contulit vniuerſis ⁊ vno depoſuit. Sed ut hoc
ſuſcipere valeamus ſuſcipienteſqꝫ ſeruemus: purificationes in ſacrificijs lex decre-
uit. Ex omni excubij excommunicatione a muliere facta ⁊ alia multa conſcriberet
valde longiſſimum eſt. Huiuſmodi ergo de deo ⁊ eius placatione ſermonibus eſt.
Ipſe autem ſimul etiam lex eſt: quoſdam autem nouit lex permixtionem per natu-
ram ad coniugem ſi tamen pro filiorū cauſa procreādorū agatur. Maſculorū vero
in maſculos valde iudicauit inimicas: ⁊ tētātes horum morte decreuit dignos. Nu-
bere vero iubēt nō reſpicientes ad dotem: neqꝫ violenter arripere: ſed neqꝫ dolo uł
fallacia ſuadere. Diſpenſationem vero potius fieri per eum cuius eſſe noſcitur po-
teſtatis ⁊ per cogitationem opportunā. Mulier autē inferior īquit eſt viro ꝑ omnia
Obedit igiẗ non ad iniuriā: ſed ut ſit ſub regimine conſtituta. Deus enī viro pote-
ſtatē dedit. Cum hac ergo coire decet maritum ſolūmodo. Alterius vero expientiā
habere nequiſſimū. Si quis autē hoc egerit declinatio nulla mortis: neqꝫ vim fieri
virgini alteri deſponſate: neqꝫ ſi ſuaſerit nupte filios nutrire precepit. Uniuerſis aūt
mulieribꝰ interdixit: uel celare quod ſtatum eſt: uel aliam machinationem corrum-
pere filij. Nanqꝫ necatrix eſt anima demoliens ⁊ genus imminuens. Igitur ſi qs
ad concubitum corruptionemqꝫ tranſierit immundus: oportet autem etiam poſt le-
galem cōmixtionē viri mulieres lauari. Hoc enī ꝑtē aīe polluere iudicauit: inflata
nāqꝫ corporibꝰ vulneraẗ. Dū ob hoc fit aliquā ꝓpter purificatiōis cauſā talibꝰ ipauit

Quid ſit deus.
Dei nomina.

Qualis debeat eē oratio
et dei placatio.

notate maledicti cinedi.

Notate maledicti
adulteri

…tendite mariti.

Sed neqꝫ in filiorꝫ natiuitatibus cōcessit epulationes. Aggregari ⁊ fieri occasiōes ebrietatis: sed temperatū esse repente principium: iussitqꝫ litteris erudiri ꝓpter leges ⁊ nosse progenitorū actiones aut actus imitentur: ⁊ cuꝫ legibus educati neqꝫ trāsgrediantur: neqꝫ cogitationem ignorationis habere iudicentur. Prospexit autem etiam funeribus mortuorū: beneqꝫ pretiose ad sepeliendum celebrantur exequie. Neqꝫ insignum fabrice sepulchrorꝫ: sed necessaria quidem circa ꝓlationem funeris impauit domesticos adimplere. Omnibus autē viuentibus legitimū esse constituit: vt aliquo moriente ⁊ cōcurrant: ⁊ gemitus lamētationis effundant. Purificari auteꝫ iubet etiam domesticos fauere celebratos: vt longe procul sit q̄ꝫ sit videatur quis mūdus eē: cum fecerit homicidium: parentum honorem post deum esse cōstituit: ⁊ qui nō repensat eorū gratie: sed in qualibet parte cōtristat: precepit esse lapidādum. Jubet etiam omnibus senioribus honorem iuuenes exhibere: quoniā cunctorum senior deus est. Nihil ꝑmittit celebrādum apud amicos: nō enim amicicie sunt apud eum cui omia nō credūtur. Et licet alique inimicicie proueniant: ꝓdita mens a rara prohibuit. Si quis arbiter munus acceperit: morte mulctat̄. Despiciens quod iustuꝫ est: ⁊ auxiliū reis offerens. Quod quisqꝫ nō potuit nō auferat: ⁊ aliena non tangat: mutuans non accipiat vsuras. Hec ⁊ his multa similia cōmunionē continent nostrorū inter alterutros. Quomodo auteꝫ etiā de domestica cura circa alienigenas habēda habuerit legislator: referri dignum est. Uidebit̄ enim omnibus optime ꝓspexisse: deum eo ita sentiente: neqꝫ propria corrumpimus: neqꝫ participari rebus nostris volētibus inuidemus. Quicūqꝫ enim volunt sub nostras cōuersari leges accedentes ad ea cum munificētia suscipit: non genere solūmodo: sed etiam volūtate vite putans esse cōsortiuꝫ. Eos autem qui trāsitorie misceri solēnitatibus: non alia tamē exhibenda constituit. Idem omnibus prebēdum: ignem: aquam: cibum: iter ostendere: nō sperner̄ aliquē insepultū: mitissime etiā circa hostes que sunt agenda sanciuit: vt neqꝫ terra eorū exuratur: neqꝫ arbores fertiles incidātur: sed etiam spoliari eos qui in bello cecidere interdixit: ⁊ captiuos ꝓspexit q̄tenus eorum āmoueat̄ iniuria: ⁊ maxime feminarum: Sic autem alūnos māsuetudinem atqꝫ clementiam studuit edocere: vt etiam de animalibus irrationabilibus nō taceret: sed horum tantūmodo vtilitatem legitimam cōcedens: ab omni nos alia causa ꝓhibuit. Quecūqꝫ enim veluti supplicantia oriuntur in domibus hoc iterdixit occidi. Sed neqꝫ parētes deniqꝫ precepit auferri. Et licet inimica sint aialia eis tamen parcendum esse sanciuit. Sic vndiqꝫ ea que ad mansuetudinem pertinēt obseruauit. Doctrinalibus quidem sicuti predictum est legis vtens ⁊ alia rursus cōtra transgressores causa punitionis sine excusatiōe defigens. Dānuꝫ nāqꝫ in plurimis causis transgrediendū mors est. Si adulterium cōmiserit aliquis: suum puelle fecerit. Si masculo turpe tentamētum ꝑsumpserit. I. c. aut patiatur sustinere tentatus. Similiter autē est lex ineuitabilis ⁊ in seruis: sed etiā de mensuris: vel si quis de pōderibus dolum fuerit operatus ⁊ de iniusta venditiōe ac fraude vel fide traxerit alienā rem: aut quod nō potuit abstulerit oimodi sunt vindicta nō qualia apō alios: sed ne valde maiora. De iniuria vero parentū vel impietate que sit in deo: licet tentet hoc aliquis mox peribit. His itaqꝫ ſm legem vniuersam honor tribuitur: non argenti: non auri: neqꝫ corone capitis: aut cuiusdam predicāde festiuitatis: sed vnusquisqꝫ testem habens cōscientiam suam valde ꝑficit legislatore ꝓphetante: ⁊ deo fidem cōdonante firmissimā his qui seruauerūt leges: licet ꝓ eis mori cōtingat aliquibus cōcurrunt alacri ad occasum. Dedit enim deus rursus fieri vt vita melior possit ex mutatione conferri. Piget itaqꝫ nunc hoc me conscribere: nisi opera essent omnibus manifesta. Quoniam multi ⁊ plerūqꝫ olim nostrorum progenitorum: ne vel sermonem solūmodo extra legem proferrent: omnia passi sunt sustinere viriliter: vel

Erudire patres filios debent litteris

Iuuenes senioribus honorem exhibere debent

Legis precepta iudeorum

si honorari contigit apud omnes homines nostrã legem ⁊ voluntariam legis con-
sequentiam esse manifestam imbuebant. Grecos maiores nostri etiã extra regionẽ
propriam constitutũ huiusmodi si quidem rectã habent ⁊ tam gloriosã de deo: talesq̃
leges multo seculo sic firmissime custodire omnes arbitror admirari propter frequẽ-
tes apud nos factas mutationes. Deniq̃ eos qui conscribere proxime de re. pu. et
legibus tentauere tanq̃ de incredibilibus cõpositionibus quidã frequenter accusãt
dicentes: quoniam impossibilia súpserint argumenta. Et alios quidẽ relinquo phi-
losophos: quicunq̃ huiusmodi negotiũ in suis conscriptionibꝰ habuere. Plato mi-
rabilis apud grecos tanq̃ de honestate vite precedens ⁊ virtute sermonũ ⁊ psuasio-
ne philosophie cunctos excellens ab his qui dicebant pessimũ esse de re. pu. cõscri-
bere illusus ⁊ diuulgatꝰ pene pemptus est. Cum vtiq̃ qui illius verba considera-
uerint frequenter ⁊ facile repiet: que etiam consuetudini plurimoꝝ proxima esse no-
scuntur. Ipse siquidem Plato confessus est: quia veram de deo opinionẽ propter
ignorantiam plebis ꝓferre securũ non est. Sed Platonis quidem verba vana esse
putant ⁊ multa potestate composita atq̃ conscripta ⁊ maxime de legislatione prola-
ta. Lycurgi vero mirant̃ ⁊ Spartani cuncti cõcelebrant: quoniam illorũ legibus plu
rimo tẽpore ꝑdurarũt. Ergo hoc manifestum virtutis inditiũ est in legibus permane
re. Si vero Lacedemoniorum admirant̃ illorũ tempus assumant: scientes amplius
duobus milibus annis nostram constitisse rem publicã. ⁊ suꝑ hec sciant quoniã La-
cedemonij quidẽ omni tempore quo apud se habuere libertatẽ perfecte vsi sunt custo
disse leges. Cum vero circa eos facte sunt fortune mutationes: pene cunctarũ legũ
obliti sunt. Nos autẽ multis casibus euolutis ꝓpter regum Asie mutationes neq̃
in nouissimis malis venientes a legibus sumus alienati: nõ vocationis nec epulatio
nis causa seruantes eas quando si quis considerare voluerit: multitudo ampliori te-
stimonio maiores excubias ⁊ labores nobis q̃ Lacedemonijs videbit impositos.
Illi siquidẽ operantes terram: ⁊ neq̃ circa artes exercitiũ habentes: sed ab omni
operatione remissiores pingues ⁊ corpore pulchri in ciuitate degebant. Alijs mini-
stris in omnibus vite necessarijs rebus vtentes: ⁊ cibum paratum ab illis accipien-
tes: solum opus bonum atq̃ clemens iudicantes ad faciendũ ⁊ patiendũ: quatenus
preualerent aduersus omnes cõtra quos bella susciperent: quia non neq̃ neq̃ hoc
adipisci potuerunt dicere superpono. Non enim singulis solũmodo: sed multis fre-
quenter eorum subito legis precepta negligentes semetipsos cum armis hostibus
tradere. Putas ne? ⁊ apud nos non dico tantis sed duo uel tres agniti sunt prodi-
tores effecti legum uel mortẽ. Non dico illam facile que solet preliantibus euenire
sed eam que cum multa corporum afflictione ⁊ multa crudelitate videtur accedere.
Quam ut ego puto quidam preualentes nobis non per odium subiectis imposuere
si qui sunt homines: qui non tantũmodo esse credant pessimũ si agere quicq̃ extra
leges suas uel sermonem apud eos dicere compellantur. Non tamen mirari decet
si mortẽ fortissime toleramus pro legibus ⁊ vltra alios vniuersos. Non enim que le
uia videntur nostris studijs alij facile patimur: hoc est operationem cibisq̃ simplici-
tatem: ⁊ ut nihil frustra neq̃ fortuito: quod quisq̃ desiderat vescatur: aut bibat: aut
ad concubitum quemlibet accedat: aut splendide vestiatur: aut sine nobilitate va-
cet. Sed illud attendendum est: si gladijs vtentes et hostes ab inuasione fugan-
tes precepta legis circa cibos nequaquam infringimus. Nobis itaq̃ gratum est
propter hec legibus obedire: et illis fortitudinis causas ostendere. Proinde Ly-
simachi ⁊ Molones ⁊ quidem huiusmodi alij conscriptores improbi sophiste ado
lescentium deceptores quasi vehementer nobis prauissimis existentibus derogare
contendũt. Ego nollem de legibus alienis examinationẽ efficere. Noster eni mos

Plato.
Plato dei cognitione
Lycurgus.
Lysimachus
Molon.

est ꝑpria custodire: nō aliena potius accusare. Et vt neqꝫ irridere neqꝫ blasphemare debeamus eis qui apud alios putantur dij: aperte nobis legislator interdixit: propter ipsam appellationem. De accusatoribus autem proiectiones suas non increpare volentibus tacendum non est. Cum vtiqꝫ non a nobis nunc sermo compositus eos arguere videatur: sed a multis probabiliter iam premissus. Quis igitur eorum qui apud grecos sapientia sunt mirabiles non redarguit nobilissimos poetas ⁊ precipue legislatores? quoniam huiusmodi sectas de deis ab initio populis inseruere? Dicentes eos autem e numero quidem quantos ipsi voluere: ex alterutris vero ⁊ diuersis natiuitatibus procreatos. Hos autem diuidentes locis habitaculis tanqꝫ generationes animalium: alios quidem sub terra: alios i mari: seniores autem eorum in tartaris vinctos esse dixere quibuscunqꝫ distribuere: celum his sermone quidem patrem: operibus autem tyrānum atqꝫ dominum superposuere. Propterea aduersus eum constituere insidias per vxorem ⁊ fratrem ⁊ filiam: quam ex eius capite fingunt generatā: vt alligatenses eum appendere: sicut ipse ille suum dicitur patrem. Hec iuste accusatione digna cōqueruntur: qui sapientie virtute precellunt. Hic super hec deridentes adijciunt. Si deorum alios quidem ephebos ⁊ adolescentes: alios autem seniores ⁊ barbatos esse credēdum est: alios cōstitutos superantes: ⁊ quēdam fabrum: aliaꝫ vo textricem: alium vero peregrināteni ⁊ cum hominibus contēdentem. Alios autem cytharizātes aut arcu gaudentes. Deinde inter alterutros seditiones effectas: ⁊ propter homines cōtentiones constitutas: vt non solum alterutris manus mitterent: sed etiam ab omnibus vulnerari lugerent malaqꝫ perferrent: ⁊ super omnia est luxuriosius si intemperantia permixtionis vterētur. Quomodo non erit incōgruum amores ⁊ cōcupiscentias ad vniuersos attingere simul masculos ⁊ ad feminas. Deinde fortissimus ⁊ primus eorum pater seductas a semetipso impregnatasqꝫ mulieres diruptas submersasqꝫ sperneret: ⁊ eos qui ex eo sunt nati neqꝫ liberare potest. Factos cōscriptos neqꝫ sine lachrymis eorum perferre mortes. Bona sunt hec ⁊ his alia cōsequentia: id est adulterio in celo viso: ⁊ sic impudenter a dijs celebrato: vt iam alij zelare se protererentur tali passione conscripti. Quid enim alij facturi non essent: dum neqꝫ senior atqꝫ rex valuisset impetum suum a mulieris permixtione retinere. Alij vero dum seruientes hominibus ⁊ nunc quidem edificantes causa mercedis: nunc vero pascentes. Alij autem malignorum modo in ferro carcere colligati. Quem igitur sapientium talia non accedant: vt hoc componentes redarguant: ⁊ multam stultitiam his credentium reprehendant. Alij vero ad terrorem quendam vel metum: necnon ⁊ rabiem atqꝫ seductionem omnesqꝫ pessimas passiones: ⁊ formam in dei naturam fingere presumpsere. Et horum quidem nobilioribus etiaꝫ ciuitate sacrificare suaser. Si quidem simulata necessitate consistunt: vt quosdam deorum putent honorum esse largitores. Alios autem vocent aduersarios: quando eos veluti malignissimos homines muneribus atqꝫ donis placere contendunt: magnum quoddam malum se suscepturos ab eis existimantes: nisi mercedeꝫ eis studiose prebuerint. Que igitur causa sit tante huius iniquitatis atqꝫ delicti circa deum. Ego quidem arbitror eo ꝙ neqꝫ veram dei naturam ab initio eorum legislatores agnouerint: neqꝫ quantum precipere potuere: perfectam sententiam diffinientes reipub. tradidere. Sed velut aliud quidam prauissimum reliquerunt: dantes potestatem poetis si quidem vt quos vellent deos introducerent. Hec omnia patientes rhetoribus: aut vt de re publica scriberent: ⁊ de pegrinis dijs decreta proferrent: sed etiā pictores ⁊ gypsoplaste in hoc apud grecos multā hūere ptātem: vt vnusqsqꝫ formā quā vellꝫ sm modū sue opiniōis exponeret. Alter qdē ex luto qd vellet fingēs. Alius vo pingēs opificis itaqꝫ q maxime putant esse pcipui ebur ⁊ auruꝫ hēnt ad hoc sue semp nouitatis argumentum.

nota cōtra deos gētiliū

Gipsoplaste

Proinde apud eos priore quidē dij florentes honorib⁹ senuerūt. Sic enī ꝓferendū est. Alij vero noui clam introducti religione potiunt̄ ⁊ templorū alia quidē desolata: alia vero nuper secundū eoꝝ volūtatē edificant̄: quapropter ut arbitror e diuerso nosse magis indigent: qualis facta sit circa deū ⁊ quomodo ei honor imobili religiōe seruet̄. Apollonius si quidē Molō vnus fuit stultoꝝ atq3 tumētiū. Eos aūt qui vere in greco philosophati sunt: neq3 predictoꝝ aliquid latuit: neq3 frigide allegorie causas ignorauere. Quapropter illos qdē iuste spreuere: ⁊ circa verā decentēq3 circa deū opinionē nobis fore concordes. Quod Plato respiciens neq3 illū queq3 poetarum dicit in re. pu. esse suscipiendū: ⁊ Homerū honorabiliter admonet fanū ei constituēs ⁊ vnguenta supfundens: ne rectā opinionē de deo fabulis forte destrueret. Precipue nāq3 Plato nostrū legislatorē imitatus: licet nullam eruditionē huiusmodi suis ciuibus imperasset: idest ut oēs perfecte discerent leges: ut ne fortuite aliquid extraneorū ciuibus miscerent̄: sed esset pura res pu. ⁊ in legum custodia pduraret. Hoꝝ nihil cogitans Apollonius Molomnos voluit accusare quoniā nō recepimus eos qui alijs sunt opinionib⁹ preoccupati: neq3 de deo cōmunicari patimur eis: quia alia vite cōsuetudine degere: cum neq3 hoc ꝓpriū nostrū sit sed cōmune cunctorū: nō morum: sed etiam qui inter grecos cautissimi fuisse noscunt̄. Lacedemonij nanq3 peregrinos etiam expellebant corruptionē extra leges ex vtroq3 metuentes. Illoꝝ igit̄ citius seuitiā poterit quilibet arguere qui nulli neq3 cōuersationis neq3 cohabitationis sue participiū exhibebant. Nos autē aliorū quidē res zelare nō sinit: participari vero cupientes que sūt nostra libēter suscipimus: quod vtiq3 reor inditium magnanimitatis atq3 clementie. Sed desino iam de Lacedemonijs ampli⁹ disputare. Athenienses vero qui cōmunē esse suam gloriātur omnibus ciuitatē quomodo de his rebus habuerint Apollonius ignorari. Hi nāq3 uel verbo solummodo preter illorū legem de dijs loquentes ineuitabiliter punierūt. Cuius etenim rei gratia Socrates est mortuus: nō enim hostibus tradidit ciuitatē neq3 templa vastauit: sed quia noua iumenta iurauit ⁊ quoddam demoniū significans se referebat: seorsum ludēs sicuti quidam dicunt. Propter hoc veneni poculo morte mulctatus est. Insup etiā corrumpere iuuenes eum accusator aiebat: ⁊ conuersionem patrie legesq3 contemnere. Et Socrates quidem ciuis Atheniensis huiusmodi tormenta sustinuit. Anaxagoras autem Clazomeneius fuit. Et quia existimantibus Atheniensibus solem esse deum: ille eum insensatum ⁊ ignotum asseruit: paucorum sentētia morte damnatus ē ⁊ aduersus Diagoramelium talentū decreuerunt. Si quis occiderit eum: quoniam eorum mysteria deridere ferebatur. Pythagoras autē nisi cito fugisset cōprehēsus occideret̄: eo ꝙ dubiū de dijs Atheniensiū cōscripsisse putabatur. Quid oportet mirari: si circa viros fidedignos talia gessisse noscantur: qui neq3 mulieribus pepercere? Nunc enim sacerdotē quendam: quoniā eum quidā accusauit peregrinos colere deos decretū aduersus eos qui peregrinū introducerent deum suppliciū mortis inferebat̄. Igit̄ qui tali lege vtebantur palam est: eo ꝙ aliorū nō crederent esse deos. Non enim si crederent aliquibus inuiderent: quasi quiddam maius habētib⁹. Sic his vero cedibus congaudentes humanis ⁊ paululum differentes a bestijs: arbitrātur tamen sua mysteria oportere esse custodienda: ⁊ Anacharsim sapientia mirabilē apud grecos aduenientem interemerunt: quoniam videbat̄ grecorū deorum ad eos venisse plenissimus. Multos autē apud Persus quilibet inueniet etiā pro eadem causa tormentis affectos. Sed palam est: quoniam Apollonius Persarum legibus congaudebat. illosq3 mirabatur. Quippe cum greci eorum fortitudinem atq3 concordiam vnanimitat̄ quam habuere de dijs: hanc scilicet fortitudinem quam in templis eorum concrematis habuerunt. Is etiam studiorū omniū imitator extitit.

Persicorum vxoribus alienis cōtumelias faciens: filiosqȝ cōcidens. Apud nos au
tem mors decreta ē: si quis vel irrationabilia mala hoc modo noceat: ⁊ ab his legib⁹
nō abducere: neqȝ timor potuit prepotētiū prīatum: neqȝ zelus eorū qui apd̄ alios ho
norant: sed neqȝ fortitudinē ideo exercemus vt bella auaritie causa suscipiamus: sed
vt legū iura huemus: ⁊ dū alia detrimēta litis sustineamus. Si quos de legibus mo-
uere tētauerint: tunc etiā vltra virtutē rebellare cōtendimus: ⁊ vsqȝ ad calamitates no
uissimas pduramus. Cur itaqȝ nos zelemus leges: cū eas neqȝ a legislatoribus suis
seruatas esse videamus. Uel quō Lacedemonij nō erant de impmixta sui cōuersati
one reprehendēdi: ⁊ de defectu pariter nuptiarū. Elliaci vero ⁊ Thybei coitum ipu-
dentē ⁊ extra naturā olim in masculos agebant: ⁊ optime atqȝ vtiliter facere se puta-
bant. Ergo cū ipsi oīo rebus afficerēt etiam suis legibus miscuere: quod tantū aliqñ
valuit apud grecos: vt etiā dijs suis masculoꝝ cōcubitum applicarēt. Itaqȝ deniqȝ
germanorū nuptias rettulere. Huiusmodi satisfactionē rerum incōgruarū ⁊ extra na
turam ꝓ libidine componētes. Desino nūc de supplitijs dicere: ⁊ quātas ab initio ꝓ
buerint plurimi legislatores absolutiones malignis hominibus: in adulterio quidē pe
cuniarū: in corruptione autem etiā nuptias sanciētes. Quantas aūt occasiones conti
neant de abnegatione pietatis examinare longissimū est. Jam eniȝ apud plurimos
olim meditatio facta est trāsgrediendi leges: quod nō agit apud nos quādo propter
eas ⁊ diuitijs ⁊ ciuitatibus ⁊ bonis alijs priuati sumus. Lex autē apud nos seruatur
vsqȝ ad mortem. Nullius vero iudeorū neqȝ si procul abeat ⁊ ꝓuintiam ob regeȝ q̄ȝ
acerbum sic metuit: vltra illum legis videat timere preceptū. Igitur si ꝓpter virtutē
legum taliter apud eos sumus: cōcedant quoniā potētissimas leges hēmus. Si vero
circa prauas nos leges iudicant pdurare: quid ipsius iustis me nō patiant meliores
non custodiētes opere sancionis? Quia igitur lōginquitas tēporis verissima creditur
omniū esse ꝓbatio. Hanc ego testē faciā virtutē legislatoris nostri: ⁊ opinionis quaȝ
ille de deo cōtradidit. Nam cū sit infinitū tēpus si quis eū cōparet aliorū legislatorū
etatibus: hunc vltra oēs ineniet. A nobis itaqȝ declarate sunt leges: ⁊ cūctis alijs sp
hominibus zelum sui potius ꝓbuerūt. Primi quippe grecoꝝ ad faciem: qui deiura
patri cōseruabāt. Ipsis aūt rebus philosophie: que tractatu illa secuti sunt. De deo
similia sapiētes: humilitateqȝ vite cōmunionē inter alterutros edocētes. Sed etiā po
pulis olim mult⁹ fuit zelus nostre maxia pietate culture nomē est. Itaqȝ pietas gre
coꝝ nec vllus quisqȝ barbarus: nec vna gēs vbi septimāe in q̄ vacam⁹ cōsuetudo mi
nime discurrit: atqȝ ieiunia ⁊ cādelabroꝝ incēdia: sed etiā ciboꝝ apd̄ nos solēnia plu
rima apd̄ multos iugiter obhuare conāt. Insup imitari etiā ꝯcordiā: quaȝ nos inter
alterutros obtinem⁹: ⁊ reꝝ pticipari suaꝝ: ⁊ operū dilectionē in artibus: ⁊ pduratōeȝ
necessitatū hēre ꝓ legibus. Illud eni mirabilius ē: q꞉ pter ipulsorē hui⁹ obseruatōis
ipsa p se lex homies ita valuit obligare: ⁊ queādmodū deus in vniuerso mūdo ꝯsistit:
ita lex p cūctos ambulauit. Unusqsqȝ eni si suam regionē domūqȝ cōspicit: his que
discunt Homerus recessauit. Oportet igit cunctoꝝ hominū maliciā reprehendere:
aut enim volūt nos isti aliena ⁊ praua iura ante ꝓpria ⁊ meliora zelari: aut certe si hoc
volūt quiescāt nobis p inuidiā accusatiōes ingerere. Nō eni ꝓ cuiuslibet malivolētia
defendimus hanc cām: sed nostrū honoramus legislatorē: atqȝ credimus que ab illo
ꝓphetata d̄ deo sūt. Deniqȝ nisi itelligerem⁹ ipsi virtutē legū: nūq̄ȝ magna sape sup
his tantus populus zelatur. Sed de legibus qdē ⁊ de repub. nostra certissimaȝ feci
rationem: in his que de antiquitate conscripsi. Nunc autem eorum nemini quantuȝ
necessariū fuit: neqȝ aliorū vitupare iura: neqȝ nostra laudarē ꝓponēs: sȝ hoc agēs vt
de nobis iniuste cōscribētes: ⁊ ꝯtra ipam ṽitatē impudētissime ꝯtēdentes arguerem.
Arbitror itaqȝ p hāc ꝯscriptionē abūdanter me que ꝓmisi cōplesse. Deniqȝ in prin-

longīqtas tpris verissima creditur omniū esse pbatio.

cipio demonstraui genus accusatoꝝ esse certissimū atq₃ nouū ꝛ multos veterū i cō-scriptiōibus suis memoriā habētiū nostri ex illis testes exhibui. Dixere itaq₃ Egy-ptios fuisse ꝓgenitores nostros ꝛ ostensū est: qa in egyptū venerint aliunde. Deinde sunt mentiti: quoniā exinde propter cladem corporeis sint expulsi: ꝛ apparuit q̄m vo-lūtate ꝛ magnitudine fortitudinis ad ꝓpria sint reuersi. Alij vero tanq̄ nequissimo viro legislatori nostro derogare cōtendunt. Cuius virtuti dudū quid ipse post illum tempus vero longissimū ꝓhibet testimoniū. De legibus autē loqui ampliori sermōe nō fuit opus. Ipse nanq₃ p semetipsas apparuere pie ꝛ verissimā habentes inten-tionē: ꝛ nō ad humanū odium: sed ad rerū cōmunionē potius inuitantes iniquitatum inimice cultricesq₃ iusticie segnitia est. Et multas expēsas ꝓcul abijcientes sufficiē-tiā ꝛ amorē laboris erudientes bellū causa auaricie nesciētes. Fortes aūt ꝑ se eē po-pulo preparantes ad supplicia retribuēda semp ineuitabiles verbis nequaq̄ circū-ueniri possibiles preparationes semp opibus exequentes. Hec eni nos semp opa manifestiora litteris exhibemus. Quapropter ego confidēs dico: qa multaꝝ atq₃ me-liorū rerū nos potius q̄ alij preceptores sum⁹. Quid eni intranscensibili pietate me-lius est? quid iustius q̄ legibus obedire? quid vtilius q̄ in alterutros vnanimes eē? Et neq₃ i calamitatib⁹ ab inuicē recedere: neq₃ tēpore felicitatū p iniurias discrepare sed i bello quidē mortē cōtēnere: in pace vero artib⁹ aut agriculture vacare: ꝛ semp ꝛ vbiq₃ credere deū respicere ꝛ solū oia gubernare. Hec igit̄ si qdē apud alios aut scri-pta sūt primitus aut seruata firmiorē debem⁹ nos gratiā illis tanq̄ eoꝝ facti discipu-li vero nequaq̄ primitus extitere. His ꝑcipue nos vtentes cognoscimur: ꝛ primam eoꝝ inuētionē nostrā fuisse declaramus. Appiones igit̄ ꝛ Molones ꝛ qcūq₃ men-dacij derogatiōe cōgaudēt cōiuncti ꝓcul abscedāt. Tibi aūt Epaphrodite veritatem maxie diligēti ꝛ p te similia nosse de nr̄o genere cogitantib⁹: hic libellus conscriptus esse dignoscitur.

Josephus antiqtatē approbās iudaici populi duos libros scripsit cōtra Appio-nē alexādrinū grāmaticū: ꝛ tanta seculariū ꝓfert testimonia: ut mihi miraculū subeat quō vir hebre⁹ ab infantia sacris litteris erudit⁹ cunctā grecoꝝ bibliothecā euoluerit.

Impressum in inclyta ciuitate Venetiarum per magistrum Raynaldum de Nouimagio almanū. Anno salutis. M.cccc.lxxxi. Ultima die Martij.

a Primū vacat
Josephi Ma
siue mensurā ꝛ
mitatus alio la
ab hinc stadio
b Brazaphanes
ne quicq̄ frēm
repperit: qngē
mōtis accolas
c Nos aūt o bo
clam parare:
ꝛ regine cōiugis
sum etiam regē
d Turbarū aūt no
esse visum: nisi

cohortibus ꝛ
q alexandrum
e eū p cōpationē
angor inuaserat
Aduocata igit̄
incolētes spūs
f sine mora iacu
quest⁹ magnos
armatos ꝛ qua
Deniq₃ oi quā
g tumultus extri
pasianū petit: vt
somnijs idone⁹
hic filius tuus
h etiā sine vllo

existimantib⁹
romanoꝝ mē
Erat aūt Elea
i ab Heliseo
mōtanos vicos
vtriusq₃ seniores
Alexandriā de
k eque lata fuerat
draginta cubi
aūt: vt dixim⁹:
luctū ꝛ seditiosis
l mortuoꝝ: ꝛ qd
Joannes aūt
erit infructuosū
iudei po multis

m volūtarijs interire
saluti foret suade
penetrassent
declaratos ac
n infectū: ne quis
eū tribunal cō
hominibus emu
ignemq₃ intus
o Phenice rebel
ꝛ Astygitones a
Interrogauit cur
ꝛ nouē.
p ꝛ putrefactus
que quidem
Sed neq₃ in

Josephi iudei historiographi viri clarissimi prologus in libros antiquitatum vigiti icipit feliciter: ⁊ de greco in latinum traductos per venerabilem presbyterum Ruffinū Aquiliensem virum doctissimum.

Istoriā conscribere disponētibus nō vnam nec eādem video eiusdē studij causā sed multas existere: ⁊ ab alterutro plurimū differentes. Nā quidā eorū sui sermonis pandere volentes ornatū: ⁊ ex hoc gloriā aucupantes: ad partē huius discipline accedūt. Alij vero illis gratiā referentes: de quibus ipsā descriptionē esse cōtigerit in opere eodē vltra virtutē coacti sunt laborare. Quidam aūt ipsa rerū necessitate vi passi sunt: vt ea quibus interfuerunt cū agerentur: scripture declaratione colligerēt. Multos autē magnitudo rerū vtiliū in occulto iacentiū inuitauit: vt historiā ex his ad vtilitatem deberēt proferre cōem. Harū itaq̄ quas predixi causarū: due nouissime mihi etiā ꝓuenerunt. Bellū nanq̄ quod inter Romanos ⁊ nos iudeos fuit: ⁊ qui actus ei quiq̄ finis accesserit: experimento ipse cognoscens narrare coactus sū: ꝓpter eos qui veritatē in ipsa cōscriptione corrūpunt. Presens autē opus assumpsi: credens etiā dignū studium Grecis oibus apparere alias apperiri. Cōtinebit itaq̄ omnē antiquitatē nostram ⁊ cōuersationis ordinē ex hebraicis litteris interpretatū. Dudū siquidē cū bella cōscriberē ꝓposuerā declarare qui fuerint i inicio iudei: ⁊ quibus sint vsi fortunis: ⁊ ꝑ quē legislatorē sint eruditi hoc quod ad pietatē aliāq̄ virtutis continentiā noscitur attingere: ⁊ q̄ꝫ longis pugnantes temporibus: inuiti nouissime venerint ad certamina Romanorū. Sed quōm igens erat operis eius ordo: ⁊ valde perplexus in ipso libro diuidēs disponēsq̄ principia: atq̄ finē cōscriptionē ipsam abbreuiare tētaui. Tēpore nanq̄ ꝓcedente hꝫ illud qđ solet accidere grādia cogitantibus: mihi quoq̄ segnicies tarditasq̄ successit tantam arripiendi materiā in vsum extranee quippe lingue: ⁊ a nostra cōsuetudine ꝑegrine. Erāt autē qui me historie desiderio ꝓ rebus talibus inuitarēt: ⁊ precipue bonꝫ oium epafroditus vir qui vniuersas quidē diligere disciplinas: maxīe autē reꝝ gestarū cognitōe gauderet vtiq̄: cū ⁊ ipse magnis rebus ⁊ multimodis causis interfuisset: ⁊ in omnibus mirabilē nature fortitudinē: ⁊ imutabilē volūtatē sue virtutis ostēderet. Huic eni viro semꝑ obediens qui vtiliter ⁊ bene agētiū cooperator existeret: ne videret desidia potius q̄ optimo labore gaudere: ad hoc me ꝓtinus armaui: illud quoq̄ super ea que iā dicta sunt nō trāsitorie cogitans. quia ꝑ hec ⁊ de nostra ꝓsapia aliqđ tradere nostris volui: ⁊ de Grecis si quis eoꝝ scire que nostra sunt voluerit. Cōperi siquidē quomodo Ptolomeoꝝ secundus rex maxīe circa disciplinā ⁊ libroꝝ collectionē studiū habēs: in nostra precipue lege opus sue largitatis ostendit: ⁊ constituta eius festinauit greca voce transferri. Pontifex vero noster Eleazarus: nulli virtute secūdus nō inuidit: vt predictū regē hac vtilitate priuaret: cui oio forsitan restitisset: nisi patrie nostre cōgrueret: vt nihil bonoꝝ eius remaneret occultum. Ideoq̄ mihi scꝫ ipse cōuenire putaui. vt magnanimitatē quidē pontificis imitarer: ⁊ vt regie largitati similiter responderetur ab eis qui doctrine amatores esse noscuntur. Neq̄ enīꝫ ille omnē descriptionē a translatoribus accepit: quando ea tm̄modo que legis sunt: hi q ad explanationē missi fuerant Alexandriā tradiderūt: cū sint alia innumera que per sacras litteras indicantur: vtpote quiq̄ miliū historia in istis exposita: ⁊ diuerse quidem in his continentie sunt. multe vero ciuitatū fortune: ⁊ fortia facta ducum: ⁊ mutabilitates cōuersationū: qđ totū ex ipsa historia precipue poterit quilibet agnoscere.

si eam voluerit lectitare: In qua etiam reperitur: quod eis qui voluntatem propriam non sequuntur: et ea que bene sancita sunt transcendere non presumunt omnia ad terminum fidi tendentia prospere peraguntur: et honoris felicitas prebetur a deo: quando vero recesserint aliqui ab huius diligentie veritate: fiunt eis omnia sub inopia: que videbantur in abundantia constituta: et in calamitatem importabilem eis vertitur: quicquid quasi bonum agere festinabant. Iam itaque eos qui lecturi sunt hos libros exoro: ut voluntatem suam deo submittant: et legislatorem nostrum probent si naturam eius digne consideravit: et semper decentes actus virtutis eius exposuit: puram rationem de illo custodiens ab omni que refertur ab aliis turpitudine fabularum licet ex longitudine temporis: et etate vetustiore potuisset multam figmentorum fallaciam habere licentiam. Fuit enim ante annos duo milia. In qua longitudine seculi: neque ipsorum deorum generationes poete: nisi forte hominum actus aut leges dicere presumpserunt: integritatem videlicet eorum que a me conscripta sunt: procedens sermo ordine proprio declaravit. Hoc facturum me in negotio sisto proposui: ut nihil adiiciam: nec iterum pretermittam. Quia vero pene omnia ex moyseos legislatoris sapientia apud nos pendere noscuntur: necesse mihi est pauca de illo predicere. ne qui legentium querant: cur nostri sermo studium descriptionis habens de dictis et factis in tantam nature rationem processerit. Sciendum itaque quod legislator ille omnium rerum necessarium indicavit ut quisquis suam vitam bene gubernaturus et legem esset aliis positurus: dei primitus deberet considerare naturam: operamque eius mente contemplaretur. et eius exemplum imitaretur: et quantum esset virtus hunc sequi tentaret. Neque enim vel ipsi legislatori fuit sufficiens mens: dum in ipsius utique contemplatione deficeret: nec eis qui conscripturi sunt pro causa virtutis aliquis prosper eventus erit: nisi pre omnibus doceantur quia pater omnium et dominus deus existens: et universa respiciens: sequentibus se vitam felicissimam prebet: a virtute vero digredientes: maximis calamitatibus subdit. Hoc ergo docere desiderans Moyses suos cives ac populos legis constitutionem non ab ore communi: nec a propriis placitis inchoavit: sed ad deum et mundi fabricam eorum mentes erigens et persuadens: quoniam creaturarum terrenarum opus dei precipuum homines sumus: dum habuisset eos iam ad pietatem obedientes: de rebus reliquis eis facillime persuasit. Alii nanque legislatores/fabulas sequentes/humanorum delictorum confusionem/potius in deos suos sacrilego sermone verterunt: et multam malignis peccandi licentiam prebuerunt/noster vero legislator/summam virtutem deum habere pronuntians. infudit hominibus ea participari: et eos qui taliter non saperent nec crederent: iussit inevitabiliter castigari. Secundum hoc ergo argumentum facere examinationem lecturos exoro. sic enim considerantibus nihil irrationabile dictum nihil ad maiestatem dei atque clementiam videtur incongruum. Cuncta nanque circa naturam rerum affectionem consonam haberet noscuntur. alia quidem aperto vel simplici modo legislatore tangente. alia vero cum sua honestate allegorice proferente. quia qui clare dici poterat: hec manifeste declaravit. Volentibus autem etiam causas rerum singulas considerare: contemplatio multa nimis: et valde philosophica reperitur. Quod ego nunc quidem dicere suppono: sed deo tempus prebente nobis post hoc opus tentabo conscribere. Convertar autem ad rerum narrationem: reminiscens primitus eorum: que de mundi fabrica Moyses dixit. Hec autem in sacris libris comperi ita conscripta.

Capitula in librum primum incipiunt.

Moyses

Qui se et alios regere uult: deum pre oculis habeat: et ab ipso sapientiam pos[cere] [illegible]

Josephi antiquitatis iudaice liber primus incipit feliciter.

IN principio creauit deus celum ⁊ terram: sed dum terra ad aspectum non veniret: ⁊ profunditate tenebris celaretur: ⁊ spiritus dei desuper portaretur deus fieri iussit lumen: quo facto considerans omnem materiam: separauit lumen ⁊ tenebras: ⁊ alie quidem rei nomen imposuit noctem: aliud vero vocauit diem: vespere ⁊ mane appellans initium lucis ⁊ requiē. Et hic quidem est primus dies: moyses autem eum vnum esse dixit. Et licet sufficiat causam hui⁹ rei etiā nunc dicere: tamē quia pollicitus sum rationem causarum singularum seorsum tradere: illud ad huius rei interpretationem me necessarium est differre. Post hec secunda die celum super omnia collocauit: ipsumq; ab alijs distinguens: in semetipso constitutum esse precepit: ⁊ ei cristallum circumfigens: humidum eum ⁊ pluuialem ad vtilitatem que fit ex terre imbribus: congrue fabricatus est. Tertia die statuit terram: circa eam mare diffundens. Ipsa vero die repente virens herba ⁊ semen de terra sunt orta. Quarta autem die ornauit celum sole ⁊ luna: alijsq; sideribus: motus eis tribuens atq; cursus: quibus horarum distinctiones manifeste designarentur. Quinta die animalia natatilia ⁊ volatilia: alia quidem in profundo alia vero in aere esse constituit: copulans ea ad cōmunionem atq; permixtionem causa prolis profuture: ⁊ vt eorum natura multiplicari potuisset ⁊ crescere. Sexto vero die creauit quadrupedum genus: masculinum faciens atq; femininum: in quo etiam hominem finxit. Ita ergo mundum cunctum sex diebus ⁊ omnia que in eo sunt facta Moyses ait. Septimo die deum ab operibus manuū suarum requieuisse dicens. Unde etiam nos eo die laboribus proprijs vacare dignoscimur: eum sabbatum appellantes: quod nomen requiem hebraica lingua significat. Ca. II.

POst septimam vero diem cepit de hominis natura moyses reddere rationem: ita dicens. Finxit deus hominem: puluerem de terra sumens: ⁊ in eum spiritum inspirauit ⁊ animam. Hic autem homo Adam vocatus est: quod nomen hebraica lingua significat rubeus: quoniam cōspersa rubea terra factus est. Talis ē enim virgo tellus ⁊ vera. Presentauit quoq; deus ade animalia ꝫm genus femininū masculinumq; demonstrans: ⁊ his nomina imposuit: quibus etiam nunc vocantur. Uidens ergo deus adam non habentē societatem ad feminā neq; cohabitatōm cum vtiq; non esset: delectatus aūt in alijs aialibus que copulata videbantur: vna dierū eo dormiente: auferens costam eius: finxit ei mulierem: ⁊ adam sibi iunctam: cognouit de se fuisse plasmatam. Issa hebraica lingua mulier appellatur. Nomen vero mulieris illius erat eua: quod significat omniū viuentiū matrem. Dicit autem deus etiam ad orientem plantasse padisum omni germinatione florentem: in hoc enim esse ⁊ vite plātationem: ⁊ aliā prudentie: qua cognosceretur quid esset bonū: quidue malū: ⁊ in hūc ortum introduxisse adam ⁊ eius vxorem: precipientē plantationū eos habere sollicitudinem. Rigatur vero ortus hic ab vno flumine: circa omnem terrā vndiq; pfluēte. Hic in quattuor diuiditur partes: ⁊ phison quidem nomē est vni: quod inundatiōm significat: eductus in indiam: in pelago late diffunditur: quod geta nuncupatur a grecis: euphrates aūt ⁊ tigris in mare rubrum feruntur. Uocatur euphrates quidem foras: quod significat dispersiones seu flos: tigris aūt diglat. quod indicat acutū aliqd ⁊ angustum. Geon quoq; ꝑ egyptum fluens: ostendit eū qui nobis ab oriente reddit quem greci appellant nilum. Ca. III.

Et pincerne quidem vt assolet audiente huiusmodi expositionem somnij gaudium erat:expectabatqꝫ interpretationis finem. Seruus autem quidam supra pistores constitutus:cum pincerna vinctus in carcere:cum talem ioseph protulisset de illius vi sione sententiam:in spe bona constitutus:cum ⁊ ipse somniū vidisset:petit ioseph: vt ⁊ illi que preterita nocte viderat:quid vellent significare depromeret. Erat enim inqt huiusmodi. Canistra tria super caput meum ferre me vidi: duo quidem panibus ple na:tercium obsonio:varijsqꝫ cibis:⁊ qualia solent regibus ministrari: superuolantes autem alites:omnia consumpsisse. Et ille quidem credebat sibi similem expositionē futuram:quam pincerne dixerat. Joseph autem concipiens animo somnium: di xit ad eum:velle quidem se interpretem ei fore bonorum:⁊ non talium:qualium visio demonstraret. duas inquit ei vite superesse dies:hoc dicens canistra significare:tertia vero eum crucifigendum:cibumqꝫ volatilium esse futurum:nihilqꝫ fore:quod ei auxi lium posset ferre. Hec ergo similem terminum in ambobus vt ioseph dixerat su sceperunt. Predicto nanqꝫ die cum natalis esset regis:non sicut rex agens:pisto rem quidem crucifixit:pincernam vero vinculis absoluens:in proprium ministerium reuocauit. Joseph vero cum duobus annis vinculorum mala sustineret:nihilqꝫ a princerna predictorum memoraretur:deus eripere eum volens e carcere: huiusmodi ei machinatus est libertatem. Rex pharao vna nocte visiones somniorum duas vi dens:⁊ cum his vtriusqꝫ expositionem:interpretationē quidem oblitus visiones re coluit:afflictusqꝫ in his que viderat:nempe cum ei tristia viderentur:die facto conuo cauit sapientes egyptiorum:volens agnoscere somniorum discretionem. Hesitantib⁹ autem illis rex potius turbabatur. Pincerna vero regis vidente confusionem:me moria reddita est ioseph:eiusqꝫ circa somnia sapientie:⁊ accedens ad regem: indica uit ei de ioseph:⁊ visionem quam ipse vidisset in carcere:pariter ⁊ euentum: ⁊ quia ip se dixerit crucifigendum ea die pistorem:⁊ sibi omnia secundum interpretationē som nij euenisse predicente ioseph:vinctumqꝫ eum asserens a putiphare principe cocorum vt seruum:cum diceret semetipsum nō humilis hēbreorum esse generis:nec glorie pa tris. Hunc inquit euocans:nec propter modernam culpam eum calumnians: que tuis somnijs indicantur agnosces. Jubente rege ioseph ad suū vultū adduci:obedi unt famuli diligentia ei precepto regis adhibita. Rex vero eius dextram apprehen dens: o iuuenis inquit:tu mihi nunc optimus:⁊ prudentia dignissimus testimonio mei famuli nunciatus es. His ergo bonis quibus iste participatus est:etiam fac me esse consortē:pandens q̄cunqꝫ mihi somniorū prenunciant visiones. Nolo āt te vllo terrore ꝯstrictū:blandiri sermōe fallaci:⁊ delectatiōez facere:si reuera sit triste qđ vidi

Aliud somniu

Interpretatio

Joseph: duobus in uinclis stetit.

Putabam circa fluuium ambulans videre me boues pinguissimas: simul & magnitudine precipuas numero septem gradientes de pascuis ad paludem: alias vero tantas numero perspexi maximas de palude concurrere valde tenuissimas & ad videndum deformes. Que dum deuorassent pingues & magnas: nihil adiute sunt: crudeli fame detente. Et post hanc visionem de somnis surgens: & turbatus quid esset hec visio apud me considerans: rursus in soporem solutus sum: & vidi secundum somnium multo mirabilius priori: que etiam me terrent potius atque conturbant. Spicas vij. vidi ex vna radice natas capite grauatas & reclinatas a fructu: & aptas ad messem & ad hec alias septem spicas inanes: & infirmas nimia siccitate. Que conuerse: vt consumerent & comederent spicas speciosas: stuporem mihi fecerunt. Joseph autem respondens ait. Uisio quidem ista rex licet duabus formis apparuit vnum terminum tamen eundemque significat futurorum. Quod enim boues vidisti animal in aratri labore fortissimum a peioribus deuoratas: & spicas a minoribus fuisse consumptas: famem & sterilitatem egypto totidem annis prenunciat: e quibus scilicet primo temporibus felicitatem ferentibus quorum vbertas totidem posteriorum annorum sterilitate consumitur. Erit ergo rerum difficultas necessariorum: que inemendabilis vehementer existat Signum autem hoc est: quomodo exhauste boues meliores consumpserunt: saciari que minime valuerunt. Deus tamen non vt tristificet: futura predicit hominibus: sed vt prescientibus leuiora faciat experimenta prenunciatarum rerum. Tu siquidem congregans bona tempore primo futura facias: vt calamitatem venturam: egyptiorum terra non sentiat. Mirante itaque rege prudentiam sapientiamque ioseph: & consulente quemadmodum vbertatis tempora dispensarentur: vt posterior sterilitas leuior esse videretur huiusmodi consilium dedit: vt frugum parcitas haberetur: & non affluenter egyptios his vti permitteret: sed quantum sufficeret ad pabulum erogaret: que vero superessent sterilitatis in tempore seruari: recondique monebat triticum ab agricolis perceptum: vt ad sata tantummodo ministrarentur expensa alimentorum. Pharao vtrunque in ioseph miratur: & discretionem somnij pariter & consilium dispensationemque eius rei ipsi commisit: quatenus ageret ea: que populo egyptiorum & regi sciret vtilia: inuentorem scilicet huiusmodi: vite etiam dispensatorem optimum esse confidens. Ille vero potestate sibi a rege collata: ita vt eius frueretur signaculo: & purpura vestiretur: per vniuersam terram ductus: in curru vehebatur: frumentumque agricolis sufficiens ad semen: & pabulum singulis metiens: nulli significabat causam: pro qua talia peragebat

Triginta siquidem etatis iam annos transierat: & omni honore fruebatur sibimet a rege collato: quem appellauit psonpthom panicos: videns eius intellectum inopinabilem. Significat autem hoc nomen inuentorem absconditorum. Duxit autem vxorem valde dignissimam: filiam petefres: qui vnus fuit heliopolitanorum sacerdos: adhuc virginem: nomine aseneth: cooperante sibimet rege. Ex hac fuerunt ei filij duo: ante sterilitatis tempus: manasses quidem senior: quod nomen significat obliuionem eo quod per felicitatem obliuio ei infelicitatis accesserit: iunior vero effraim: quod restitutionem significat: eo quod esset redditus libertati maiori. In egypto siquidem secundum somniorum expositionem ioseph septem annis beatissime transeunte: fames annum iam tangebat octauum: & ex eo quod non presensissent casurum super se malum laborantes in eo crudeliter omnes ad regis ianuas confluebant. Ille vero ioseph vocabat: qui eis frumentum vendidit: factus multitudinis sine dubitatione saluator: & mercedem omnium non comprouincialibus tantummodo faciens: sed etiam paratus vendere peregrinis: omnesque homines secundum cognationes suas: solatium merebantur Josep felicitate eius vtentes. His ita gestis dum chananea fame crudeliter vexaretur omnem denique terram hec pestis inuaserat: misit etiam Jacob filios vniuersos

Somnium Pharaonis.

Aliud somnium.

Interpretatio somniorum.

Joseph dispensator factus pharaonis et populi egyptiorum [illegible]

psonphton panicos.

Aseneth. Joseph vxor.
Manasses, Effraim — Joseph filij.

in egyptum comparaturos frumentum:confidens licere tritici commertium fieri pe-
regrinis:beniamin tm̄modo retinens qui ei ex rachel fuerat generatus:⁊ erat ioseph
consanguineus. Illi in egyptum venientes adierunt ioseph:frumentum emere sup-
plicantes. Nihil enim erat:quod non illius consilio gereretur:nam ministratio regia
tunc vtilis erat hominibus:quando ioseph exhiberetur honor. Qui dum cognouisset
fratres nihil de se cogitantes:eo ꝙ adolescens quidem ab eis abscesserit: ad hanc ve
ro etatem ita peruenerat:vt figura etiam eis ignotus esse videretur:cum magnitudine
quoqꝫ dignitatis eis neqꝫ suspectio proueniret:temptabat eos vt dicerent:quam ha-
berent de rebus omnibus voluntatem. Quibus frumenta quidem non venundabat
exploratores vero rerum principis esse dicebat:⁊ ex multis quidē locis eos esse con
gregatos:excusationis vero causa se cognatos asserere:impossibile dicēs esse viro idio
te tales filios:⁊ forma ita clarissimos enutrire:cuꝫ regibus tot filiorum copia essꝫ val
de difficilis:vt per hec etiam de patre que prouenissent latenter agnosceret:similiter ⁊
vt de fratre suo beniamin audiret. Metuebat enim ne forsitan ⁊ in illum vt in se pec
cauerūt:aliquid deliquissent Illi nanqꝫ erant in tumultu pariter ⁊ timore maximo
constituti:periculum putantes sibimet imminere:nihilqꝫ de fratre mente sua percipiē
tes:⁊ astantes reddebant de singulis rationem ruben ita concionante primitus: qui
eorum senior existebat. Nos inquit non pro lesione venimus huc:neqꝫ regis negotijs
aliqua mala facturi:sed egentes salute ⁊ negocio ⁊ malorum refugio:que nostram re-
gionem obtinere noscuntur:vestram vtiqꝫ scientes clementiam:quos non solum sub-
uenire ciuibus proprijs:sed etiam peregrinis mercimonium audiuimus proposuisse
frumenti:vt omnibus indigentibus salutem maximam prestaretis. Quia vero sum⁹
fratres:⁊ communis nobis est sanguis:clarum quidem hoc facit etiam familiaritas
forme non valde mutate. Pater autem est nobis iacob vir hebreus:cuius existimus
filij duodecim:ex mulieribus quattuor:quibus omnibus viuentibus felices eramus
vno vero fratre nostro moriente ioseph:res nostre ad peiora conuerse sunt. Naꝫ ⁊ pa
ter immensum in eo trahit luctum:⁊ nos ex calamitate defuncti:⁊ erumna senis affli-
gimur. Venimus igitur pro comparatione frumenti:curamqꝫ patris ⁊ nostrorum ꝓ
uidentiam beniamin iuniorem fratrem reliquimus. Poteris autem mittendo ad no
stram domum agnoscere si quicquam dicimus mentientes. Et ruben quidem hu
iusmodi verbis tentabat persuadere ioseph vt de eis meliora decerneret. Ille vero ia
cob cognoscens viuere:fratremqꝫ beniamin minime deperisse:tunc equidem in car-
cerem eos/quasi de vacantia/al's die vacanti/discutiendos iniecit. Tertia die dedu
cens eos:quomodo inquit asseritis neqꝫ pro malignitate rerum principis huc venisse
⁊ esse fratres:⁊ vnius patris filios de quo dicitis:hec ita esse mihi manifestabitis:si re
linquentes quidem vnum ex vobis apud me:nihil iniuriabile passurum:portantesqꝫ
papula genitori:denuo reuersi fueritis ad me:fratrem quem reliquisse vos vobiscum
pariter adducentes:hoc enim erit signum veritatis. Illi in maioribus malis adducti
flebant inter alterutros:de calamitate ioseph frequenter ingemiscentes:tanquam pro
pter id quod in illum cogitauerant deo vlciscente in eis:talia sustinerent. Ruben
autem nimius erat:⁊ eos in eiusmodi sermonibus penitentie increpabat:ex qua nul-
la quidem generaretur vtilitas de ioseph:illos vero quicquid mali sustinerent pro vin
dicta illius faciente deo:fortiter tolerare poscebat. Hec autem dicebant ad inuicem
non credentes suam linguam ioseph intelligere. Omnes autēꝫ ruben increpante:ha
bebat deiectio:⁊ penitentia rerum gestarum:cum ipsi non cogitassent illo tempore:ꝓ
qbus eū tūc punirent:indicabāt deū esse iustissimū Vidēs āt eos ioseph sic estuātes:
ꝑ cōpassiōem cessit in lachrymas:nolēsqꝫ fratrib⁹ apparere discessit. Et postqꝫ reliqt
eos iterꝫ veit ad eos. Et retinēs obsidē simeō:ꝓ reuersiōe frm̄:illos sumētes merci-

...es Joseph: dante deo: qr vendiderat eu · ceciderunt in manus eius.

moniū tritici: abire precepit: iubens ministro: vt pecuniā quam pro emptiōe frumenti
detulerant: oneribꝰ eoꝝ latēter immittēs dimitteret eos: illā pecuniā pīter portaturos
Et ille quidem imperata perfecit. Jacob autem filij/venientes in chananeam: nū
ciauerunt patri que eis in egypto contigerant: ꝛ quia quasi exploratores regis illuc ve
nissent sunt crediti: dicentibusqꝫ se fratres esse: vndecimum apud patrem domi reli
quisse: creditum eis non sit: ꝛ quomodo simeon reliquerunt apud principem milicie
donec beniamin iret: ꝛ fidem de his que a se apud eum dicta fuerant perficeret: roga
bantqꝫ patrem nihil metuentem: vt cum eis iuuenculum destinaret. Jacob vero
nihil omnino placebat ex his que a filijs suis gesta sunt: ꝛ dum de simeon detentione
grauiter ferret: stultissimum iudicabat: beniamin quoqꝫ his malis adijceret. Et ille q
dem neqꝫ ruben sermonibus supplicantis flexus est: suos filios tradentis: vt si quid
beniamin in itinere pateretur: eos occideret auus. Jllos hesitantes in his malis: po
tius conturbabat argentum: quod in saccis missum latenter inuenerant. Tritico vero
quod delatum fuerat iam deficiente: fame magis inualescente: coactus necessitate ia
cob: beniamin deliberauit cum fratribus destinare. Non enim poterant in egyptum
venire: nisi cum sua promissione pergerent. Cumqꝫ famē quotidie augeri conspiceret:
filijs supplicantibus: quod aliud de presenti faceret non habebat. Judas autem
cum esset ꝛ in alijs vir audax: ꝛ in his apud eum fiducialiter vsus est: dicens: non euꝫ
debere de fratre metuere: neqꝫ aliquid aduersum suspectionem conspicere: quomodo
nihil circa eū agendū foret: vbi deus adesset: ꝛ quia ei quicquid immineret etiam apō
eum manenti omnino contingeret: eos autem sic palā in perditione pueri adijcere nō
debere: nec alimentum ex vbertate pharaonis permissum: propter puerum irrationa
biliter auferendum: cogitandum vero de salute simeon: ne dum parceretur profectui
beniamin: ille perimeretur: deo autem esse credendum de illo. Quo exhortante atqꝫ
dicente: aut saluum reuocare filium: aut se cum eo remansurum atqꝫ victuruꝫ: credēs
ei iacob: tradidit beniamin: ꝛ duplex tritici precium: simul ꝛ que apud chananeos na
scuntur: vnguenta balsami: ꝛ stacten: ꝛ therebintum: ꝛ mel: munera ioseph direxit esse
portanda. Multe vero a patre in egressione filioꝝ ei effunduntur lacbryme: pariter
ꝛ ab illis. Jlle nāqꝫ si filios saluos de itinere suo reciperet cogitabat illi vero si fratrē
incolomem repperirent: nihilqꝫ pro eorum tristicia mali perpessuꝫ: quotidieqꝫ eis me
ror ingerebatur. Et senior quidem fessus tolerabat: illi vero ibant in egyptuꝫ: spe me
liori tristia rebus curaturi presentibus. Cum vero egyptum peruenissent: successe
runt al's secesserunt quidem apud ioseph. Timor autem eos non fortuitus perturba
bat: ne propter tritici precium crimini subiacerent: velut ꝛ ipsi furtum sub calliditate
egissent: ꝛ apud prepositū ioseph multis satisfactionibus vtebantur: domi in suis sac
cis dicentes se inuenisse pecuniam: eamqꝫ nunc reportasse. Jllo itaqꝫ respondente: ꝛ
se iam quid dicerent ignorare: releuati sunt a timore: soluensqꝫ repente simeon: cū fra
tribus esse permisit. Veniente autem ioseph a ministerio regis: ei munera ꝓferebant
ꝛ sciscitanti de patre: dicebant: ꝙ eum incolomem reliquissent. Jlle quoqꝫ cognoscēs
superesse beniamin: si is esset iunior frater interrogabat quem vtiqꝫ in presenti cerne
ret. Quibus respondentibus eum esse: ait deum semper omnium ei esse suffragatorē
Jpse vero passione motus ad lacbrymas discedebat: nolens semetipsum fratribus
demonstrari: sumptosqꝫ eos ad cibos fecit discumbere: sicut erant soliti apud patrem
Qui dum circa cunctos recumbentes benignus existeret: beniamin partibus dupliei
bus honorabat. Dum vero post cenam fuissent in soporem conuersi: iussit preposito
vt eis triticum mensuratum traderet: preciumqꝫ rursum in eorum saccis absconderet
monere vero Beniamin etiam poculum argentum quo bibere congaudebat im
mitteret. Hec itaque faciebat: experimentum fratrum sumere volens:

vtrum auxilium aliquando ferrent beniamin pro furto detento: ⁊ patienti periculum
an certe relinquētes eum: tanquam ipsi nihil gerentes mali: ad paterna limina reme
arēt. Cū v̄o famul⁹ mādata fecisſ;: die facto: iacob filij nihil boꝝ sciētes discedebāt: re
cipiētes etiā simeon: ⁊ duplici gaudio ꝯgaudētes: tā ꝓpter eū: ꝗ etiā beniami reuocā
tes: sicut ꝓmiserāt patri. Qui dū abirēt: insequebant̄ eos equites: ducētes famulū: a quo
in sacco beniamin poculum videbatur immissum: ⁊ inopinabili equestrium inuasione
turbatos: causamqꝫ sciscitantes: pro qua sic venissent: illi maliuolos eos appellabant
qui dum honore ⁊ muneribus potiti a domino suo fuissent: neqꝫ munerum: neqꝫ ho-
spitalitatis Joseph memoriam retinentes: presumpserint in eum iniqua committere
⁊ scyphum quo ille in conuiuio bibere congauderet auferentes: iniusta lucra secū por
tarent: amiciciamqꝫ ioseph ⁊ suumqꝫ periculum si inuenirentur in fraude secundo loco
ponētes: minabāt̄qꝫ eis suppliciū esse venturū: quia nec deū latuerit: nec cū furto fugien
tes euaserint: licet ministerij famulum latuissent. Cognoscetis igit̄ dicebant: quid igno
rantes de poculo passi fuerimus: scituri tn̄ repente vos esse puniēdos. Hec ⁊ his ma
iora in eo dicens famulus increpabat. Illi vero nescientes factum eius verba irride-
bant: leuitatemqꝫ verborum illius famuli mirabantur: ꝙ talem causam presumeret vi
ris inferre: qui dum precium in suis saccis inuentum nequaquā retinuissent: sed quod
gestum fuerat nullo sciente reuocassent: multo potius ab huius maleficij voluntate di
scederent: ⁊ quia rei perscrutatiōem negatione iudicabant esse fideliorem: requirere fa
mulum imperabant: ⁊ si quisquam rapuisset: cum reperiretur omnes esse puniendos.
Nihil enim sibi conscij: fiduciam habebant: vt putabant omni periculo cariturā. Il-
li vero inquisitionem fieri exigebant: vniusqꝫ fore supplicium: qui in furto fuisset inuē
tus. Et dum quererent: omnesqꝫ iam ceteros pertrāsissent: secundum modum inqui
sitionis beniamin nouissime peruenerunt: non ignorantes: quō in illius sacculo pocu
lum abscondissent: sed subtilem inquisitiōem se facere simulantes: alijqꝫ de suo timo-
re liberati: videbātur esse solliciti de beniamin: confidebant tamen: quia nec i illo pos
sent maleficium inuenire: increpabantqꝫ eos qui fuerant persecuti: velut eis multū ꝓ
cessuris impedimētū itineris attulissent. Cum vero scrutantes omnes: de sacculo ben
iamin inuentum poculum protulissent: in luctum ⁊ gemitum omnes repente conuer
si sunt: ⁊ indumenta rūpentes: flebant fratrem suum pro furti crimine puniendum: se
qꝫ mentitos patri de salute beniamin. Crescebat autem eis hoc malum: eo ꝙ iam se
credentes tristitiam deuitasse: rursus in fratris sui malis inciderent: ⁊ paterne super il
los tristicie causam se fore dicētes: qui vim patri fecissent: vt eum cum eis vna dirige-
ret. Equites ergo sumentes beniamin: ad ioseph adduxerunt: fratresqꝫ pariter se
quebantur. Ipse dum cerneret illum in custodia positum: illud autē luctuoso scema-
te laceratos: quod ait: o maligni aut de mea clementia: aut de prouidentia dei cogitan
tes: talia in peregrinum ⁊ benefactorem facere presumpsistis. Illis autem in sup-
plicium se tradentibus pro salute beniamin: ⁊ rursus recordantibus dicentibusqꝫ: be
atiorem esse ioseph: qui si quidem mortuus esset: ⁊ a vite tristicia liber existeret: si vero
viueret: certum: quia pro illo super eos deus vindictam inferret: asserentibus se esse a-
maritudinem patris: quia tristicie quam pro illo haberet hactenus: etiam de beniami
ipsi ei rursus adijcerent: ruben eos etiam vehementer increpante. Joseph ergo dicen
te: illos quidem a se absolui: a quibus in nullo fuerat lesus: solamqꝫ ei sufficere penā
fratris: neqꝫ iustum esse illum propter eos dimitti qui in nullo deliquerant: neqꝫ illos
cum fure puniendos: sed etiam abeuntibus prebere se securitatem: omnes quidem
tenuit stupor: ⁊ dolore huiusmodi passionis obmutuerunt. Judas autem qui
etiam patri persuaserat: vt adolescentulum dirigeret: ⁊ in alijs erat vir efficax: pro fra
tris salute se decreuit opponere. Licet crudelia inquit opera commiserimus

in te:⁊ supplicio digna:iustumqꝫ sit omnes nos subiacere tormēto:licet nō sit iīgtas
oīm sed vnius iunioris:tamē desperantibꝰ de eius salute:spes relicta ē nobis de tua
benignitate ⁊ euadēdi nobis te pollicēte ꝑiculum. Et nūc nō ad nos respiciēs:neqꝫ
malefacta ꝯsiderās:sꝫ ad tuaꝫ naturā ꝯuersus:ꝟtutē ꝓpiciꝰ exerce nō irā:qua aliꝗ cū i
fortitudine pari sint:nō i maxis solūmō:sꝫ etiā in fortuitis sumētes vtuntur. Tu esto
magnanimis:neqꝫ vincaris ab ira:vt eos perimas:qui neqꝫ suam potuerint tueri sa
lutem:sed a te sumere eam poposcerunt. Non enim modo eam primitus nobis do-
nas:sed dum frumentorum venissemus ad emptionem:velociter ⁊ opulentiam do-
nasti ciborum:⁊ nostris familiaribus vberrime deferenda prebuisti:que periculuꝫ su
stinentes a peste famis eripuerunt. Ne despicias pereuntes egestate rerum neces-
sariarum nec punias qui videntur deliquisse:⁊ circa beneficiuꝫ quod a te nobis splē-
didissime collatum est:inuidie calamitate damnati sunt. Permaneat tua gratia:alio
modo tantū data. Saluabis eniꝫ:quos ob hoc etiam nutristi:aiasqꝫ quas fame labo-
rare nō passus es:a morte tuis muneribus liberabis:quatenus hoc ita mirabile sit ⁊
magnuꝫ:vt ⁊ animas nobis dones:prebeasqꝫ vnde possint indigentibꝰ permanere.
Reor enim deuꝫ causam hanc ꝓparasse:virtutē tuam circa nos volētem cunctis osten
dere:nosqꝫ in hac erumna ꝯstituisse:vt iniquitatibus in te peccātiū videaris ignosce-
re:⁊ nō solis ob aliam causaꝫ indigētibus tue clemētie amminicula condonares:quā
quā ⁊ hoc magnū est:si bene fiat inopibus:principale tamē existet:saluare quēquam
eos:qui pro delicto commisso in se penas debeant exoluere. Nam si paruas lesiones
dimittere delinquētibus laudem attulit multis:iracundiā cohibere in his:pro quibꝰ
vita peccātiuꝫ sit obnoxia:diuine cognoscitur esse nature. Et ego quidē nisi scirē pa-
trem quemadmodum in amissione filiorum affligitur:propter ioseph mortem:nequa
quā quantuꝫ ad nos attinet salutis verba ꝓferreꝫ nisi forsan tuis moribus hoc donas
sem:quorum est ꝓprium etiam hos saluare:qui tribulantur in huius morte:sed etiam
preberemus nos passuros quecunqꝫ velles. Nūc autē nō nr̄i miserātes lꝫ iuuenes
simus:⁊ nōdum fruentes vite bonis moriamur:sed de patre ea cogitantes:⁊ senectu
tis illius miserantes:has tibi preces offerimus:⁊ commendamus animas nostras:
quas tibi malignitas nostra tradidit ad supplicia perferenda. Naꝫ non ille malignꝰ
est:neqꝫ tales nos futuros genuit:sed cuꝫ sit benignus:⁊ vt experiatur talia non sit iu
stum etiam nunc nobis suspectus affligitur. Cum autem audierit perditos:etiaꝫ cau
sam mortis amarissime sustinebit:⁊ ob hoc multo citius vitam suam derelinquet: ita
vt eum conuersationis nostre turpitudo corrūpat:pessimumqꝫ faciat de presenti luce
discessum:⁊ dum ad alios studeret nostra bona plantare:vt nostri actus neqꝫ sentian
tur efficiet. In hac ergo ratione constitutus licet te nostra mala cōmoueant:tuam iu-
stitiam dona patri:vt propter illius misericordiā maiora possis ꝙ cogeris facere pro
nostra malicia:ne senectus eius in desolatione consistat:aut nostra perditione deficiat
Verere patrum nomina hoc eis condonans munus. In hoc itaqꝫ ⁊ tuum honora-
bis genitorem:tibiqꝫ prestabis:cum iam hac appellatione potiaris:⁊ in ea sine passi-
one seruaberis a deo patre cunctorum:in qua per communioneꝫ huius nominis pie
agere comprobaueris:nostri patris habendo misericordiam:ne fraudatus filijs aliqd
patiatur. Tua sunt ergo que nobis prebuit deus:habens vtiqꝫ potestatem ⁊ auferre
⁊ dare:nihilqꝫ ab eius gratia differes. Nam dum quilibet in vtrunqꝫ habuerit pote
statem:optimum est:vt hac in bonis vtatur: ⁊ potestatem que in malo est tanquam si
non sit obliuiscatur:quasi hoc solum concessum sit vt de salute sit cogitanduꝫ. Tu ve
ro omnes nos saluabis ignoscendo fratri:in quibus infeliciter egit:neqꝫ eniꝫ vita no
bis est hoc punito:quo defuncto: ad patrem non licet remeare. Supplicamus
igitur domine:vt si decreueris fratrem nostrū occidi:cū eo nos pariter punias:tāquā

delicti participes. Non eni patimur nosipsos quasi ꝓpter mortui tribulationem affice
re: sed tanquam similes eius malicie existẽtes ita debem⁹ interimi. Et qm̃ vt iuuenis
deliquit ⁊ nõ prudẽtia roborat⁹: ⁊ humanũ erat talib⁹ veniã tribui: hoc tibi relinquo: ⁊
vlteri⁹ ṽba ꝓferre cessabo: ⁊ siqdẽ nos ꝯdẽnare volueris: ea que dicta non sunt nõ vi
debuntur nos ad tristitiã deducere: si vero absolueris illa etiam in tue benignitatis cõ
sciẽtia reuoluẽs: nõ solũmodo nos saluabis: sed etiã vitã redonabis: ꝑ qd̃ poti⁹ iustior
appareas: qñ plus a nobisipsis ꝓbaris de nostra salute sollicit⁹. Si aũt castigare cul-
pam mauis: me magis ꝓ illo castigans: hũc patri remitte: si vero aliquẽ tibi retinẽduz
iudicas seruũ: ego vtilitatibus tuis potior ero minister: quãto aptior ad vtrasq; passio-
nes sicut vides existo. Judas itaq; oĩa sustinere ꝓ fratris salute libenter habẽs: ꝓstra
uit semetipsum ante pedes ioseph: si quõ eius irã flectere potuisset. Prostrati sũt etiã
fratres vniuersi flentes semetipsos ꝓ aĩa beniamin tradẽtes neci. Joseph aũt ani-
mi sui passiõibus victus: ⁊ nequaquã valẽs ire tolerare figmentũ: iussit quidẽ abire p̃
sentes: vt fratrib⁹ se tãtũmõ demõstraret. Discedẽtibus igit̃ omnib⁹: semetipm̃ fratri-
bus indicauit dicẽs. Uirtutẽ quidẽ vestrã atq; fauorẽ circa fratrẽ vestruz collaudo: ⁊
meliores q̃ sperabã ex his que in me cogitastis inuenio. Hec autem oĩa feci experi
ri volẽs amorẽ vestre fraternitatis. Naturaliter aũt neq; circa me malignos vos arbi
tror extitisse: sed dei volũtate factũ: quo bonorum etiã nunc adoptio al's adeptio: ⁊ in
futuro si ꝓpicius deus nobis fuerit: cõferẽda sit. Patris ergo salutẽ inopinatam co-
gnoscẽs: talesq; vos circa fratrẽ inueniens: neq; illoꝝ que in me cõmisisse putamini
vlteri⁹ recordabor. Cessabo autem ⁊ ab odio malignitatis qd̃ sup hiis habebã: ⁊ tan-
quã fuerint voluntate dei cõpleta: ⁊ in rebus p̃ntibus vos mihi eritis occasio gratiam
me habere ꝓfiteor: vosq; ipsos volo (illoꝝ etiã obliuionẽ sumẽtes) delectari magis i il-
lo: qd̃ tunc incõsiderate fecistis: dum ad hui⁹ termini qualitatẽ causa ꝑuenerit: q̃ con-
fusionẽ grauiter ferre ꝓpter hec que putamini deliquisse. Non ergo videat̃ vos cõtri
stare: q̄ aduersuz me malignã ꝓtulistis sniam: nec penitentia eius vos afficiat: quan-
do impleri non potuerunt que fuerant cogitata. Exultantes ergo in his que a deo fa
cta sunt: ite hec nunciantes patri: ne etiam pro vestra consumptus sollicitudine: splen
dorem mee felicitatis obscuret: si antequã ad meum veniens vultum: p̃ntiumq; rerũ
potitus: hac luce priuetur. Ipsum ergo: vestrasq; coniuges: liberosq; ⁊ cunctam cog-
nationẽ sumentes: huc migrate. Non enim absentes bonorum meoruz oportet mihi
charissimos esse: insup ⁊ fame annis adhuc quiq; mẽsura. Hec cũ dixisset ioseph
amplex⁹ est fratres. Illi vero in lachrymis ⁊ tristitia cõstituti: super hoc quod cogita
uerant contra illum: potius eis videbatur esse supplicium bona voluntas fratris. Et
tunc quidem erant in epulis. Rex autem audiẽs venisse ad ioseph fratres: letatus
est eximie: ⁊ tanquã in propriis bonis affectus prebenda eis vehicula tritico plena: au
rumq; simul ⁊ argentum portandum patri decreuit: sumentesq; dona regis illi: ⁊ am
pliora fratris: alia quidem patri ferenda: alia vero sibi singuli donata gaudebant: ma
ioribusq; muneribus donato beniamin exultantes abibant. Caplm̃. IIII

Cum ergo reuertentibus filiis: Jacob de ioseph agnouisset: quia non solum
euasisset mortem pro qua degebat in luctu: sed etiaz viueret clare felicitate: ⁊ cũ
rege totam egyptum sua prouidentia gubernaret: nihil quidem horum que ei nuncia
ta fuerant incredibile iudicabat: cogitans de maximis operibus dei: ⁊ ipsius equita-
te: ⁊ licet multo tempore afflictione defecisset: repente tamen profectus est ad ioseph
Et cum venisset ad iuramenti puteum: sacrificans ibi deo: metuensq; ne propter
felicitatem egypti filiis amantibus habitationem prouincie: nequaquam ad chana-
neã soboles eoꝝ reuersa teneret eã sicut de⁹ ꝓmiserat: aut ne p̃ter dei volũtatẽ in egy
ptũ eoꝝ aduẽt⁹ oriret̃: formidãs quoq; ne pri⁹ a via recederet: q̃m ioseph faciẽ ꝑuiret

Vide clementiam Joseph erga fratres suos.

dum has haberet cogitationes in soporem resolutus est: astititq; ei deus: et secundo noie vocans respondenti quis esset: ait. Nõ est iustũ te ignorare deũ: qui semp psidio tuis maioribus fuit: et post eos etiã tibi. Nã cũ te et pater primatu priuasset: hũc tibi ego restitui: et meo fauore in mesopotamiã missus solus: et bonas nuptias adept⁹ es: et filiorũ multitudine pecuniarũq; plenus ad ppria remeasti: pmãsitq; tibi omne gen⁹ puidentia mea salubre: et ioseph filiũ quẽ te pdidisse putabas: ad maiorẽ bonorũ adoptionẽ culmẽq; pduxi: et egypto dñm vt paululũ videat a rege differre cõstitui. Ast sum vero nũc dux tibi futurus in hac via: vitãq; tuam in manib⁹ ioseph finiẽdam esse nũciaturus: longũq; seculũ tuam sobolẽ in principatu et gloria fore pnuncians: eamq; in terram quam pmisi cõstituẽdã. In hac igitur visiõe cõfidens: pronior in egyptum cum filijs et eorũ oibus properabat. Erãt ergo oẽs septuaginta. Noia vero eorum significare mihi non videtur: et pcipue pter difficultatẽ eorũ. Attamẽ attendens eos qui nõ arbitrantur nos de mesopotamia esse: sed ex egypto: necessariũ iudicaui noim quoq; ferre memoriã. Iacob quidẽ filij erãt duodecim: quorum ioseph iam prius abierat. Eos vero qui post eum pfecti sunt: eorũq; sobolẽ demõstrabo. Ruben itaq; fuerunt quattuor filij: enoch: phalech: esrom: charmi. Simeon aũt sex habuit: iamuel. iamin: aoth: iachim: salier: saul Leui filij tres fuerũt gerson: gaath: merari. Iude autẽ filij fuerũt tres: sylon: phares: zare. Duo vero nati de phares: esrom: et amor. Isachar quattuor habuit Tholas: Furas: iob: semrom Tres vero zabulon habuit filios: sarat: ilon: iachili. Hoc ergo genus de lya descẽdit: cuz qua ascenderat etiam filia eius Dina. Sunt ergo isti oẽs trigintatres. Rachel filij fuerunt duo: quorum ioseph qdẽ fuerũt filij: manasses: et effraim. Beniamin aũt decẽ bela: Bechor: Asbelus: iera: Naama: Ysar: Mobim: Ophim: Areth: ros. Isti decem supiorib⁹ additi: fiunt numero quadragintaseptẽ: et legitimuz quidẽ iacob genus hoc fuit. De Bala vero famula Rachel: fuerũt Dan: et Neptalim: quẽ sequebant filij quattuor: Enol: gunis: Saris: et Sylim. Dan autẽ habuit vnigenitũ hui⁹. His itaq; additis super illos quos dixim⁹: quinquaginta quattuor adimpletur numerus. Gad aũt et Aser nati sunt de zelpha: que fuit famula lye: fuerũtq; filij gad septẽ: Gophoron iaphim: Anin: Zabron: aurim: rothin: ariel. Aser aũt fuit filia Sara: et masculi numero sex: quorũ noia sũt: iomnis: iſus: iose: vbhares: Aber: et melchel. Isti cũ sint sedecim: adiectis eis predictis quinquagintaquattuor memorat⁹ numer⁹ cõpletur: reputato cum eis iacob. Cognoscẽs aũt ioseph aduenire patrẽ: nã iudas pcedẽs: eius nũciauerat aduẽtum: occursur⁹ egressus est: eiq; in ciuitate q̃ heroum vocatur apparuit. Ille ex inoppinata magnaq; leticia pene vsq; ad defectũ mortis puenit: sed eum recreauit ioseph: licet nec ipe retinere al's retineri potuerit: vt propter nimiã leticiã talia mime sustineret: nõ tñ qua pater passiõe deuictus est. Deinceps illũ quidẽ cũ gete venire iubẽs: ipse quiq; fratrũ secũ suorũ sumẽs: pgebat ad regem: dicturus ei aduenisse genitorẽ suum iacob. Ille letus hoc audiuit: iussitq; ioseph: vt diceret eis: quã vitã habere delectarent: vt eos degere ita decerneret. Ille vero optimos eos esse pastores respõdit: nihilq; aliud pter hoc solũmodo velle: vt nõ separati sed vt oẽs pariter habitarent: atq; prouidentiam facerẽt patris: quatenus et egyptijs gratus esset: et nihil quod illorum esset istis imponeretur. Egyptijs enim erat abominabilis conuersatio pastoralis. Veniente vero iacob ad regem: et salutante pariter et pro regno eius orante: Pharao sciscitabatur: quanto tempore iam vixisset. Illo centum triginta annorum se esse dicente: longinquitatem vite iacob miratus est. Cum vero dixisset: quia pauciores annos vixerit q̃ eius maiores: concessit ei vt cum filijs suis in heliopolitana vrbe conuersaretur. Illic enim pascua etiam pastores eius habuerunt. Fames ergo egyptijs augebatur: et pestis eos potius inno-

Iacob alloquitur deus per visionem.

Posteritas iacob cu filiis eius

pes faciebat:cum neqꝫ fluuius terrā irrigaret:non ei crescebat vt mos erat:neqꝫ plue
rat deus:cum vtiqꝫ per ignorātiā futura ꝓuideri nequiuerit Joseph autem ad pe
cunias dante frumenta:cum eis etiā he deficerent:de suis opibus ꝛ mācipiis triticū
cōparabant:ꝛ quibuscunqꝫ esset pars aliqua terre:hanc ꝑ precio alimenti cedebant.
Sic itaqꝫ rege omniū passionū dn̄o facto:alii alibi migrauerunt:quatenus regiones
eorum fierent firma possessio regi preter solummō sacerdotum. His eni regio iпа ser
uata est. Non solum ergo eorum corpora ad seruitutem pestis adduxit:sed etiā men-
tes:ita vt decetero ad turpē egestatē alimētorū venire cogerentur. Imminuēte vero se
fame:ꝛ fluuio terras inundante:ꝛ fruct⁹ abundanter ea ferēte:ioseph ad vnamquāqꝫ
veniens ciuitatē:eiusqꝫ multitudine cōgregata:eandē terrā quā ipsis cedentib⁹ rex ha
bere poterat:solusqꝫ frui:in toto redonabat:ꝛ velut possessiōis ꝓprie laborē eos ama
re poscebat:q̄ntā partē frugū solūmō regi soluturos:ꝑ terra quā illis dabat. Illos er
go inopinate terre dn̄os constitutos leticia cōprehendit:ob quā rem precepta quoqꝫ
sunt constituta. Hoc igitur modo dignitas apud egyptios ioseph potior habebatur:
maiorqꝫ fauor ab eis regi collatus eit:ꝛ vt quintā frugū partē persoluere deberent.
etiā apud reges posteros lex ista permansit. Caplm̄. V.

Jacob autem decimoseptimoqꝫ anno in egypto cōmoratus:ꝛ languore cōfect⁹
p̄ntibus ibi filiis:cū optasset aliis quidem possessionē bonorū ꝛ p̄dixisset per ꝓ
phetiā:quēadmodū ex eorū generatione habituri essent posteri chananeā:quod etiā
multis post temporib⁹ est effectum:cunqꝫ ioseph magnis p̄coniis p̄tulisset:quia malo
rum memoriā circa fratres non habuerit:sed benignus potius fuerit in eos: ꝛ dona-
uerit bonis innumeris: que nec benefactorib⁹ soleāt repensari:p̄cepit quoqꝫ filiis suis
vt ioseph natos effraim ꝛ manassen in numerū suum reciperent:diuisuri cū eis chana
neam:de quibus post hec loquemur:poposcitqꝫ simul:vt ei sepultura fieret in ebron
ꝛ mortuus est cum vixisset omnes annos. vii. ꝛ. xl. simul ꝛ centum:in nullo maiorū
suoꝝ cultu diuine pietatis inferior:retributionēqꝫ ꝓmeruit:quā iustū erat ita benignū
accipere. Joseph concedēte sibimet rege:patris corpus in ebron reducēs: multa
largitate sepeliuit. Fratribus autē reuerti nolētibus cū eo:cū eos terror haberet:
ne illos patre mortuo castigaret:ꝓpter nequitiā quā ei fecerant:nec vlteri⁹ circa eos
mitis existeret:satisfecit eis:vt nihil metuerēt:neqꝫ talium habere deberēt suspectio-
nē:multaqꝫ bona que secum detulerat donauit nihilqꝫ qđ circa eos benigne debuis-
set impendere dereliquit. Mortuus ē autem ꝛ ipse:cum vixisset annos cētum ꝛ
x. virtute mirabilis:ꝛ omnia ratione disponens:potestatēqꝫ suā humiliter agens qđ
vtiqꝫ huiusmodi felicitatis causa fuit ei apud egyptios:ꝛ aliunde scilicet veniente.
ꝛ talem qualem dudum diximus passum calumniā. Mortui sunt etiam eius fra
tres in egypto feliciter conuiuentes:quorum corpa in ebron post mortē reportātes po
steri sepelierunt. Ossa vero ioseph nouissime quando hebrei egressi sunt ex egypto
in chananeā reportauerunt:sic enim eos cōiurauerat ioseph. Hoꝝ igit̄ vnusquisqꝫ q̄-
liter se habuerit:quibusqꝫ laboribus obtinuerint chananeā significabo:causamqꝫ nar
rabo primitus:pro qua egyptum deseruisse videant̄ Caplm̄. VI.

Egyptiis siquidem delicatis:ꝛ desidiosis in labore existētib⁹:ꝛ aliis libidinib⁹
valde subiectis:etiā ꝓpter amorē lucri contigit vt pessime circa hebreos inuidia
eoꝝ felicitatis afficerent̄. Vidētes eni isrlitaꝝ gen⁹ augeri:ꝛ ꝓpter v̄tutē ꝛ laboris i-
geniū diuitiaꝝ affluētia valde nobilitatos:ↄtra se eos augeri suspicabant̄:oblitiqꝫ bo
norum ꝓpter longinquitatē temporū q̄ meruerāt per ioseph:regnoqꝫ trāslato ad ali
am domū:crudeliter opprimētes isrlitas:studebāt eis varias inferre miserias. Flu-
uiū nāqꝫ eos ꝑ multas deriuatiōes diuidere:murosqꝫ ciuitatib⁹ edificare ꝛ fossata cir
cūducere:vt eas inundare fluuius non valuisset:ꝛ piramidas edificare. precipiebāt vt

A Sagina libertas ioseph

Inuenies

In Ebron sepultus est Jacob

translatio de Egypto in Ebron fratres ioseph et ipse

Ingrati Egyptii: obliti sunt bonorum ioseph

nostrum hoc modo genus attererent. Omnes artes ergo efficiētes: ꝛ in laboribus as-
sueti: quadringentorũ annorum tempus in his miserijs extiterũt: eratq̄ hec inter eos
pugna: vt egyptij quidē laboribus vellent israhelitas expendere: illos vero meliores
semꝑ eorum se preceptiōibus exhiberēt. Dum vō in his essent rebus vtriq̄: causa ꝓ
qua potius studerēt in exterminatiōe generis nostri semꝑ egyptijs huiusmodi fuit.
Quidā sacrorꝝ scriba: cum sint experti de futuris predicere veritatē: enũciauit regi pa
riendũ quendam illo tēpore inter israhelitas: qui humiliaret quidē egyptij principatũ
Augeret autē suo cremento israhelitarꝝ genus: virtuteq̄ transcenderet vniuersos: et
gloriā in ꝑpetuũ memorabilē possideret. Cuius cōsilio iussit vt omne masculinū q̄d
ex israhelitis nasceret̄: iactantes in fluuio consumerēt. Custodientesq̄ cōceptus mu
lierũ hebrearum: ꝛ partus earũ obseruare ꝑcipiens egyptias obstetrices. Ab eis eni
hoc officiũ iubebat impēdi: quas ꝓpter cognationē credebat regis non transcendere
iussionē. Eis aũt qui contēnerent hoc preceptũ: ꝛ partum earũ occulte saluare presu-
merēt: perimi cũ sua generatiōe ꝑcepit. Hanc ergo illi sustinebāt crudeliter passionē:
ꝛ non tantũ dolētes q̄ filijs priuarētur: aut quia dũ parentes essent ad perditionē fili
orũ sibi nascentiũ ministrarēt: sed etiā ex illa cogitatione qua eorum deleretur genus:
quando quidē nati eorũ necabātur: ipsi vero paulatim redigebant̄ ad nihilū. Et illi
quidē erant in illo malo iacētes: cōtra dei vero voluntatem nemo poterat ꝑualere: etsi
inumeris hoc artibus exercerēt. Puer itaq̄ quē predixerat ille sacer scriba: latēter
regia cautela nutritus ē: ꝛ verax in his que ꝑ eum facta sunt ille qui ꝑdixit iuentus ē:
q̄d hoc modo gestũ est. Amaramis vnus hebreorꝝ nobilis: cum metueret ꝑ cuncta
gente: ne defectio in nutriēda iuuētute ꝓueniret: ꝛ grauiter hoc ferret ne eius vxor pa
reret: dũq̄ in hesitatione cōsisteret: ad dei supplicationē cōuersus ē rogans: vt aliquā
miserationũ haberet: qui in nullo eius religionē preuaricasse viderent̄: daretq̄ eis re
rum libertatē: ꝑ quibus illo nati affligebātur in tēpore. Deus aũt misericordiā eius
habēs: ꝛ ad supplicationē aures inclinās: astitit ei ꝑ somniũ: ꝛ nequaq̄ eum desꝑare
de futuris exhortabat̄: pietatisq̄ eorum se dicebat hēre memoriā. Et ꝓpterea retribu
tionē esse ꝑbiturũ: ꝛ dudum quidē eorꝝ donasse maioribus: vt ex paucis magna eorꝝ
fieret multitudo. Et abraam quidē solum de mesopotamia in chananeā venisse: fa-
ctũq̄ locupletē: ꝛ inter alia dum vxor eius ad genus ꝑmitus fuisset sterilis: deide eiꝰ
volũtate ad hoc habilis facta genuisset filiũ: ꝛ reliq̄sset ismaeli quidē ꝛ qui ex eo erāt
arabiā regionē: ceture aũt filijs tragoditen: ysaac vero chananeā. Qui dũ meo fortiter
pugnasset auxilio: semꝑ vicit. Jacob etiam cōtribulibus fuit ignotus: qui deinceps
magnitudinē felicitatis qua vixit: suis posteris dereliquit. Quo cũ septuaginta solũ-
modo in egyptũ veniēte: vltra sexcēta milia iam estis effecti. Nunc aũt me vtilitatis
vestre ꝛ tue glorie scito ꝓuidentiā cōiter habiturũ. Is eni puer cuius generationē me
tuētes egyptij: cuncta ꝑdere decreuerũt: que ex israhelitico semie generant̄: tuus erit:
ꝛ disꝑdet quidē eos qui eius interitũ intēdebāt: nutritusq̄ mirabiliter: hebreorꝝ q̄dē
genus ab egyptiorũ necessitate liberabit: eritq̄ eius memoria quantiscũq̄ tēporibus
vixerit vniuersa apud homies: nō solũ hebreos: sed etiā alienigenas gentes: me vtiq̄
ꝛ alia prebēte tibi: ꝛ his qui de te nascituri sunt. Erit aũt ei etiā frater huiusmodi: qui
meũ hēat sacerdotiũ: ꝛ ipse ꝛ qui de eo fuerint cũcto tēpore ꝓcreati. Dum ergo hec
visio illi ostensa fuisset: surgēs Amaramis indicauit hoc iohuel cōiugi sue: maiorq̄ ti
mor eis alloquio huiusmodi visionis instabat. Nō eni de filio solũmodo eē videbat̄
eis formido: sed etiā ꝑ magnitudine future felicitatis. His tamē que prenũciata fue
rāt a deo: fidē partꝰ ꝑbuit mulieris: q custodes latuit ꝑ cōceptus sui silentiũ: ex eo q̄
nō vehemēter ei dolores insisterēt. Et tribꝰ q̄dē mēsibus apd semetipsos occulte nu
triret infantē. Deinceps aũt metuēs amaramis ne captus regie ire succũberet: ꝛ ipse

cū puero depiret: ɀ dei ꝓuidētiā excluderet: deliberauit pot᷑ hoc modo pueri ꝯsulere
saluti ꝓuidentiāq₃ latēdi esse hāc iudicauit. Nā illud erat incertū: cū ꝑiculū imineret
nō solū puero q occulte nutriebaṫ: ſ₃ etiā nutriēti: deūq₃ iudicauit oīu₃ habituꝝ caute
lā: q̄ren᷑ i nullo q̄ ꝓmiserat eēt mēdax. Hec cogitātes: vas rotūdū ex vimie cōplici-
tū: velut alueoli magnitudine p̄pararūt: quod sufficeret ut infans spaciose ibi iaceret.
Deinde vixerūt illud bitumie: natura ei bitumis est: ut in viminalib᷑ vasculis acces-
sit possit aq̄ coercere. Illic ergo ifantē mittētes: ɀ circa fluuiū ponētes: ei᷑ salutē deo
reliquerūt. Et fluui᷑ qdē eū suscipiēs deportabat: maria v̄o pueri soror matr̄ iussio-
nē custodiebat: quo illud vasculū deportareṫ itendens. Tūc itaq₃ de᷑ ońdit: nō huma-
na ꝓuidētia: ſ₃ oīa q̄cūq₃ vult ip̄e fieri: effectū optimū ꝓtin᷑ adipisci: nec p̄ualere qdē
eos q ꝑ cautela sua alios ꝯdēnare nituṫ iteritu m̄ltoq₃ studio hoc iplere conāṫ: cū iop
pinabil̄r illi saluēṫ: ɀ penit᷑ d̄ medio maloꝝ iueniāt ꝑicl̄oꝝ ereptō₃ dei soli᷑ volūtate
Tale aliqd q̄ circa hūc ifātē gestū apta v̄tute dei ꝓbatū ē. Thermut igiṫ erat filia re-
gis: q̄ dū circa lit᷑ fluis luderet: portari a fluuio illud vas ꝯspiciēs: p̄cepit ut ad se ille
alue᷑ portareṫ. Venietib᷑ aūt q ad hoc fuerāt destinati cū alueo vidēs ifātē valde ga
uisa est: ꝓpter magnitudinē ɀ speciē ei᷑. Tāto ergo studio de᷑ circa moysen vsus est:
ut ab ipsis qui ꝓpter natiuitatē ei᷑ decreuerūt iterimere gen᷑ hebreoꝝ: alimēto ɀ cura
dign᷑ habereṫ: iussitq₃ mulierē adduci Thermut regis filia: q̄ daret infanti mamillā
Quo nō accedente ad illi᷑ vbera: ſ₃ euitante: ɀ hoc in mult̄ mulierib᷑ faciente: maria
assistens his q̄ fiebāt: non ut q̄si videreṫ ex opib᷑: sed inter alias astare ait. Frustra o
regina has mulieres ad nutrimētū ifant̄ vocas: q̄ nullā ad eā cognationē habēt. Si
v̄o quandā hebraicaꝝ mulieꝝ adduci p̄cepis: puto tanq̄₃ cōtribule sue poterit vbera
excipe. Cūq₃ putareṫ bñ dixisse: iussit: hāc ire ut aliquā q̄ lactare eū possit adduce-
ret. Illa v̄o accepta huiusmodi ptāte: reuersa est: agens matri soli cognitū: infansq₃
grate quodāmodo accessit ad ei᷑ vbera: ɀ supplicāte regina cōmissu₃ est ei cum oi dili
gentia pueri nutrimentū. Cui ſm euentū reꝝ nomē ipositū est: eo q̄ de flumie sit sal-
uat᷑. Aquā ei egyptij moy vocāt: ses v̄o saluat᷑. Cōponētes itaq₃ hec ex ambob᷑:
moyses ei nomē iposuerūt: id est. ex aq̄ saluat᷑. Et erat indubitāter ſm dei ꝓloquiū
prudentie magnitudine ɀ laborib᷑ sapiētū hebreoꝝ nimiū idustri᷑ Huic igiṫ abraā
pr̄ septim᷑ erat. Erat eni iste fili᷑ amaramis: q fuit de pr̄e caath: qui nat᷑ est de Leui:
leui v̄o de iacob qui fuit ex Ysaac filio abraā. Erat aūt ei sapia nō ꝓ etate cōcessa:
ſ₃ sua mensura multo supior: ɀ seniorē hui᷑ rei facultatē i ifantia demonstrabat: maio-
rēq₃ spem actio ei᷑ iā tunc q̄₃ viri ꝑfecti gerebat. Et cū trimus fuisset effect᷑ de᷑ mi-
rabiliter ei᷑ stature eleuauit spaciū. Nam quātū ad speciē: null᷑ erat ita seuer᷑: ut vi-
dēs moysen: ei᷑ pulchritudinē nō amaret: multisq₃ cōtingebat dum eum cernerent ꝑ
plateā ferri: ut cōuerteréṫ quidē ad aspectū pueri: ɀ ea in quib᷑ videbāṫ studiū hr̄e de
sererēt: delectati poti᷑ ei᷑ visiōe. Erat eni i eo multa infantulis grā: ɀ excellēter decē-
terq₃ circa eu₃ existēs: retinebat inspiciētes. Hūc ergo cu₃ talis esset: thermut sibi
filiū adoptauit: dum sobolē legitimā nō haberet. Et cum aliqñ eum portasset ad pa-
trē: ońdit eum q̄si de successione nō cogitaret: ſ₃ voluntate dei ꝓp̄u₃ filiū nō haberet
dicebatq₃. Nutriui ifantē forma diuinū: ɀ prudētia valde fortissimū: mirabiliterq₃ de
fluis grā cōdonatū: quē meu₃ quidē filiu₃ esse decreui: tui impij successorē. Hec di-
cēs: posuit i manib᷑ patr̄ ifantē. Ille v̄o sumēs eū: ɀ ad pect᷑ applicās ꝑ amorē: pro
filie grā iposuit ei diadema. Moyses autē cōuoluēs illud ꝓiecit i terra: q̄si ꝑ ifantiā
ꝯculcauitq₃ suis pedib᷑: qd̄ regi auguriū ferre videbaṫ. Cōtēplat᷑ autē ille sacer scri
ba: q ei᷑ natiuitatē p̄dixerat: ita futuꝝ ad humiliādū p̄ncipatū egypti: ipetum fecit, ut
eū occideret: ɀ terribiliter clamās ait. Hic ē puer ille o rex quē de᷑ nobis occidēdū
ońdit: ut de cetero timore caream᷑. Testimonijs eni ostēdiṫ qa tuum inuasurus est

Vide q cautellose nutr[illegible] fuit aput eos Moyses.

Unde extractum fuerit nomen Moyses.

Moy q sit lingua egyptiaca

Aspectus pueri Moysi.

Thermut regis filia in filium adoptat Moysem.

principatũ. Isto nãq3 pempto: egyptijs quidé eius timor tollet: hebreis ãt spes cõfidétie quã ꝓpter eũ hére credunt auferet. Quod cũ dixisset: vix ꝑualebat eũ abripere thermut: cũ etiã rex segnior eét ad eius necé: deo hmôi ꝓpter ꝓuidentiã salutis moysayce faciéte. Alebat itaq3 multa sollicitudie: ꝛ hebreis quidé in eo erat spes optima circa cũcta: suspitiõis võ eius cremétũ generabat egyptijs. Et cũ nullus eét certus: vt vel si occideret rex infanté ꝛ cognatũ ꝓpter adoptioné: aut aliorũ3 quilibet: quid amplius ad egyptijs vtilitate3 ꝓdesset: quo iam nõ metuerent de presentia futurorũ3 abstinebant omnes ab eius nece. Cap. VII.

MOyses itaq3 ꝑdicto mõ natus ꝛ nutrit⁹: ꝛ trãsiens ad etaté ꝑfectã: egyptijs formã sue virtutis ostédit: ꝛ ad humiliatõe3 quidé illorũ: augmentũ vero hebreoꝝ factũ est: vt hmôi occasio ꝓueniret. Ethiopes cũ sint ꝓximi egyptijs: negocia sua in eorũ regioné portabãt: ꝛ referebãt egyptioꝝ. Illi irati castrametati sunt: vidicaturi cõtéptũ: prelioq3 cõmisso deuicti: alij ceciderũt: alij vero turpiter domi reuertétes euadere potuerũt. Secuti ãt ethiopes ꝛ arbitrãtes defecisse illos: ꝑsumptiõe sua oém egypti ꝑ uintiã obtinere poti⁹ exarserũt: gustãtesq3 eorũ3 bona: ab eis se nõ abstinebãt. Cũq3 vicinas ptes adeuntib⁹ nõ ꝑsumerét repugnare: accesserũt vsq3 ad mépbis: ꝛ mare nulla ciuitate. s. resistere ꝑualéte. His ergo malis obstricti: ad respõsa ꝛ diuinatiões egyptij sunt cõuersi: ꝛ deo eis ꝑbente cõsiliũ: vt auxiliatore vterent hebreo: iussit rex filie vt daret moysen ducé a se ꝯstituédũ. Illa sacramétis ꝑbitis: vt nihil ei fieret mali: tradidit moysen: ꝑ magno quidé bñficio indicãs eius auxiliũ: ꝛ adnihilãs sacerdotes: qui eũ velut hosté ꝑdixerãt occidédu3: quasi nesciétes ꝙ aliqñ vtile foret eius auxiliũ.

Moyses võ a thermut exorat⁹ pĩter ꝛ a rege: libéter hoc suscepit opus. Gaudebãt ergo sacri vtriusq3 gétis scribe: egyptioꝝ quidé tanq3 ei⁹ virtute hostes deuincerétur: ꝛ moysen ipso dolo cõprimerét: hebreoꝝ ãt tanq3 hec eis occasio foret: egyptios oino diffugere: quo moyses eoꝝ dux eét. Ille anteq3 hostes cognoscerét eius inuasione3 sumés ducebat exercitũ: nõ ꝑ fluuiũ iter faciés: sed ꝑ terrã: vbi sapiétie quoq3 sue mirabile fecit indiciũ. Nam cũ terra valde sit seua iter agétib⁹: ꝓpter reptiliũ multitudiné: q2 illic hec oia nascunt: ita vt etiã que apd alios nõ sunt: sola illa terra nutriat virtute atq3 malicia: ꝛ aspectu solito differétia: quoꝝ sunt aliqua etiã volatilia: vt cũ ð terra nocere nequeãt: supuolãdo nõ ꝓuidétes occidãt: ꝑ cautela exercit⁹ ꝛ itinere eoꝝ inoxio: hoc mirabiliter adinuenit. Plectas ex papiro fecit in modũ arcaꝝ: easq3 cõplens de hibicib⁹ secũ portabat. Hoc ãt aial ẜpentib⁹ inimicũ é: fugiũt eni eas aduenietes: ꝛ cũ se celare voluerit: velut flatu ceruoꝝ abrepte deuorãt. Hibices valde sunt mansuete: ꝛ generi tm̃ ẜpentino feroces. Et de his quidé ꝑtereo nũc scribere: nõ ignorãtibus grecis q̃le sit genus hibicis. Dum võ ad terrã nutricé bestiaꝝ venisset: ꝑ eas vt dixi naturã ẜpentu3 expugnabãt: eisq3 velut aduersus hostes vtebãt. Hoc ergo mõ iter agens: añq3 ethiopes agnoscerét superuenit: ꝛ ꝯgressus cũ eis pugna deuicit: speq3 quã hébant ꝯtra egyptios ꝛ eoꝝ ciuitates abstulit: ibatq3 subuertés oia: ꝛ terrã ethiopũ maxia virtute deuastabat. Tũc ꝑ felicitate al's ꝑ felicitaté: moyseos cũ de labore suo gustassent: egyptioꝝ exercit⁹ fatigationé mime sentiebat: tanq3 ꝑter eu3 seruituté ꝛ nouissimũ subuersiõis ꝑiculũ potuissent egyptij sustinere. Post hec aũt insequẽtib⁹ egyptijs cunctos ethiopes in Saba ciuitate regia ethiopie: qua3 postea cãbises meroinde noiauit: a sororis sue noie obsidebant. Erat eni inexpugnabilis locus ille cu3 ꝛ Nilus circũdaret eũ ꝛ circũcluderet: ꝛ alia flumia astabus ꝛ astabusras: fluct⁹ difficiles obijcerent eis: qui illic transire tentarét. Ciuitas eni interior existés habitabat. vt insula muro circũdata vallo fortissimo: ꝛ cõtra hostes quide3 ꝓpositus habet fluuios. Fossata vero grandia inter muros ꝛ flumina sunt: q̃tenus iundari non possit ciuitas: aque illic violétia deportata: hec3 res illa flumia trãseuntib⁹ difficilé faciebãt

Ethiopes: egyptios deuic[...]

Vbi nascuntur magni et vene[...] nosi serpentes. s. i ethiopi[...]

plectas. al' c.

bibices. aialia [...]

Moyses ethiopes debellat

sabba

Moyses inoratur.

ciuitatis inuasionē. Cū ergo grauiter ferret moyses segniciē exercit⁹: qn̄ hostis nequaq̄ȝ venire p̄sumeret ad man⁹ tunc aliqd tale p̄uenit. Tharbis filia regis ethiopū fuit. Que dū moysen circa muros exercitū applicātē: fortiterq̄ȝ videret pugnantē ei⁹ efficaciā expiētiāq̄ȝ mirata: ꝛ desperantib⁹ iam pridē egyptijs: libertatis auctorē eū extitisse bonos sue euent⁹ felicitat⁹ existimans: ethiopib⁹ scilicet exultantib⁹: in his que circa eos gesserant: eūq̄ȝ tunc piculis inherere cōspiciens: in amorē eius est lapsa crudeliter. Et cū passio p̄ualeret: misit ad eū fidelissimos seruoꝝ: ut ei de nuptijs loq̄rēt Illo vō sermonē eius suscipiētē: ut traderet ciuitatē: prebitiq̄ȝ federib⁹: ut ꝛ vxorem eā duceret: ꝛ ciuitatē obtinēs: nequaq̄ȝ pacta trāscenderet: effect⁹ verba p̄uenit: ꝛ post necē ethiopū grās agens deo moyses: nuptias celebrauit: ꝛ egyptios in p̄priā terrā reduxit Illi vō ex quib⁹ saluabanť a moyse: ex his odiū aduersus eū habebāt: ꝛ feruentiorib⁹ aduersus eū cōsilijs vtebāt arbitrātes: nō p̄pter bonos act⁹ eū i egypto ita creuisse: inotuerūtq̄ȝ regi: qd de facta cede p̄uenerit. Ille itaq̄ȝ apud se idustriā viri cōtinuit: inuidia vō ducatus Moyseos: ꝛ oppressiōis sue formidine tactus: cōpulsusq̄ȝ a sacris scribis: nitebať i moyseos cede grassari. Capitulum. VIII

Cumqꝫ iam q̄draginta transissent dies: totidéqꝫ noctes: moyses astitit: nullo cibo hominibus ꝯsueto participatus: ⁊ gaudio apparens: totum ꝯpleuit exercitū: ꝓuidē tiamqꝫ dei quā circa eos haberet exposuit: simul ⁊ ordinē ſm quem viuētes eēnt habituri felicitatē: dicens ostensum sibi per hos dies ⁊ tabernaculum: quale sibi de⁹ vellet fieri in quo descendens ad eos ipse veniret: vt etiā migrantes ex inde illud portarent: ⁊ nequaq̄ꝫ ad montē syna egerent ascendere: qn̄ ad eos ipse descenderet de⁹: vt eoꝝ adesset orationib⁹. Fiat inquit tabernaculum mensuris ⁊ opibus que ipse monstrauit: vobis vtiqꝫ ad hoc opus insegniter accedentibus. Et cū hoc dixisset: duas tabulas ostendit eis: habētes scripta illa decē precepta: in vtraqꝫ quina. Erat in ea iscriptio manus dei. Illi vero gaudētes in his que videbant ⁊ audiebant a principe: quo possent eū laudare studij sui munificentia non cessabant: sed deferebant argentū ⁊ auꝝ: simul ⁊ es: lignaqꝫ ⁊ magnā valde materiā: q̄ nequaq̄ꝫ potuisset putredie violari: capraꝝqꝫ pilos: ⁊ ouiuꝫ pelles: alias quidē hiacinto: alias v̄o coccino: alias purpureo flore tinctas: alias album colorem p̄bentes: lanasqꝫ p̄dictis fucatas coloribus ⁊ linū byssinū: lapidesqꝫ isertos auro: qb⁹ hoies ornamēti gr̄a solēt vti: pecudūqꝫ multitudinē offerebāt pariter. Ex tali nāqꝫ materia tabernaculū fabricatū ē: qđ migratū: et ꝑ loca diuersa deuectū: nihil differebat a tēplo. His itaqꝫ a singulis cū magno studio oblat͛: supra modū vniuscuiusqꝫ v̄tutis: atqꝫ donatis architecto: mādato dei i his ꝯstituuntur operibus: quos populus elegerat sibi potestate collata quorum nomina hec sunt: que sacris inscripta libris inueniunt᷑. Beseleel vri filius de tribu iuda: ⁊ marie sororis moysi: ⁊ heliphas isamach filius de tribu dan. Et populus sigdem tanto studio in cūctis rebus obediebat: vt etiā moyses eos suspenderet: dicens sufficere ea que data fuissent. Hoc etiā artifices iam predixerāt abundare. Accedebant ergo ad opus tabernaculi faciendū: ⁊ moyses eos singulam quāqꝫ mensuram ſm ostensiones dei simul ⁊ magnitudinē: quantaqꝫ oporteret fieri vasa sacrificijs ministratura diuinis edocebat. Mulieres aūt largitatē suam circa sacra velamina: ⁊ circa alia quecunqꝫ huiusmodi operibus erāt necessaria: ꝓpter deū in ornamēto ⁊ preciosis lapidibus offerebant. Omnibus itaqꝫ in preparatione iam cōstitutis, auro: argento: ⁊ ere ⁊ textilibus rebus: predicēs festiuitatē moyses: ⁊ sacrificia ꝓ vniuscuiusqꝫ virtute facienda: ad instituendū tabernaculi opus accessit: ⁊ atriū pri⁹ mensus ē ita. Ca. VII

Latitudinē quidē qnquaginta cubitoꝝ centum v̄o longitudinē: tabulasqꝫ ad instar columnaꝝ statuit ereas qnqꝫ cubitoꝝ habētes altitudinē: in vtroqꝫ latere tabernaculi. xx. ꝑ longū: ꝑ latum v̄o. x. Anuli tabulis singulis inerant: ⁊ capita tabulaꝝ argentea. Bases aūt deaurate ⁊ celate ꝑ circuitum: ⁊ in terra ꝯfixe: ꝑtingebātqꝫ funes ab anulis ducti vsqꝫ ad capita clauoꝝ eneoꝝ qui erāt magnitudine cubiti: ⁊ ꝑ singulas tabulas in terrā valide positi: vt ex violētia ventoꝝ tabernaculū imobile custodirent. Cortina v̄o mollissima ex bysso ꝑ oia vndiqꝫ pendebat a capite tabularuꝫ descendens ad basem vsqꝫ cōclusa al's diffusa: ⁊ cōcludens oēm ꝑ circuitum locū: vt nihil a piete differre videret᷑. Sic itaqꝫ habuerunt tria latera atrij ꝑ circuitū: quartum v̄o latus fuit qnq̄ginta cubitoꝝ: qđ frons erat totius opis: vbi. xx. qdem cubiti erant aperti: quattuor habētes tabulas in modū portaꝝ: oēsqꝫ ope argēti factas p̄ter bases erātqꝫ enee. Ex vtroqꝫ eni latere portaꝝ terne erant tabule constitute: ⁊ ꝓpter portarum fortitudinē incastrate: ⁊ ꝑ eas cortina byssina circūibat. Et cū eēnt porte. xx. cubitoꝝ longitudine: altitudine v̄o qnqꝫ: velum in eis erat ex purpura: ⁊ cocco: hiacinto: ⁊ bysso factum multis floribus ⁊ varijs: exceptis animalium figuris ornatū. Intra ianuas aūt aspsorium erat eneū: similē habens basem: ex quo sacerdotibus man⁹ diluere: pedesqꝫ perfundere moris erat: ⁊ ambitus quidem atrij erat ornatus hoc mō

Tabernaculum aūt statuit in medio eius loco conuersum ad orientē: vt mox cum

Tabernaculum portanuum en deus deuoret: orationes [illegible]

Ornatus Tabernaculi.

sol oriretur: in eum radios suos emitteret. Cuius longitudo quidem.xxx.cubitorum erat: latitudo vero.x.cubitoꝝ habebat spacium: ⁊ alter quidem paries erat australis: alter vero conuersus ad aquilonem: postergū vero eius relinquebatur occasus: cuiꝰ altitudinem tantam oportebat ascendere: quātam latitudinem esse constabat. Erantqꝫ tabule ex ligno: ex vtroqꝫ latere.xx.cubitoꝝ scemate quadrangulo facte: latitudine q̄dem vnius ⁊ dimidij cubiti: altitudine vero quatuor digitoꝝ. Lamine autem facte ex auro erant ꝑ interiorem exterioremqꝫ ꝑtem: quibus singulis tabulis erant cardines bini immissi ꝑ duas bases que erant argentee ⁊ in suis foraminibus tabularum cardines suscipiebant. Parietis vero occidentalis tabule sex erant quidē alterutris omnes ꝑfectissime copulate: vt aptissime his compaginatis: vnus earum paries esse videretur: intrinsecus ⁊ extrinsecus deaurate. Ex lateribus autem erant tabule nūero.xx.quarum latitudo habebat mensuram vnius ⁊ dimidij cubiti: altitudo tertiam ꝑtem palme: ⁊ ita.xxx.cubitos adimplebant. Posterioris vero parietis.ix.cubitos sex tabule faciebant: quibus cōiuncte sunt alie due tabule ex medio cubito facte: q̄s angulares posuerunt ad instar maioꝝ tabularum. Singule vero tabule anulos habebant aureos ꝑ exteriores partes eminētes: velut quibusdam radicibus confixos per ordinem: adinuicem ꝑ circuitum respicientes: ⁊ ꝑ eos deaurati vectes immissi: vno quoqꝫ habente magnitudinem cubitorum.v.erantqꝫ ad coniunctionē tabularum: intrabatqꝫ caput vectis vniuscuiusqꝫ in alio vectis capite: veluti in modum coclee al's conche: ⁊ postergum parietū in longitudine positoꝝ vnus erat ordo: ꝑ tabulas omēs vadens: quo ꝑ vncinos vtriusqꝫ parietis latera cōtinebantur incastrationibus factis ⁊ immissis adinuicem. Quod propterea sic exquisitum est: vt neqꝫ a ventis mouerentur: neqꝫ alia causa tabernaculum conturbaret: sed immobile secura quiete seruaretur

Intrinsecus autem longitudinē eius triꝑtite diuisit: id est decem cubitos ad interiorē partē profuturos distribuit. Quibus dimensis: in medio quatuor tabulas similiter oꝑatas statuit paululum abinuicem disiunctas ab alterutris que seꝑarent.x.cubitos a reliquis.xx.⁊ quod interius erat eorum aditus vocabatur: reliquum vero tabernaculum sacerdotū erat. Hanc itaqꝫ tabernaculi dimensionem ad instar rerum nature constituit. Tertia siquidem pars eius que erat intra quatuor tabulas: que sacerdotibus intransgressibilis videbatur: velut celū dei erat reliqui vero.xx.cubiti sicut terra ⁊ mare gressibilis est hominibus: ita solis sacerdotibus adiacebat. Per frontē vero vnde ingressus erat factus: columne stabant ex auro facte: ⁊ eneis basibus supposite numero.v. Tegebatur autē tabernaculum cortina ex bissino ⁊ purpureo: ⁊ iacintino: ⁊ coccineo coloribus facta. Et cortina quidē prima cubitoꝝ erat.x.⁊ vndiqꝫ eas tabulas obtegebat: que diuidentes templū: introitum interius habebant: ⁊ hoc erat quod faciebat: vt a nullo videretur. Et omne quidem templum sanctum vocabatur: quod vero erat interius ⁊ inaccessibile: vltra quatuor tabulas sanctum dei. Cortina autem erat speciosa: quasi floribus vniuersis de terra germinantibus variata: alijsqꝫ omnibus intexta quecunqꝫ preter animaliū formas poterant exornare picturis. Alia vero huic ⁊ magnitudine: ⁊ textu ⁊ colore vicia.v.columnas in ingressu positas obtegebat: ab angulo sūmitatis vniuscuiusqꝫ colūne cortina: anulis cōtinentibus vsqꝫ ad medietatem columne depositam. Reliquū vero ingressus erat sacerdotibus accedētibus: suꝑ quam linea erat alia cortina eiusdem magnitudinis: funibus eam ꝑ annulos ducentibus ac retrahentibus: vt tegeret omnia: ⁊ impediret aspectū intuēdi sacrificia ⁊ maxime in diebus insignibus. Nam ⁊ in reliquis diebus: ⁊ precipue q̄n videret nubilū: textus eius tegminis fortis erat: ⁊ laborē facilem sustinebat. Unde ꝑmansit ista consuetudo etiam edificantibus nobis templū: quatenus velum huiusmodi in ingressu appendatur. Decē vero alie cortine erant singule latitudine cubitoꝝ quatuor:

longitudine vo octo: z.xx.aureos habētes vncios: ad copulandū alterutris vncinis z anulis: vt coniūcte simul: vnam viderent efficere. Que extense: templum z qd erat desup obtegebant: z parietes a lateribus z a tergo stantes a terra vno pede suspense. Eiusdem vo latitudinis z alie cortine vna plus numero. i. xi. erant: lōgitudine tamē excellētes. Erant eni iste. xxx. pedū: texte vero de pellibus: sicut ille de lana: similes omnes sigillata varietate contexte erant vsq ad terraz tegmine suo diffuse: ad instar thalami culmen velaminis exhibētes: vna cortina ante frontē pendēte. Undecima namq cortina ad hoc erat assumpta: alie super has ex pellib9 facte: pro tegmine z adiutorio desuper erant imposite: pter estū: aut imbrium certe diffusionem. Multos itaq stupor habebat inspiciētes a longe: nam colorem eius in nullo differre putabāt celo. He vo ex pilis z pellibus facte pendebāt: sicut illud velum portaz: z estuum pariter z imbriū iniurijs repugnantes. Hoc ergo mō tabernaculum cōstitutum est

Facta est aūt z arca deo ex lignis natura fortissimis: Cap. VIII.
z que nequaq putredinem sustinerent: que hebraica lingua vocantur heron. Cuius cōstructio erat huiusmodi: longitudinis qdem. v. cubitoz: latitudinis triū ex auro purissimo. Intrinsecus aūt z extrinsecus sic tegebatur: vt eius ligna celarēt z aureis cardinibus tegmē cōpaginatuz habuit valde mirabile: z vndiq simul equale: nullaq pars eius cōpaginationem poterat violare. Per vtrunq vero latus lōgitudinis eius anuli erant aurei bini: totū lignū penetrantes: z per eos vectes deaurati immissibiles per vtrunq latus: vt quotiens opus eēt per eos arca moueret. Nō eni in vehiculo: sed a sacerdotibus portabatur. Super tegmen vo eius erant figuratiōes due: quas hebrei cherubin appellant. Sunt eni aialia volatilē habētia figuram: que a nullo hominum est inspecta. Hec dixit moyses se vidisse in dei sede figurata. In hac ergo arca duas tabulas recōdidit: in quibus fuerant decē verba cōscripta: quina quidē per singulas tabulas binas: semis aūt p vnāquāq paginulam: z has in aditu collocauit. Cap. IX.

In tēplo vo mensam posuit proxime velut delfigam als deificā: habentē longitudinem duos cubitos: latitudinē vero vnum: z altitudinem triū palmoz. Erant aūt pedes eius ex medietate inferioris ptis: facti per circuitum rotundi z tornatiles: qd vero ad supiora tendebat: quadranguli operis erat: habebatq per circuitum vniuscuiusq lateris labiū exornatum: velut quattuor digitis alto ligno circūeuntem supiorez z inferiorem eius corporis partem: z per singulos eius pedes supius labio erāt anuli: per quos vectes deaurati mittebant in ligno qd eminebat. Sinum eni habebant: vbi anuli erāt cōmissi: z his p viam portabatur. Ponebatur aūt in tēplo ad aquilonem cōuersa: nō longe ab aditu: z. xij. panes azimos in ea ponebāt: senos per ptes mundos valde: ex farina duoz assarioz: que mensura hebraica. vij. cotilas atticas habet. Sup panes aūt ponebant due phiale auree thure plene. Post dies aūt. vij. itez panes alij portabantur: die qui a nobis sabbatum appellat. Septimanam siquidem nostri sabbatum vocant. Causam vo hui9 rei in alijs edicemus. Cap. X.

Contra faciem vo mense respicientis ad pietē meridianū constitutū erat candelabz ex auro factum fusile: pondus habens minas centum qd hebrei dicūt cinchares: qd greca lingua interpretatum: talētum nuncupat. Fecit aūt z sperulas: z lilia: cū calamis: z scyphis: erantq omnia. lxx. ex quibus in vna base compositum erat omne candelabz in altitudine: z in tantas cōstitutum ptes: in quantas distribuunt planetas z solē. Consumaturq in. vij. capita alterutra per ordinem cōstituta: in quibus lucerne ponuntur septē: imitantes singulas planetaz: respiciuntq ad orientem z meridiem: candelabro obliquo posito. Inter quod candelabz z mēsam interiorem sicut dixi thuribulum erat z altare: de ligno quidem vnde z priora sunt fabricata

imputribili & forti: ex vno quoq; latere cubitū latitudinis habens: altitudinem vero duplicē: eratq; craticula aurea in ea facta: habebatq; per singulos angl'os coronas aureas purissimas sex: & anuli & vectes inerant quibus p itinera a sacerdotibus portabatur. Erat autem & altare ante tabernaculū constitutum: & ipsum quoq; de ligno: mensuram vniuscuiusq; lateris quinq; cubitorum: altitudine vero trium: similiter exornatum: & ex laminis aureis al's ereis adopertum: cui suberat craticula in modum rhetiarum factum. Suscipiebat enim terra ignem qui de craticula ferebatur: quia bases ei non erant subiecte. Diuerse autē ponebantur fuscinule: & phiale: forcipes & sciphi: & quecunq; alia vasa ad sacrificium fuerant facta: omnia erant erea: & tabernaculum quidem huiusmodi erat: necnon & eius vasa. Ca. XI.

Facte sunt etiam sacerdotibus vestes omnibus alijs quos chananeos vocant pariter & principi sacerdotum: quem arabarchin appellant quod significat principem sacerdotum. Quotiens aūt sacrificia sacerdos adiret purificabatur. Lex enim purificationem fieri iussit: & aliorum quidem sacerdotum vestes erant huiusmodi.

Arabarchis

Vestes sacerdotum.

Primū quidem induebatur manachasin: quod constrictoriū poterat dici. Est aūt cinctorium circa femora subtile ex bisso contorto contextū: ingredientibus per eū pedibus velut deuastrapis. Scinditur vero vltra medietatem deorsum: & vsq; ad lumbos astringitur. Super hoc autem lineo indumento duplicis sindonis bissine vestit: qd cethomōe quidē vocat hebraica lingua: significat vo lineū. nos ei lineū cethon appellamus. Est aūt hec vestis tunica vsq; ad talos: corpus omne complectens: & manicis brachia valde constringens: accinguntur circa pectus modice sup ilium zonā circūducente latam: quasi digitis quatuor varie ita cōtextam: vt videatur pellis esse viperea: in qua flores intexti sunt coccinei purpure: cum iacinto & bisso cōmixti. Stamen eius zone est solūmodo bissus: & summens initiū cincture a pectore: & circūdare dicitur iterum ante pectus: & vsq; ad crura dimittitur: donec sacerdos nihil operiat. Pro decore nanq; videntium est ita cōpositum. Cum vero ad studia sacrificiorum: & ministeriū preparatur: ne impediatur opus in leuo humero eā portat. Quod moyses qdē arrabanech appellauit: nos aūt a babylonijs discentes: bemsaneā vocam⁹. sic enim apud eos hec tunica nuncupatur. Sinū vero nusq; habet hec vestis: sed larga est ad collum eius apertura: & nastali ex vtraq; parte oram eiusdem vestimenti a parte pectoris: & scapularū astringunt: hoc etiam bassabazan vocatur. Sup caput autem gestat pileum in modū paruuli calamaci: aut cassidis quod extenditur super summitatem capitis & modice verticis medietatē excedit: vocaturq; masnemphtis & tale est vt videatur ex lini factum textura: habens vitta: que inuolute sepius cōnectuntur: ne facile dilabatur. Deinde aliud vnum velamen desuper circūdatur: descēdens vsq; ad inferiora barbe: celans pillei illius ligaturam: & totam capitis superficiem: aptaturq; perfecte: ne laborante sacerdote circa sacrificia corruat. Quales sint ceterorum sacerdotum vestes declarabimus. Princeps sacerdotum ornatur quidē & istis: nihil ex predictis vestibus derelinquens: superinduitur autem tunica de iacinto facta: que & ipsa talaris est: vocaturq; mechir ḃm linguam nostram: que zona constringitur: coloribus predictis & floribus exornata: auro contexto variata: ornatusq; in fimbrijs eius inest velut malorum granatorum: & tintinnabulorum aureorum multo decore factorum: ita vt inter duo tintinnabula malumgranatum habeatur: itemq; inter duo malogranata tintinnabulum. Est autem hec tunica ex duabus incisionibus: vt sit suta super humeros: & p latera: sed vno velo in longum vndiq; circumtexta ad collum habens tantūmodo sectionem non e latere: sed in longū fissam a pectore ad medias scapulas. Uitta autem ei consuta est: ne possit eius apertio turpiter apparere. Similiter & vnde manus egrediuntur apertum est. Ad hec autem tertio induitur

Cethon

vestimento: qđ dicitur ephot. Simile est aũt superbumerali grecoꝝ. Fit eniʒ hoc mõ vt sit textus eius magnitudine cubiti de cunctis coloribus: auroqʒ variatus: amplectens omnẽ pectoris locum: ꝛ ad manus eiciendas aptum est: ꝛ omni scemate tunice simile est. Huic vestimẽto locus vacuus in medio pectore magnitudine palmi dimittitur vbi inseritur essin: quod greca lingua logion: latina rationale significat: ꝛ complet totum ephot: hoc est illum locũ quẽ texentes propterea reliquerũt vacuuʒ: vnitqʒ ephot cum rationali: anulis aureis ꝑ circulos singulos sub equalitate cõmissis ꝑ vittam hiacintinam: que imittitur ꝓ ligaturis ꝛ consertionibus alterutris anulorum. Ne autem vacua esset medietas anulorum: ꝛ rationalis: filis hiacintinis adinuentũ est vt ea loca ꝯsuerent. Superbumerale vᷣo duo sardonici lapides infibulabant ꝑ singulos humeros auro clausi: habẽtes ꝑ extremitatẽ circellos aureos: in quibus suscipiunt rationales ligaturas. His lapidibus inscripta sunt nomina filioꝝ iacob ꝓuincialibus litteris lingua nostra sena ꝑ lapidẽ: seniores aũt in humero dextro sunt. Inserti sunt aũt in essin: id est in rationale duodecim lapides: magnitudine ꝛ decore ꝑcipui. Hoc ornamẽtum ꝓpter eminẽtiam eius honoris ab hominibꝰ possideri non potest. Isti siquidem lapides per quattuor ordines terni ꝑ singulos ordines constituti sunt: habẽtes aureas ꝑ circuitum coronas: quibus inclusi consertiqʒ sunt: ne possit quocunqʒ modo textura corrupta defluere. Et in primo quidem ordine trium lapidum: incohoat sardonix: topasius: smaragdus. In secundo habet carbunculũ iaspidem: saphirum. In tertio incohoat ligurius: deinde ametistus: achates est tertius: qui ꝛ post alios est nonꝰ. In quarto ordine tenet chrisolitus principatũ: post quem onix: deinde berillus: qui est vltimus omnium. Littere autẽ in omnibus istis sculpte sunt nominibus filioꝝ iacob: quos tribuũ principes arbitramur: singulisqʒ vtiqʒ lapidibus eoꝝ nomina referentibus ƀm ordinem: quo nati esse noscuntur. Cũ ergo per se illi quos diximus anuli sint infirmi: nec possint pondus lapidũ sustinere: alij duo maiores in extremitate rationalis que respicit ad collum eminẽtes: ipsam texturam faciunt qui suscipiant catenas aureas opere plectili veniẽtes ꝑ fistulas quasdam ab extremitatibus humeroꝝ: quaꝝ catenaꝝ summitas ascendens ꝑducitur post tergum: ꝛ in circulo qui est ad dorsum in superhumerali conseritur: ꝛ hoc est rational' munimẽ eximium: ne possit aliqua ꝑte disrumpi. Zona vᷣo rationalis consuit' de colorib9 predictis auro conserta: que ex vtroqʒ latere circunducta: ꝛ iteꝝ reuoluta ãte pectus ex ambabus summitatibꝰ pendere dimittitur: ꝛ habet quasdam fimbrias ex aureis fistulis miro decore compositas in vtraqʒ zone summitate pendẽtes. Pilleum aũt priori similitudine operatum habet pontifex: sicut reliqui sacerdotes: ꝛ aliũ consutum ex hiacinto variatum. Circũdatur vᷣo ei ꝛ aurea corona: tribus versibus facta: supra quã surgit in media fronte quasi caliculus quidã aureus: similis herbe: que apud nos acchoro nuncupatur: quã greci hyoscoamos dicunt. Ne quis autem cum non viderit hanc herbã ꝑ ignorantiam naturam eius ignoret: significo huiusmõi hominibus eius modum. Hec herba frequenter vltra tres palmos oborit': radicem vᷣo rotundam habet: ꝛ quasi rape similẽ: folia vᷣo eius mẽte propinqua sunt. De ramis aũt eius oriuntur caliculi rotundi: ꝛ in circuitu habet oculos: vnde fructꝰ egreditur. Calicem ergo quẽ diximus supra coronam auream positum habet magnitudinem digiti minoris: cuius cauatio rotunda est: quasi cratheris: quem tamen latiꝰ condiscipulis explanabo. Est aũt quasi spera diuisa: ꝛ circa fundum aliam habet incisionem a radice rotundatam. Deinde paulatim cauatura colligitur: ꝛ ad superiora denuo decenter aperitur: ꝛ in labio ita colligitur: vt ꝓprie videatur emisperium mira rotunditate tornatum. Super hunc iterum oriuntur incisiones quasi extremitates malogranatoꝝ spinose: ꝛ in acutissimum deficientes cacumen: quia semper seruat et

Lapides ad ornamẽtũ uestis sacerdotaliũ duodecim

Accoro hba hebrayce. grece hyoscoamos. mire plenitudinis.

fructum huius caliculi superpositio seminis syderiditis vicium. Habet autem flores similem plangatini: et per circuitum tota corona his floribus est celata: ab occipitio vsq3 ad vtrunq3 tempus. A fronte vero hoc quidem non habet: sed lamina est aurea: sacrisq3 litteris nomen dei habet inscriptum. Hoc igitur est pontificis ornamentum

Mirari siquidem quilibet poterit odium hominum quod circa nos habere nō desinunt: quasi nobis hoc modo diuinitatem deridentibus quam ipsi non quiescunt colere. Siquis enim tabernaculi positionem consideret: et sacerdotalem inspiciat vestes et vasa quibus vtimur ad sacrificia celebranda: et legislatorem virum sacrum agnoscet et frustra nos ab alijs blasphemari percipiet. Nam singula queq3 hor ad similitudinem et formam rerum facta reperiet: si absq3 inuidia hec sapienterq3 velit considerare. Tabernaculum nanq3 triginta cubitorum trine diuisu3: in quo duas partes sacerdotibus cunctis distribuit: quasi profanū quendam cōmunemq3 locum terram et mare significat. Hec vtiq3 gressibilia cunctis sunt. Terciam partem soli dicauit deo: eo q celum ingressibile sit hominibus. Super mensam duodecim panes positi: significant annum mensium q̄titate tanta diuisum. Per candelabru3 de partib⁹ septuaginta compositū: septem planetarum decamonia tetigit. Et super illud septem lucerne ipsorum planetarum cursum ostendit. Tante nanq3 sunt numero. Cortine ex quatuor coloribus contexte: elementorum designant naturam. Bissus terrā declarat: eo q linum oriatur ex ea: purpura vero mare: eo q piscium sanguine coloratur. Aerem voluit significari p iacinctum: coccus vero est ignis indiciu3. Significat autem et pontificis linea tunica totam terra3: iacintina vero vestis polum que p malogranata chorusc ationes: per tintinnabuloru3 sonitum tonitrua indicare dinoscit.

Superhumerale etiam ad similitudine3 nature totius est: quando et illud deo placuit ex quatuor coloribus fieri: auroq3 contextum propter splendorem reor: qui mundo diffunditur. Rationale vero in medio superhumerali in modum terre constituit. Hoc vndiq3 nanq3 tenens medium locum 3one circulo significat oceanu3: qui vtiq3 cuncta suo limbo circundat. Indicat autem solem et luna3 vterq3 sardonix quos pontifex portat in humeris. Duodecim vero lapides seu menses: quis intelligere potest numerum stellarum: quem 3odiacū circulum greci vocant. Pileus videtur mihi celum imitari: cum sit ex iacinto: non eni3 aliter poterit superponi ei nomen dei. Et in corona designatur et in lamina aurea splendor quo diuinitas precipue gaudet. Et hec quidem tantūmodo declarata sufficiant: cum sepius et in multis virtus legislatoris oportune possit exponi. Ca. XII.

Igitur cum predictarum rerum terminus euenisset: nondū ministris sacris muneribus dedicatis: astitit deus moysi: et sacerdotium aaron fratri suo eum dare precepit: qui propter virtutis opus omnibus honore iustior haberetur. Tum ille colligens in ecclesiam multitudinem: virtutem eius et studium edicebat: et propter eos pericula passurum esse. Cunq3 in omnibus eum populus testaretur: et eius studium valde laudaret: Moyses ait. Uiri israelite: fabricā quide3 iam perfecta est: sicut ipsi deo gratum fuit: nobisq3 possibile. Quia vero tabernaculum oportet iam dedicari: decet prius fieri sacerdotem sacrificijs ministraturum: et pro nobis orationes facturum. Et ego quidem hac deliberatione mihi concessa: meipsum dignum hoc honore iudicabā3: eo q natura omnes sui potius amatores existant: et maxime: quia multū mihi sum conscius pro vestra salute laborasse. Nunc autem ipse deus aaron dignum hoc esse honore decreuit: et hunc sacerdotem nobis credidit iustiorem: sciens quia dignus induetur stola deo deuota: et curam habebit altaris: et ad hostias offerendas et orationes faciendas pro nobis libenter auditurus: qui curam habet generis nostri: virum quem ipse magis elegisse dinoscitur. Hebreis itaq3 placuere que dicta sunt: et

ordinationi dei prebuere consensum. Erāt enim aaron propter genus: ⁊ prophetiam ⁊ virtutem fratris: honore hoc dignior vniuersis: habebatqȝ filios illo tempore quattuor: nadab: abiud: eleazar: ithamar. Quecunqȝ vero ad fabricam tabernaculi preparata superauerant: hec iussit ad tegmen cortine ipsius tabernaculi: ⁊ lucerne: ⁊ thuribuli: aliorumqȝ vasorum expendi: quatenus hec per iter neqȝ pluuia neqȝ puluere vexarentur: ⁊ populum denuo colligens: singulos ad oblationem iussit offerre dimidium sicli. Siclus autem hebreorum nummisma quattuor dragmas atticas habet. Illi libenter que iusserat moyses: erat offerentiūqȝ multitudo sexcentorum quinqȝ milium ⁊ quingentorum quinquaginta virorum: offerebantqȝ argenti libras viginti: etate vsqȝ ad quinquaginta annos constituti: oblatumqȝ circa tabernaculi opus expendebatur. Purificauit autem ⁊ tabernaculum ⁊ sacerdotes hoc modo. Myrrhaȝ electam siclos quingenta: ⁊ totidem ireos cinamomi ⁊ calami. Est autem ⁊ hec species suauis odoris: priorem mensuram ⁊ medietatem: iussit horum contusa misceri: oleiqȝ oliuaꝝ pondus mensure prouincie que dicitur hin: duas coas atticas capiēs. Quibus permixtis: ⁊ coctis alias coactis: facta est arte vnguentariorum vnctio suauissima. Deinde sumens ipsos sacerdotes: ⁊ omne tabernaculum vnguens purificauit: offerens hostias multas ⁊ varias in tabernaculo: deinde aureum thuribulum: quod magni erat honoris al's oneris: ⁊ reliqua quorum pretereo narrare naturam: ne multiloquium fiat legentibus. Secundo autem die: id est ante solis ortum et occasum incensum fieri oportebat omnino: oleumqȝ purgantes: ad luminaria conseruabant. Quarum tres equidem lucerne super sacrum candelabrum deo tota die lucebant: relique vero accendebantur ad vesperum. Omniumqȝ facta sunt: optimi opifices beseleel: ⁊ heliab fuerunt. Nam ⁊ prioribus artificibus ipsi prepositi fuerant ad meliorem operationem iugiter exercendam: ⁊ intelligentiam rerum: quarum instructionem primitus ignorabant. Horum itaqȝ beseleel meliorem contigit iudicari. Igitur omne tempus ad opus faciendum transijt in mensibus septem: ⁊ post hoc ex quo egyptum reliquerant primus annus impletus est. Inchoante ergo anno sc̄do: mense xantico ẜm macedonas: nisan vō ẜm hebreos: in nono mense tabernaculum ꝯsecrarūt: ⁊ oīa vasa eius que iā declarata sunt. Ostendit aūt deus se gauisum in opibus hebreoꝝ: ⁊ non frustra eos laborasse in pulchritudine illius edificij: sed accessit ⁊ habitauit in eo tēplo. Presentiā suam nāqȝ hoc mō fecit. Celum siqdem mūdū erat: sup tabernaculum vō solūmō caligo facta est: non alta nube: satis aūt densa circūdans illud: vt tēpestas putaret esse: neqȝ rursus ita subtilis fuit: vt valeret ꝑ eam aspectus aliqd cōtueri: gratusqȝ al's gracilis ros ex inde defluebat: pandebatqȝ dei ꝑ̄sentiā his qui ⁊ volebāt ⁊ credebāt. Moyses aūt cū artifices qui talia fuerāt operati dignis muneribus honorasset: sacrificauit in tabernaculi vestibulo ẜm mandatum dei tauꝝ: ⁊ arietē: ⁊ hedū: pro peccatis. Dicturus aūt de his q̄ ad sacrificia ptinēt: etiā de his que circa sacrificia celebrantur indicaturus sum: simul ⁊ de qbus iussit holocausta fieri: ⁊ que comedenda tāqȝ cibos laxauit al's lex ait. Mactatis igitur aīalibus que predixi ex eoꝝ sanguine vestem aaron ipsumqȝ cū filijs aspergebat: purgās eos fontium aquis ⁊ vnguēto: vt dei fierent sacerdotes. Septē itaqȝ diebus hoc mō ipsos ⁊ eoꝝ vestes curabat: tabernaculum simul ⁊ eius vasa ex oleo ꝑlibato sicut iaȝ dixi: ⁊ sanguine hircoꝝ ⁊ tauroꝝ immolatoꝝ per singulos dies. i. vnoquoqȝ ẜm genus Octauam ergo festiuitatē denunciauit populo: ⁊ quēqȝ ẜm virtutē immolare precepit. Illi vō alterutros emulati: ⁊ sacrificijs supare semetipsos certātes: singuli festinanter dictis obediebant. Impositis aūt hostijs super altare: repente ex eis spōtaneus ignis accēsus est: ⁊ similis flamma fulguri chorruscationis emicuit: ⁊ oīa que erant sup altare ꝯsumpsit. Contigit aūt post hec ⁊ aaron calamitas quedā: vt tāqȝ

quid sit siclus hebraica lingu[a]

Quo ondit se ds grat[um] hebreis: pp tabnaculm.

Pertinētia ad sacrificia

Que mortui fuerunt duo filii Aaron ·

homo simul ⁊ pater de ea cogitaret: quam tñ fortiter tolerauit: q̃uo ⁊ circa casus anio fortis erat: ⁊ hoc voluntate domini ꝓuenisse iudicabat. Et quatuor nanqȝ filijs eius iam dixi duo seniores nadab ⁊ abiuth portantes suꝑ aram hostias: nõ quas predixe- rat moyses: sed quibus primitus vtebant̃ subito cõcremati sunt suꝑ eos igne magno impetu veniente: ⁊ pectora faciesqȝ eoꝝ inflammante: ita vt nullus eum valeret extin guere: ⁊ illi quidem ita defuncti sunt. Moyses ergo iussit patrem eoꝝ ⁊ fratres por- tare corpora extra castra deducentes: honore ꝯgruo sepelire luxitqȝ plebs eos nimis amare ꝓpter mortẽ q̃ eis sic inopinabiliter accessissȝ. Solos aũt frẽs eoꝝ ⁊ p̃rem nõ cogitare ex hac tribulatõe moyses exornauit: cũ deberẽt ꝑponere dei honorẽ sue tribu latõi. Iã eñi aaron sacerdotij stola videbat̃ indut⁹. Itaqȝ moyses oẽm honorẽ re spuens: quẽ sibi oẽȝ multitudinẽ videbat offerre: solũ dei ministeriũ celebrabat: ⁊ ali- q̃n q̃deȝ ad mõtẽ syna ibat: aliq̃n v̾o tabernaculũ ingrediẽs r̃n̄sa poscebat: de q̃b⁹ se orsuȝ rogabat deũ: ⁊ stola ꝑ̃uat⁹: ⁊ alijs se cũctis publicũ demõstrabat: i nullo ab alijs differre studebat: nisi vt eoꝝ curã ꝓuidere videret̃. Insuꝑ scribebat leges ẜm q̃s d̾o grati viuerẽt: ⁊ in nullo alterutros accusarẽt q̃s tñ dei ꝑ̃cepto ꝯstituit. Nũc igit̃ de cõuersatõe eoꝝ ⁊ legib⁹ exponã. Q̃d v̾o de veste põtificis ꝑ̃termisi: volo ꝓferre nullo mõ eñi malignitatib⁹ detrahentiũ reliq̃ occasiõȝ. Si qui tñ tales sint: vt cõtemnãt di- gnitatẽ dei cognoscere: oipotenteȝ deũ scire negligẽtes derelinquũt: siue ad sacra veni ant: siue adesse nolint: ⁊ hoc nõ solũ hebreis voluit eẽ manifestũ: sed etiã ꝑegrinis ista legentib⁹. Lapides aũt quos ferre suꝑ humerũ ꝑ̃dixi pontificẽ erant sardonices. Eoꝝ naturã puto ãplius oium ad humanã notitiã venientiũ effulgere. Dũ ergo ⁊ sa crificijs deus adesset: alter qui in dextro hũero portabat̃ micabat: ⁊ ex eo ita splẽdor exiliebat: vt etiã ꝓcul positis appareret: cũ prius hoc lapidi nõ inesset. Et hoc itaqȝ mirabile est: his tñ q̃ sapiaȝ nõ adiectõȝ diuinoꝝ opuȝ nãsciscunt̃. Q̃d v̾o est mirabi lius dicam. Per duodecim eñi lapides quos supra pect⁹ põtifex in essim sutos. i. in rõnale portat: victoriã pugnaturis deus ꝑ̃nũciauit. Tãtus ergo splendor fulgebat in eis: cũ nondũ exercitus moueret̃: vt oi fieret multitudini manifestũ: eoꝝ auxilijs ad- esse deũ. Vñ greci qui nostras solẽnitates honorãt: eo ꝙ nihil in his cõtradicere vale ant: essin rõnale vocãt. Cessauit itaqȝ ⁊ essin: ⁊ sardonix splẽdescere ãnis ducẽtis an teq̃ȝ hec ego ꝯscribereȝ: cũ de⁹ moleste ferret trãsgressiões legũ: de q̃bus sub oportu- nitate dicem⁹. Nũc aũt ad cõsequẽtia v̾ba cõuertar. Tabernaculo iã dicato: ⁊ or- natis sacerdotũ reb⁹: ppl̃s deũ apud se esse cũ tabernaculo iudicauit: ⁊ ad sacrificia sil̃r ⁊ regeȝ ẽ cõuersus: q̃si oẽȝ iam molestiã respuissȝ: ⁊ de futuris meliora desiderãtes mũera deo alia q̃deȝ cõiter: alia v̾o seorsuȝ de singulis trib⁹ offerebãt. Pricipes eñi tribuũ bini ⁊ bini cõuenientes vehiculũ ⁊ duos boues offerebãt: erãtqȝ vehicula sex: ⁊ ita tabernaculũ i itinerib⁹ deuehebãt. Ad hec aũt vnusq̃sqȝ eoꝝ phyalã: thuribulũ qȝ portabat: ⁊ capsaȝ capientẽ daricos decẽ: plenã thimiamatibus. Thuribula v̾o ⁊ phyale argẽtee erãt: habentia vtraqȝ siclos ducentos. In phyala tñ septuaginta so- lũmodo sunt expensi. Hec erãt plena farina: oleo cõspersa: q̃bus vtunt̃ ad sacrificia Suꝑ illas aũt oblatões vitulũ ⁊ arietẽ cũ agno ãniculo ad holocaustũ id est totũ incẽ- dendũ: ⁊ cũ his hircũ ꝓ oblatõe peccatoꝝ offerebãt singuli ꝑ̃ncipũ: sed ⁊ alia sacrifi- cia que salutares appellant̃ ꝑ singulos dies boues duos: ⁊ arietes quinqȝ cũ agnis anniculis ⁊ hedis. Isti eñi sacrificabant ꝑ duodecim dies: vn⁹ in tota die. Moy ses aũt nequaq̃ȝ ascendebat in montẽ syna: sed ingrediẽs tabernaculũ cõsulebat deũ de actu legũqȝ dispositõe: q̃s hũanã sapiaȝ ꝑ̃cellẽtes: oporteret firmissime oi tempe custodiri: ⁊ donũ dei esse cunctis ostendit: talesqȝ fore vt eas hebrei nec in pace ꝑ epu las: nec i bellica necessitate trãscẽderẽt. Sȝ de his q̃dẽ legibus dicere suppono aliaȝ scriptõȝ facturus: nunc tñ quarundã memorabor paucaruȝ: de purgatõe ⁊ sacrificijs

De conuersatione et legibus ·

positaꝝ. Eteni sermo mihi de sacrificijs faciendus ē. Duo sunt sacrificia: quoꝝ alíud qdē ab vnoquoqꝫ p̄o2e: alíud v̄o celebraꝛ a plebe: ꝛ hec qdē duob⁹ mōis effici unt: aliud qn̄ totū qd̄ imolatꝛ incenditꝛ: ꝛ ꝓpterea etiā nomē holocaustomatis habet: i. totū incensum: aliud v̄o qd̄ ꝓ gratiaꝝ actiōe psoluitꝛ: ꝛ ad immolationem epularuꝫ exhibetur. De priori nāqꝫ narrabo. Uir priuat⁹ holocaustū faciēs: imolat bouē: ꝛ agnū: ꝛ hedū: hec quidē ānicula. Boues aūt p̄mittuntꝛ imolare etiā iam maiores: sꝫ hec oia masculini generis fiant holocausta. His cesis: limbū altaris sanguine pfun dūt sacerdotes: deinde purgātes eā mēbrati incidūt: ꝛ oia sup altare iponunt: lignis instructū: ꝛ subiecto igne inflāmatū. Pedes cū iecore purgātes: ꝛ interi pinguedinē vna cū alijs offerūt: pellesqꝫ sacerdotes accipiunt. Et holocastomatis qdē iste ē modus. Pro grāꝝ v̄o actiōe hostias celebrātes hec aialia sacrificant: matura qdē et anniculis grādiora: masculina tm̄ feminis cōbinata: imolantesqꝫ hec: fundūt quideꝫ sanguinē sup arā: renes aūt ꝛ adipes: ꝛ oēm pinguedinē cū reticulis iecorum: ꝛ cum his caudas agni supponunt are. Pectora aūt ꝛ crura dextra sacerdotibus prebēt: ꝛ duobus dieb⁹ de reliqs carnibus epulantꝛ. Quecunqꝫ v̄o remāserint: concremātur.

Similiter p̄dicto mō sacrificij etiā ꝓ peccatis hostie celebrantꝛ. Qui v̄o maiora sacrificia nō h̄nt: offerūt colūbas aut turtures duos: quoꝝ ali⁹ qdē fit i holocaustū deo: alius sacerdotib⁹ datꝛ ad cibū. Tertius aūt de sacrificijs hoꝝ aialium i sacrificioꝝ ser mone dicem⁹. Qui. n. p ignorantiā i peccatū iciderit: agnā ꝛ hedū feminas eorūdem annoꝝ offert: ꝛ sanguinē quidē fundit sacerdos in arā: nō sicut pri⁹: sed angloꝝ tangit extremitates: ꝛ renes aliūqꝫ adipē cū rheticulo iecoris sup altare iponit. Sacerdotes aūt tollunt ꝛ pelles: ꝛ adipes: ꝛ carnes ea die ꝯsumēdas in tēplo: lex eni in cras relinq nō sinit. Qui v̄o peccat: sibiqꝫ ꝯscius ē: ꝛ nullū h̄et qui eū possit arguere: arietē immolat lege precipiente: cuius carnes in tēplo sacerdotes similiter comedūt ea die.

Principes in quib⁹ peccāt sacrificātes: ea quidē offerūt q̄ priuati: placant v̄o deū offerendo ad sacrificia tauꝝ ꝛ hedū masculos. Lex āt precipit in publicis priuatisqꝫ sacrificijs etiā farinā mundissimā adijci: in agno quidē assarij mensuram: in ariete v̄o duoꝝ: in tauro trium: ꝛ hoc sanctificant sup altare oleo mixtum. Nam ꝛ oleū offertꝛ ab immolantibus: in boue quidē hin medietatē: in ariete aūt hui⁹ mensure tertiā prē: ꝛ quartam in agno. Hin aūt mensura hebreoꝝ antiqua fert choas atticos duos: h̄m quam mensurā oleum offerebant ꝛ vinum. Uinum aūt circa aram libāt. Siquis sacrificium nō celebrans ꝓ voto simile primitias offerat: vnā dragmā sup arā mittit: reliquam v̄o ad vescendū sacerdotes accipiant aut ad coquendū. Nā ꝛ oleo fermētatꝛ aut certe ad faciendos panes sacerdoti tollēt: qd̄cūqꝫ ex ea ad holocaustū necessariū est. Prohibet aūt lex immolari alio die natum vna cū genitrice: sed nec aliter immolari p̄mittit: nisi cū octaua dies nati transierit. Fiunt ꝛ alia sacrificia ꝓ languorib⁹ eui tādis: aut ꝓ alijs causis: ꝛ equalia libamina cū hostijs expēduntꝛ: quoꝝ in crastinum aliqd remanere lex ꝓhibet: sacerdotib⁹. s. ꝓpriā sumētibus partē. Ex publico autē sumptu lex ē: agnū anniculū singulis dieb⁹ occidi: incohoāte die ꝛ termināte. Septia v̄o q̄ sabbatū nūcupatꝛ duos occidūt: eodē sacrificātes mō. In initio mēsis ꝛ quotidi ana sacrificia: ꝛ duos boues cū agnis āniculis septē ꝛ arietē mactāt: hedū v̄o ꝓ decli natione peccatoꝝ: si forte p casū obliuionis eueniant. Septio mense quē macedones hyperueretheū vocāt: adijciētes his q̄ p̄dicta sunt tauꝝ ꝛ arietē: ꝛ agnas. vij. imolāt: ꝛ hedū ꝓ peccatis. Offerūt sup hec duos hedos: quoꝝ alter qdē viu⁹ vltra termios deserti dimittitꝛ: futur⁹ ꝓ toto pplo expiatio ꝛ declinatio peccatoꝝ: alteꝝ v̄o in suburbanis in locū purissimū deducētes: cū ipsa pelle totū incendunt: nihil oino purgātes. Concrematur autem simul thaurus non oblatus a populo: sed ex proprio sumptu pontificis preparatus. Quo interfecto ꝛ allato in templuꝫ eius sanguine simul ꝛ hyr

ci: aspergit digito contra mensam als altare septies. Eodem autem numero ⁊ paui-mentum ⁊ totiens templum ⁊ auream aram: ⁊ reliquum quod est circa malus vesti-bulum: portans super hec extremitates ⁊ renes: ⁊ adipem cum rheticulo iecoris su-perimponunt altari. Prebet ⁊ arietem deo pontifex ad holocaustuꝫ. Quinta vero eiusdem mensis ⁊ decima: tempore ad hyemeꝫ vergente: tabernacula figere iussit sin-gulos per familias: metuentes frigus pro anni custodia. Dumqꝫ patriam peruenis-sent: in illa ciuitate quam propter templū metropolim haberent: festiuitatem eos sep-tem diebus agere ⁊ holocausta facere: ⁊ sacrificare deo: ⁊ pacificas offerre precepit: vtqꝫ in manibus portarent ramos mirre ⁊ salicis: summitatesqꝫ palmarum: ⁊ virgu-las malipersici. Prima itaqꝫ dierum in his fit holocaustū hostiarum ex tribus ⁊ decem bobus ⁊ agno vno aut pluribus: ⁊ arietibus duobus: adiecto hyrco pro decli-natione peccatorum. Sex autem diebus ipse quidem numerus agnorum ⁊ arietum cum hyrco sacrificatur: subtrahitur vero singulis diebus vnus bos: donec ad septi-mum veniatur: ⁊ ab omni tempore die octaua requiescunt: ⁊ deo sicut prediximus vi-tulum immolant ⁊ arietem: ⁊ agnas septem: ⁊ hyrcum pro declinatione peccatorum. Hec quidem hebreis tabernacula figentibus celebrare patrij moris est. Mense ve-ro xantico qui apud nos nisan appellatur: id est anni principium quartadecima luna sole opposito in ariete quo mense liberati sumus a seruitute egyptiorum: sacrificium quod tunc egredientes ex egypto fecerunt immolare nos ānis singulis quod pasca dicitur: celebrareqꝫ sanciuit: ⁊ vtiqꝫ celebramus illud per tribus nostras: nihil immo-latorum in crastinum reseruantes. Quintadecima succedit festiuitas azimorum: q̄ septem diebus celebratur in qua azimis vescuntur: ⁊ singulis diebus thauri occidun-tur duo ⁊ aries vnus: agni septem: ⁊ hec holocausta fiunt: hyrcus quoqꝫ pro peccato adijcitur: per dies singulos ad epulum sacerdotum. Secunda vero azimorum die que est sexta ⁊ decima frugum primitias quas metunt anteq̄ꝫ ex eis vescantur: deum indicantes iustuꝫ esse primitus honorari: quo sint hac vbertate completi offerunt isto modo. Siccantes spicarum manipulum ⁊ contundentes: ⁊ munda ad coquendum ordea facientes: are dei assarium offerunt: ⁊ vnam dragmaꝫ ex eo mittentes: reliquū sacerdotum vsui relinquunt: ⁊ tunc iam licebit omnibus pro sua metere voluntate. Immolant aūt in principijs frugū agnum in holocaustū deo. Septima vero sep-timana transacta post hoc sacrificium quoꝝ septem ebdomadaꝝ dies sunt quadragi-ta ⁊ nouem: penthecosten celebratur: quā hebrei asartha vocant: qđ significat penthe-costen id est quinquagesimā. In qua offerunt deo panes de alphita siccata factos cuꝫ fermento assarioꝝ duoꝝ: ⁊ ad mactandū agnas duas. Hec equidem duo offerunt solūmodo. Nam cenaꝫ sacerdotib⁹ p̄parant: nihilqꝫ ex his in crastinū relinqui p̄mit-tit. Immolāt aūt ad holocaustū vitulos tres: ⁊ arietes duos: ⁊ agnas quatuordeciꝫ duosqꝫ ꝓ peccato hyrcos. Nulla vero festiuitas est in q̄ holocaustū nō faciant: aut in qua ex opibus laboꝝ requiē non habeāt: sed in oībus ⁊ legitima imolatōis species: ⁊ certus vacatōis mod⁹ est: ⁊ eoꝝ q̄ ad epulandū imolant: ex cōi tñ simila coacta fer-mento carens dat assarioꝝ vigintiquatuor: ⁊ ad panes faciēdos expendunt. Coquē-tur eni duo diuisi añ sabbatū: ⁊ sabbato mane oblati sup sacrā mensā ponunt sibi ab alterutris cōuersi duab⁹ patenis aureis suppositis: thure plenis q p̄manent vsqꝫ ad aliud sabbatū: ⁊ tūc ꝓ illis alij deportant: illi vo sacerdotib⁹ exhibent: ⁊ thure incēso in igne sacro i quo oia holocausta fiūt: aliud thus sup aliud alios panes abijcit. Im-molat vo sacerdos de ꝓprijs expensis scđo p diē farinā oleo mixtā ⁊ modica coctōe duratam: quo fit mensura vnius assarij: cuius medietatem quidem mane: aliam ve-ro medietatem meridie igni solent offerre. De his itaqꝫ integriorem denuo non declarabo sermonem: sufficienter vero mihi etiam nunc de his videor enarrasse.

Moyses autem tribum leui a communione populi segregans: sacram vtiqȝ futu
ram sanctificauit fontiū aquis valde purissimis: ⁊ sacrificia pro talibus deo legitima
prebens: tabernaculum eis sacrataqȝ vasa: ⁊ reliqua quecunqȝ ad tegmē tabernaculi
videbantur fecisse cōtradidit: quatenus presidentibus ⁊ dicatis iam deo sacerdotib⁹
ministrarent. Et de animalibus discreuit singula que comederent: ⁊ a quibus se pe
nitus abstinerent. De quibus cum nobis occasio huius scripture prouenerit dicem⁹
adijcientes ⁊ causas: pro quibus motus: alia quidem nobis ad cibum esse precepit:
ab alijs autē abstinere imperauit. Sanguinis autē totius vsum ad vescenduȝ mo-
dis omnibus interdixit: animam illum ⁊ spiritum esse putans. Sed ⁊ carnes sponte
mortui animalis ab esu omnino prohibuit: ⁊ ab adipe ⁊ rheticulo caprino: ⁊ ouino: ⁊
bubalino: abstinendum esse predixit. Expulit autē a ciuitate etiam leproso corpore
maculatos: ⁊ semie defluētes: sȝ ⁊ mulieres quibus fit purgatio naturalis: remoueri
iussit vsqȝ ad septimam diem: post quā diem: quasi purgatas remeare permisit. Simi
liter autem ⁊ mortuo faciētes exequias: post totidem dies legitimuȝ est redire. Eos
autē q̄ super numerum horum dieꝝ in pollutione consistunt: sacrificare legitimum est
agnas duas: quarum alteram quideȝ sanctificare conuenit: alteram vero sacerdotes
accipiunt. Similiter autē immolant ⁊ pro eo cuius defluit semē: quotiens hoc ꝑ som
nium patitur: descendente eo prius in aquam frigidam. Idem facit qui cū legitima
vxore concumbit. Leprosos aūt omnino expulit de ciuitate: cum nullo penit⁹ cō-
uiuentes: ⁊ nihil a mortuis differentes. Si vero quilibet supplicando deo hac egritu
dine liberatur: saniqȝ colorem aliquando recipiat: diuersa deo sacrificia compensabit
de quibus post hec dicemus. Unde etiam quilibet irridebit eos: qui dicunt moysen
lepra fatigatum: ⁊ propter hanc cām similiū proiectoꝝ ducē factum in chananeā ve-
nisse cum eis. Si hoc fuisset verum: nequaqȝ moyses ad iniuriam suam hec sanxissȝ
cum magis rationabiliter etiam alijs hoc introducentibus contradicere preualeret:
quādo ⁊ apud gentes multas leprosi sint: ⁊ fruantur honore precipuo: ⁊ non solū in-
iuria ⁊ expulsione priuentur: sed etiam militias mereantur insignes: ⁊ ciuilia eis sin-
gula committantur: ⁊ in sacris: ⁊ in templis ingrediendi habeant potestatem. Qua-
propter in nullo prohibebatur moyses si aliqua huiusmodi passione circa colorem
ipse aut multitudo que cum eo erat vexaret: de istis meliora sancire nullumqȝ detri-
mentum huiusmodi passionibus cogebatur inferre. Sed palam est: quomodo hec de
nobis inuidia concitati loquuntur. Moyses autem ab his mundus existens: etiam
mundis contribulibus constitutis: de languentibus hoc modo sanciuit: ⁊ hoc pro dei
honore decreuit. Sed de his equidem vnusquisqȝ cogitet vt voluerit. Mulieres
vero quando pariunt: intrare in templum prohibuit: sacrificia contingere non permi-
sit vsqȝ ad quadragesimum diem: si masculus sit qui pariatur: duplicibusqȝ diebus:
si feminam generare contigerit. Ingredientes ergo post predicte dilationis tempus
sacrificia celebrabunt: que sacerdotes solenniter deo distribuūt. Si quis adulterā
suam suspicatur vxorem: offert farine ordeacee assarium: ⁊ vnum pugillum ex ea mit
tens in altare: reliquum dat sacerdotibus ad edendum. Mulierem vero constituat
aliquis sacerdotum ad ianuas que sunt conuerse ad templum: ⁊ velamen capitis ei⁹
detrahens: superscribi in membrano dei vocabulum iubeat ipsamqȝ iurare nihil vi-
ro nocuisse: nec pudicicie vinculum disrupisse: quod si commisit: vt femore dextro dis
iuncto vteroqȝ putrefacto moriatur: si vero amore nimio ⁊ huius rei zelo petulanter
maritus hac suspitione moueatur: vt mense decimo ei puer masculus generetur: per-
fectoqȝ iureiurando: dei nomen diluens e membrana: in phiala exprimat: sumensqȝ
terram de templo circa parietem iacentem: ⁊ superaspergens mulieri dabit bibēduȝ
Illa vō siq̄dē iniuste accusata est: concipit: ⁊ ꝑtus eius nutrit in vtero: si aūt de thoro

Anima ī sanguine cōsistit et spiritus secundum q placuit moysi deo iudei eo nō vescunt.

Tempus purificationis mulieꝝ.

maritali mentitur etiā deo: cum confusione vitam relinquā sustinebit. Nā ⁊ femur eius putrescit: ⁊ venter vertit in hydropem. Et de sacrificiis quidem ⁊ purgationibus eorum moyses contribulibus suis ita prospexit: leges autem eis tales exposuit Adulterium quidem omnino prohibuit: felicissimū esse credens: viros circa thorum esse securos: ⁊ ciuitatibus simul ⁊ domibus expedire: filios esse veraces. Sed ⁊ matribus misceri tanq̃ malū maximū lex negauit. Similiter vxori paterne ⁊ nutricibus ⁊ vxoribus: ⁊ sororibus coire quemq̃ filiorū tanq̃ prauam iniusticiam nimis odiuit. Prohibuit aūt ⁊ mulieri naturaliter pollute misceri: ⁊ iumētis ⁊ masculis: eo q̄ hec libido nequissima videatur: ⁊ aduersus eos qui hec presumunt: mortis supplicium puenire decreuit. Sacerdotū vero duplicem fecit purgationem. Nam ⁊ ab istis similiter eos abstinuit: ⁊ super hec neq̃ meretrices neq̃ concubinas eos habere pmisit: neq̃ ancillam: neq̃ captiuam eis nubere voluit: sed ⁊ eas que de cauponibus ⁊ pandocibus vitam agunt: ⁊ que prius maritos habentes: ⁊ pro causis quibuscunq̃ dimisse sunt: ab eorum coniunctione prohibuit. Summū pontificem neq̃ mortui viri permisit vxorem habere: licet hoc aliis concessisset: huic soli dedit nubere virginē eamq̃ seruare. Unde neq̃ ad mortuū summus sacerdos accedit: cum reliqui non phibeantur solennia fratribus ⁊ parentibus ⁊ omnibus suis mortuis exhibere: quos esse oportet simplices: omni vera simplicitate. Qui inter sacerdotes integer nō est: pasci quidē de oblationibus sacerdotis concessit: ascendere autē ad altare in templū q̃ introire prohibuit. Hos itaq̃ non solum circa sacrificia mundos: sed etiam circa cōuiuia ⁊ cultum suū studiosos ⁊ inculpabiles esse precepit. Ob quam causam stola sacerdotali vestiti immaculati ⁊ circa omnia mundi sunt: ⁊ sapientes existunt. Bibere vinū donec stola vestiti sunt phibentur: insuper ⁊ oues integras immolāt: ⁊ in nullo pollutas. Hec igitur etiam in tempore vite sue gesta tradidit moyses: quorum quedam ⁊ in deserto degens adinuenit: quatenus dum terram chananeam pciperēt: hec seruarent: id est vt anno septimo requiem terre prebeant: ab aratro ⁊ plantationibus sicut ⁊ ipsos septima die ab operibus cessare sanciuit: ⁊ vt que sponte oriunt de terra: essent volentibus in vsum cōmunia ⁊ contribulis ⁊ extraneis: nihilq̃ ex eis seruarent. Hoc autem fieri post septimam annorum septimanam iussit: qui sunt anni quinquaginta: vocaturq̃ ab hebreis hic annus quinquagesimus iubileus: in quo ⁊ debitores a credito relaxantur: ⁊ serui liberi dimittuntur: quia dum essent contribuli pro quadam transgressione legum eos seruitii scemate castigauit: mortemq̃ sustinere prohibuit. Instante siquidem iubileo quod nomen significat libertatem restituūt etiam agros antiquis dominis isto modo. Conueniūt venditor agri simul ⁊ emptor ⁊ reputantes fructus ⁊ expensas in agro factas fructus exuberasse compertas: venditor recipit agrum. Cum vero expense transcendunt: hoc quod deest recipiens emptor: a possessione discedit connumeratis scilicet ex equo fructibus ⁊ expensis prioribus possessoribus reddit agrum. Eandem legem voluit etiam in domibus obtinere: que per vicos quosq̃ venduntur. Nam de his que in ciuitatibus venundantur aliter definiuit. Siquidem anteq̃ impleatur annus recipiat pecunias: reddere domū cogit emptorem: si vero completus annus fuerit possessionem confirmat emptori. Hanc igitur moyses legum constitutionem dum sub monte syna moraretur exercitus a deo cognouit: ⁊ hebreis scriptam contradidit. Cum circa legislationem iam putaret ista sufficere: ab exercitii militaris iura conuersus est: habens in animo bellicas causas attingere: precepitq̃ principibus tribuum preter tribum leui: vt numerū pugnare valentium perfecte cognoscerent. Leuite sacrati erant: ⁊ ministerio alio fungi non poterant. Examinatione itaq̃ facta: inuenta sunt milia sexcenta ⁊ tria: ⁊ sexcenti quinquaginta: qui potuissent arma producere a vigesimo anno vsq̃ ad quinquagesimum

pandocibus

quinquagesimo anno debitores a credito relaxant[ur]

Lex circa militiam.

Pro leui tñ elegit inter principes tribũ manasse filij iosepb: ⁊ effraim ꝓ ipso iosepb Hec aũt fuit supplicatio iacob ad iosepb: dũ fecisset filios eius sibi preberi sicut predixi. Figentes aũt castra tabernaculum in medio statuebãt: ⁊ terne tribus per latera singula tabernaculi cõmanebant: ⁊ plateas ꝑ medium babebant: eratq; ornatus q̃si fori rerumq; venalium singulis in ordine cõstitutis ⁊ opifices artium singulaꝝ in stationibus erant: nulliq; alij loco: q̃z ciuitati competenter edificate ⁊ collocate similis erat. Ea siquidem que circa tabernaculũ erant sacerdotes tenebãt deinde cũcta leuite. Exquisiti eni sunt leuite masculi: qui vltra viginti annoꝝ eẽnt: inuentiq; sunt viginti duo milia: octingenti octoginta. Quotiens super tabernaculum nebulã stare contingebat: tanq; deo ibidẽ cõmorante quiescebant: cuz vͦ conuerteretur: procedebant.

Itaqʒ crudelior circa hebreos vt solus eris egyptiorum: castigare nos volens: ⁊ ƀm leges tibi placitas singulorum voluntates astringere. Sed multo iustius est: vt tu potius puniaris: quando ea que omnibus indubitanter bene se habere videntur: solus exterminare contendis: ⁊ contra omnium placita tuam valere sententiam. Mulierem itaqʒ peregrinam sicut asseris duxisse me fateor. A me enim audies meos actus sicut a libero. Non enim latere proposui: nec pro me alter delator erit. Et sacrificaui dijs: quibus sacrificandum non iudicatis iustum existimans per multos me debere acquirere veritatem: ⁊ non velut sub tyranno viuere ⁊ omnem spem semper ex vnius conuersatione pendere. Dum hec autem samarias de his que ipse: ⁊ alij male gessserant edixisset: populus equidem quiescebat formidine futurorum legislatorem intēdens: nolentem illius superbiam ex aduerso litigio prouocare. Metuebat enim ne multi propter luxuriam verborum eius imitatores facti multitudinem perturbarent: ⁊ in his quidem dimisere conuentum: sed causa mali potius augebatur. Cumqʒ samarias ex tali causa mortuus non fuisset: finees vir ⁊ in alijs quidem rebus melior existens multorum iuuenum ⁊ dignitate patris transcendens coetaneos vniuersos: eleazari sacerdotis filios ⁊ fratres: moyseos nepos: dolens in his que gesserat samarias: ⁊ antequam per licentiam fortior efficeretur iniuria: opere volens vltionem inferre: ⁊ iniquitatem ne cresceret amplius prohibere: dum adhuc qui hec arripuerant minime punirentur: animo simul ⁊ corpore sic audacia confortatus est: vt non prius decertare quiesceret ꝙ victoriam in eo facto perciperet. Tunc ad tabernaculum samarie veniens: ipsum euaginato gladio ⁊ chorami simul extinxit. Iuuenes autem omnes quibus erat virtutis amor: ⁊ finees imitatores esse videbantur: perhibebant eos qui in culpa samarie similes existebant. Multi siquidem inique gerentium horum virtute perempti sunt: omnesqʒ pestilentia perierunt: deo illis post hec immittente languorem: ⁊ quicunqʒ eorum cognati fuerant: ⁊ cum prohibere deberent: magis ad iniuriam dei eos exacuerant pariter sunt extincti. Perempti sunt itaqʒ ex eorum cetibus: non minus quatuordecim al's vigintiquinqʒ milia virorum. Hac itaque causa exaggeratus moyses ad interitum madianitarum misit exercitum: de quorum prelio post paululum edicemus: narrantes primitus quod reliquimus. Iustum nāqʒ est legislatoris voluntatem: nequaquā in hoc sine laude transire. Balaam eniʒ qui petitus fuerat a madianitis: vt malediceret hebreis: ⁊ hoc quidem complere diuina prouidentia non preualuit: sed consilium dedit: quo hostes vtentes: hebreorum populum pene consumerent: moyses magnifice nimis honorauit eius diuinationis verba describens: cum posset huius gloriam propriam facere: quando nullus qui mēdacium probans argueret testis extaret. Illi nanqʒ testimonium reddidit: ⁊ eum memoria dignum fecit. Et hec quidem si voluerint quicunqʒ considerent. Moyses itaqʒ pro quibus predixi rebus ad terram madianitaruʒ misit exercitum ex vnaquaqʒ tribu: duodecim milia viros eligens: quorum ducem statuit finees: cuius fecimus paulo ante memoriam: qui leges custodiuit hebraicas: ⁊ zamariam transgredientem eas ipse percussit. Madianite vero videntes exercitum contra se venire ⁊ quantus nunquam aduersus eos accesserat: congregantes prouincie multitudineʒ expectabant hostes: ⁊ vndiqʒ muniti excipiebant eos. Venientibus autem eis congressione facta: madianitarum cecidit multitudo que computari non posset: numerumqʒ transcenderet. Sed ⁊ reges eorum quinqʒ pariter sunt perempti: quorum nomina erant Ocb: ⁊ Sur: Obeth: ⁊ Huir. Quintus vero rex est Arach: de cuius cognomine ciuitas in terra arabum constituta: hactenus ab omnibus de nomine regis edificantis arachen vocatur: que apud grecos dicitur patras. Hostibus igitur

victoria [contra] Madianitas

Patras Ciuitas.

effugatis: hebrei eorum tenuere prouinciaȝ: multamqȝ sumētes pdam: ꝛ possessores cum mulieribus perimentes: solas virgines reliquerunt. Hoc enim moyses duci finees iusserat. Qui reuersus: incolomem reduxit exercitum: ꝛ predam valde copiosaȝ: id est boues quinquagintaduo milia: ꝛ sexagintaseptem: asinos autem sexaginta milia: auri vero ꝛ argenti vasa innumere multitudinis quibus vtebantur in domo. Nam per longam felicitatem erant valde locupletes. Deducte sunt autem ꝛ virgines: quasi triginta vero milia. Moyses itaqȝ diuisa in duas partes preda: alteri᷒ quidem quinquagesimam partem eleazaro dedit ꝛ sacerdotibus: leuitis autem alterius quinquagesimam: reliquam vero vniuerso populo distribuit. Viuebantqȝ decetero valde feliciter: eratqȝ eis per virtutem omnium bonorum copia: nullaqȝ tristicia eorum voluptates impediebat. Moyses igitur cum esset senex: iosue successorem sibi cōstituit: ad prophetias: ꝛ ad militie principatum: sicubi necessarium foret iubente deo: vt iterum teneret imperium. Josue autem omni doctrina legum: diuinisqȝ ministerijs moyse docente erat instructus. Inter hec due tribus: gad: ꝛ ruben: ꝛ manasse dimidia quadrupedium multitudine ꝛ omnibus alijs valde diuites: habentes commune consilium: rogabāt moysen: vt eis precipue āmorream concederet: que pascuis optima videbatur. Ille vero existimans eos timuisse chananeorum pugnam: ꝛ occasionem honestam quasi pro pascuarum diligentiam requisisse: malignos eos appellabat: ꝛ turpem occasionem timoris adinuenisse: ipsosqȝ velle sine labore delicare: dum omnes adhuc in erumna consisterent: ꝛ terram ideo peterent obtinere: ne decetero cū eis laborarēt: quibus terrā traditurꝫ se deus promiserat: trans iordanem ꝛ aduersas gentes interempturum. Illi ergo conspicientes iratum ducem ꝛ contra se iustissime prouocatum: respondentes satisfaciebant non pro timore periculorum: neqȝ propter laboris defectum hoc petere: sed vt predam in oportunis constituentes locis: expediti ad certamen ꝛ ad bella venire possent: dicebantqȝ se preparatos: vt dū possiderent ciuitates ad custodiam filiorum ꝛ vxorum ꝛ facultatis sue: vbiqȝ cum exercitu properent Porro moysi dum iste sermo placuisset: vocans eleazaruȝ sacerdotem ꝛ iesum: ꝛ ad vltimum vniuersos: concessit eis amorream: ita vt auxilia conferrēt cognatis suis: donec omnia complerentur. Accipientes itaqȝ ista conditione prouinciam: ꝛ ciuitates fortissimas possidentes filios ꝛ coniuges: ꝛ alia quecunqȝ poterant circumeuntibus impedimentum facere in eis apte constituerunt. Edificauit autem ꝛ moyses decem ciuitates: que in numero quadragintanouem forent: quaruȝ tres distribuit: vt ad eas qui nolentes facerent homicidium confugerēt: ꝛ tempus fuge constituit habentes potestatem scilicet perempti cognati occidere homicidam: si eum extra terminos ciuitatis ad quam fugerat inuenissent: quod nulli alij permissum est perpetrare. He siquidem ciuitates fugacibus distribute sunt: bosor quidem in arabie finibus: arimnan autem in terra galaditorum: galalim vero in bataltidem regionem. Cumqȝ etiam chananeorum terram obtinerent: tres alias ciuitates inter vrbes leuitarum moyses fabricandas ad habitaculum fugatium delegauit. Moyses autē adeuntibus eum maioribus natu tribus manasse: ꝛ dicentibus virum insignem in tribu sua fuisse defunctum nomine orophatim: ꝛ filios quidem masculos non reliquisse sed filias: ꝛ consulentibus si earum fuisset hereditas: ait siquidem aliquos de tribu sua ducerent: cum hereditate ad eos irent: si vero ex alia tribu alicubi nuberent: hereditatem in paterna tribu relinquerent: ꝛ tunc manere vniuscuiusqȝ hereditatem in propria tribu constituit. Cap. VI.

Moyses cōstituit hereditatē manere in tribu seu familia vnius cuiusqȝ

CUm vero iam quadraginta minus triginta dies implerentur: moyses congregans ad iordanem: vbi nunc ciuitas est abilal: locusqȝ palmarum cōuentum: vniuerso populo ita locutus ē. O viri commilitones: ꝛ sicut deo placuit calamitatis lōge

participes: centum viginti annis senectute confectũ oportet me ab hac vita discedere In his que gerenda sunt trans iordanẽ: iam non ero vester adiutor: neq; pugnabo vobiscum: a deo prohibitus. Justum igitur credidi neq; nunc meam deponere pro vestra felicitate curam: sed propriam iudicare vestre vbertatis adeptionem: & memoriam meam in abundantia bonorum referre vestrorum. Nunc igitur explanans: quẽadmodum vos felices eritis: vestris filijs bonorum vestrorum relicturi possessionem ab hac vita discedo: dignusq; sum: vt mihi fides habeatur: & ꝓpter pristinas virtutes & eo: ꝙ anime ad vite huius terminum venientes: cum omni loquantur integritate. O filij israel cunctis hominibus causa bone possessionis propicius deus est. Hic enim solus dignis hoc distribuere: & auferre in se delinquentibus potest: cui vos exhibentes quales vos ipse vult esse: simul & ego voluntatem eius sciens: aperte vos moneo. Non enim eritis beatissimi: & omnibus mutabiles aut felices: si ex illi⁹ mãdatis aliquando cessaueritis. Possessio nanq; bonorum quam nunc tenetis: firma manebit: & presentium rerum celerrimam securitatem habebitis: si solummodo que vos deus vult sequi his obediatis: & neq; legum alienarum ordinem proponatis: neq; pietatem quam nunc circa deũ geritis spernentes: ad modum alium conuertamini. Hec autem agentes: fortissimi cunctorum eritis bella ferre: & inimicorũ nulli succumbere. Deo enim vobis auxiliatore presente: cunctos suos postponere rationis non est: premia siquidem magna virtutis vobis sunt posita: que omni vita possideatis. Virtus etenim primitus bonarum causarum est premium: deinceps etiam aliarum rerum prestat augmentum: ita vt dum inter vos ea vsi fueritis: magnam conferat vobis vitam: & inter alienigenas gloriosos efficiat: & apud posteros eminẽtes cõdat. Hec itaq; poteritis adipisci: si legibus quas dictante mihi deo constitui obediatis: easq; custodiatis: & earũ sapientiam meditemini. Ego gaudens discedo in vestris bonis: cõmendans vos castitatis legi: & bone conuersationis ornatui: virtutibusq; ducum: qui prouidentiam vestre vtilitatis exhibebunt. Deus autem qui hacten⁹ vestri presul extitit pro cuius voluntate & ego vobis vtilis fui: non vsq; ad presens stare faciet prouidentiam suam: sed quanto tempore ipsi volueritis eum habere patrocinantem: in virtutis studijs permanentes tanto presidium eius habebitis. Consilia nanq; vobis prebebunt optima: que sequentes: felices eritis: pontifex eleazarus & iesus: necnon & seniores: & principes tribuum quos audire vos conuenit: sciẽtes quoniam omnes qui bene sub principe consistunt: & principatum tenere: & libertati preesse possunt: nec indignemini in his que vos agere duces vestri poposcerint. Nunc etenim vt benefacientibus iniuriam faciatis in hoc fiduciam ponetis: ꝙ decetero declinantes meliores causas habebitis: nec huiusmodi iram aliquando sumatis quali circa me vti sepius presumpsistis. Nostis enim ꝙ frequenter peiora a vobis q̃ ab hostibus mortis pericula sustinui. Et hec non improperia ferens vobis edico: non enĩ in exitu vite dolentes contra me relinquere volens hec ad memoriam reuoco: quando nec tempore quo hec patiebar iratus agnoscor: sed vt de futuro a talibus temperetis: & in nullo vestris presulibus iniuriam propter diuitias faciatis: que vobis iordanem transeuntibus & chananeam obtinentibus affluenter aduenient. Nam si processes fueritis contemptores effecti: & virtutem deuotionemq; perdideritis: quam circa deum geritis: eum primitus habebitis inimicum: & terram quam armis obtinuistis iterum cum magnis obprobrijs amittetis: totumq; dispersi per orbem: vestro seruicio omnem terram & mare complebitis: eritq; vobis dum horum omnium experti fueritis inutilis iam penitentie memoria legũ non seruatarũ. Vñ si vultis hec apd̃ vos pmanere: dũ hostib⁹ ṕualueritis: nullũ relinquatis ex eis: sed oẽs pire decernite: ne viuẽtib⁹ eis illoꝝ studia degustãtes a conuersatiõe paterna recedatis. Sed & aras &

Digna moysis oratio ad populum dum e vita discedere putabat.

Quid sit virtus.

lucos ⁊ tẽpla, quecũqꝫ habuerint destruenda cõmoneo: ⁊ genus ⁊ memoriam eorum igne consumi. Sic eteni bonoꝝ vestroꝝ vobis erit firma securitas. Ne vͦo per ignorantiã melioris rei natura vestra ad peiora declinet: ⁊ leges vobis dictante mihi deo composui: ⁊ ordinẽ bone cõuersationis institui: cuiꝰ seruãtes ornatũ: felicissimi eritis omniũ reꝝ. Hec dicẽs: dedit eis in libro leges: ⁊ cõuersationis modũ ibi ↄscriptũ

Illi vͦo flebant: ⁊ multũ q̄rebant ducẽ: memoriã ꝑiculoꝝ eius habẽtes: ⁊ quãta ꝓ eoꝝ salute gessisset: desꝑantes etiã de futuris: q̄li nullꝰ ei princeps similis foret: minusqꝫ iã deũ sui curã ꝓuidere credẽtes: eo ꝙ moyses eũ potius exorasset. Tunc eoꝝ q̄ in deserto ei cũ ira locuti fuerãt/penitẽtiã agẽtes ingemiscebãt: ita vt oĩs populꝰ i lachrymas ꝓrũperet: ⁊ plusq̄ꝫ sermone dici pot: gemitꝰ cũ dolore ꝓferret. Moyses aũt ↄsolabat̃ eis: ⁊ licet dignꝰ vtqꝫ magna vterent̃ ↄuersatione poscebat. Tunc ergo conuentus ita dimissus est. Cap. VI.

Volo aũt cõuersationẽ dicere p̄mitꝰ moyseos: eiusqꝫ dignitatis virtutes exponere: vt q hec legerint: agnoscant: q̄lia initia nostri habuere maiores: ⁊ sic ad aliaꝝ reꝝ venire narrationẽ. Scripta sunt hec oĩa sicut ille reliq̄t/nihil nobis adijciẽtibꝰ ad ornatũ: qđ a moyse relictũ nõ ẽ. Hoc tm̃ nobis placuit mͦ nouitatis inducere: vt ƀm genꝰ nobis singula disponant̃: disꝑse q̄ ab illo in scriptis relicta sunt: ⁊ quẽadmoduꝫ deũ i singul' q̄busqꝫ ↄsuluit. Propterea nãqꝫ necessariũ iudicaui hec p̄dicere: ne aliq̄ nobis a cõtribulibꝰ hãc scripturã legẽtibꝰ q̄ͦ generet̃. Hic ergo ordo est legũ in nr̃a cõuersatione ↄpetẽtiũ. Quas aũt nobis cȭter ad alterutros dereliq̄t: has de moribꝰ ⁊ causis explanare ⁊ referre distuli: sed adiuuãte deo pꝰ nobis insinuare ꝓpositũ est.

Ait eni. Dũ chananeoꝝ terrã possideritis: ⁊ ad vsum bonoꝝ ꝑueneritis: ⁊ ciuitates iã edificare cepitis: ea faciẽtes q̄ deo placita sunt: fortissimũqꝫ pignꝰ felicitatis habebitis: sit vobis vna ciuitas sacra in terra chananeoꝝ in loco optĩo ⁊ v̄tute p̄claro quãcũqꝫ deꝰ sibi ꝑ ꝓphetã elegerit: ⁊ tẽplum vnũ in ea sit: ⁊ altare vnũ ex lapidibus nõ manu dolatis: ſꝫ passim iacẽtibꝰ q dealbati erũt: ⁊ ad decorẽ valde purissimi: accessus aũt ad eũ sit nõ ꝑ gradꝰ. In alia vͦo ciuitate: nec altare: nec tẽplũ sit. Deꝰ. n. vnus ⁊ genus hebreoꝝ ẽ vnũ. Qui blasphemauerit deũ: lapidatus suspendat̃ ꝑ diẽ: ⁊ sine honore: turpiterqꝫ sepeliat̃. Conueniãt aũt in ciuitatẽ in q̄ tẽplũ ↄstruũt ter in ãno a finibꝰ terre quã hebrei tenuerint: q̄tenꝰ deo ⁊ ꝓ illis q̄ possident gr̃as referãt: ⁊ de futuris p̄ces effundãt: ⁊ cõueniẽtes adinuicẽ: tunc epulãtes amici sint. Bonũ ẽ eni: vt semetipsos alterutꝝ cõtribuli nõ ignorẽt: ſꝫ sua studia sibi cõicẽt. Hoc aũt eis ex hac societate ꝓueniet: vt ⁊ aspectu: ⁊ loquela memoriã sui semꝑ obtineant. Si. n. alterutris impꝑmixti sunt: extranei sibimet putabunt̃. Sit ⁊ decia exceptio frugũ vobis p̄ter eaꝫ quã distribuit dñs sacerdotibꝰ ⁊ leuitis dare: q̄ vendat̃ q̄dẽ ꝑ ꝓuincias ⁊ ad epulas ministret̃ ⁊ hostias: q̄ in sacra vrbe sunt celebrande. Iustũ ẽ eni ex his q̄ de terra nascũtur quã deꝰ nos possidere ↄcesserit: vt ad honorẽ eiꝰ q hec tribuit ꝑfruãt̃. Ex mercede mulieris fornicarie nõ sunt sacrificia celebrãda. Nũq̄ꝫ eni ex his q̄ de ↄtumelia ꝓcedũt diuinitas delectat̃. Nihil nimiꝝ ↄfusione corpoꝝ peiꝰ ẽ. Silr̃ aũt siq̄s ꝓ coitu carnis: aut venatu: aut custodijs gregũ mercedẽ accepit: nũq̄ꝫ exinde deo sacrificandũ ẽ. Nullꝰ blasphemet eos quos p̄ncipes alie ciuitatis eẽ putãt. Sacra ꝑegrina nõ sunt curãda: neqꝫ vas denoiatum alicui deo ẽ sumẽdũ. Nullꝰ vestꝝ texta ex lana ⁊ lino tunica vestiat̃. Hec eni solũmõ sacerdotibus ẽ cõcessa. Cõueniẽte vͦo multitudine in vrbe sacra ad imolãdũ: post. vij. annos instãte festiuitate q̄ vocat̃ scenophegia. i. tabernaculoꝝ defixio: sũmus sacerdos stãs in excelso tribunali vnde possit audiri legat oĩbꝰ leges: ⁊ neqꝫ vxor: neqꝫ filij audire ꝓhibeant̃: sed neqꝫ serui. Bonũ ẽ eni: vt a manibus inscripte leges: etiam memoria ↄseruent̃: qua nũq̄ꝫ deleri possint. Sic ergo neqꝫ peccabũt: non volentes dicere: eo ꝙ decreta legum ignorare videant̃.

leges Moiseos ad populũ

Nota penã impositã hiis qui blasfemant deum

Ex mercede mulieris fornicarie sacrificia nõ fiat

qualis debet esse sacerdotum vestis.

Quid sit scenophegia

Leges itaq₃ multā habebūt cōtra peccātes audaciā: vtiq₃ ꝓdicentes eis q̄ sint pas suri delinquētes: ⁊ aīabus eoꝝ inscribētes q̄ ꝑcipiūt ꝑ auditū: qt̄us oīno in interiori bus eoꝝ cōsistat volūtas legū: in q̄ cū deficiūt: auctores ipsi sue lesionis existūt. Di scāt etiā pueri primū leges: q̄ est doctrina optima: ⁊ cā felicitatis eximia. Scd̄o āt ꝑ singulos dies mā̄e ⁊ vespe testificāda sunt dona dei: q̄ liberatis de terra egyptiaca cōcessit. Justa ē enī naturaliter graꝝ actio q̄ refert: ⁊ ꝓ ꝯpensatōe rerū iā₃ factaꝝ: ⁊ ꝓ inuitatōe futuroꝝ. Inscribēda v̄o in ianuis ea in qb⁹ eis de⁹ bn̄fecerit ⁊ brachijs singula q̄q₃ declaranda: q̄ v̄tutē dei valeāt designare: ⁊ fauorē ei⁹ circa vos oñdere: qt̄us vndiq₃ circa eos illuceat dei fauor. Principes aūt sint in vnaquaq₃ ciuitate viri. vij. q ⁊ v̄tute ⁊ iusticie studio sint exēpti: vnicuiq₃ v̄o p̄ncipatui duo viri ministri ꝑ beant ex tribu leuitaꝝ. In oīb⁹ honorē q in vrbib⁹ iudicare ꝯstituti fuerit hēant ita: vt illis p̄ntib⁹ neq₃ blasphemare: neq₃ aspe agere liceat aliq̄bus: sic vtiq₃ respiciēti bus pudorē dignoꝝ boniꝝ: tanq̄₃ sibi deū in illis cōtemnere videant. Judices autē₃ ptātē₃ habeāt ꝓnunciādi: q̄dcunq₃ videt eis: nisi forte pecunias eos quilibet accepisse ꝓ iudicij diuersitate demōstret: aut aliā cām ꝓferat: ꝑ quā eos nō bn̄ iudicasse couin cat. Nō eni lucrū attēdētes: aut dignitatē cōuenit iudicare: s₃ iusticiā reb⁹ oībus ꝑpo nētes. Nā hoc nō agēs: deū q̄lib₃ cōtēnere putat: eūq₃ infirmiorē credere q̄₃ illos: q̄ bus ꝯtra iusticiā timore ptātis sniā₃ ꝓpā₃ p̄stare cōtēdit. Dei eni v̄tus iusticia ē. Quis quis igit p̄stat eis q aut nō iuste q̄runt aliq̄d: aut nō iuste in dignitate sūt cōstituti: illos poti⁹ deo potiores facit. Si v̄o iudices nō intelligūt de reb⁹ sibi creditis iudicare: q̄n multa talia solēt hoīb⁹ ꝓuenire: integrā cā₃ i vrbe sacra remittāt: ⁊ cōuenientes pōtifex ⁊ ꝓpheta: ⁊ seniores q̄ eis videnť iusta: ꝓnūciēt. Uni testi nō credat: s₃ trib⁹: aut vltimū duob⁹: quoꝝ testimoniū veꝝ faciat vita poꝝ. / Mulieꝝ testimoniū nequaq̄₃ recipiēdū ꝓpter leuitatē: ⁊ ꝓcacitatē generis eaꝝ. S₃ neq₃ serui testimoniū ꝓhibeāt: ꝓpter ignobilitatē aī: quos aut ꝓpter lucꝝ: aut ꝓpter timorē v̄ilissime pōt credi: nō pos se vere testari. Siq̄s āt false testat⁹: ē cōiunct⁹: ea patiat q̄ passurus eēt is: cōtra quē₃ testimoniū dixit. Si homicidio facto in aliq̄ regiōe: nō inueniat hic q fecit: ne i sus pitiōe sit aliq̄s: q̄si ꝑ odiū ꝑpetrauit: q̄rat q̄dē₃ homicida cū multo studio: ⁊ de eo nū ciādo ꝓponāt edicta. Cū v̄o null⁹ eū nūciauerit: p̄ncipes ciuitatū vicinaꝝ regiōis il lius in q̄ cedes fcā ē: ⁊ seniores cōuenientes: metiāt a loco vbi iacet mortu⁹ regiō₃: ⁊ ps q̄ fuerit vicinior ciuitati: ppl̄i ei⁹ emētes vitulā: ⁊ deferētes eā ad vallē: ⁊ i locū in utilē aratro ⁊ plātatōib⁹: incidāt ceruices bouis: ⁊ sumētes aquā lauēt man⁹ suas su pra caput bouis sacerdotes ⁊ leuite sil̄: ⁊ seniores illi⁹ ciuitatis: ⁊ exclamēt ab homi cidio mūdas se man⁹ hře: neq₃ gessisse: neq₃ factori cōicare: ⁊ inuocēt deū sibi ꝓpiciū fore: ⁊ nūq̄₃ tā malā passiō₃ i illa terra cōtingere. Optima inq̄t ē huiusmōi dispositio: ⁊ cōuersatio talis: nec vobis alteri⁹ reipublice sit affectus: sed hāc diligite: dñas leges hn̄tes: ⁊ ꝭm ea oīa facientes: satis est eni: vt de⁹ sit vestri p̄nceps. Si abbeserit vo bis regis amor: sit quidē₃ iste cōtribulis: sitq₃ ei iusticie prouidentia semp: ⁊ virtutis alterius magnitudo. Sciat autē is legibus atq₃ deo plurimū inesse sapientiam: nihil q₃ gerat preter pontificis seniorumq₃ sententiam: nec multas nuptias vsurpet: neq₃ abundantiam sectetur pecuniarum: nec ornatus equorum: quibus rebus sibi colla tis vltra leges superbus erit. Prohibeatur etiam: si quis horum studium habuerit fieri: vltra modum vtilitatis vestre potentior. Terminos terre moueri non licet: nec proprie nec aliene: per quos vobis seruabitur pax: sed habeantur firmi ineternū₃ positi sicut diuina sententia: tanq̄₃ prelijs ex hoc ⁊ seditionibus mundus vexatur: dū accedere vltra terminos auari voluerint. Nanq₃ procul non est: vt transcendat leges qui terminos voluerit permutare. Qui in terra plantauerit: si ante quartum annum fructum attulerit: neque deo ex hoc primitias offerat: nec ipse comedat.

Nō eni ſm tēpus hoc illatū eſt: dū nature ṗter tēpus vim feciſſe videat̄. Unde hoc
neq; deo: neq; ꝓprio dn̄o cōpetit ad vtendū. Quarto v̄o ān̄o vindemiet oē qd̄ naſcit̄.
tunc. n. matuꝝ ē: colligenſq; ad ſacrā deportet vrbē: ⁊ cū decimis aliaꝝ frugū expen-
dat cū amicis ꝓprijs epulādo: ⁊ cū pupillis ⁊ viduis. Quinto aūt āno: ſint dn̄i ſui q̄
fuerint nata. Qui terrā vineis plātat nō ſeminet eā: ſatis ē eni hāc enutrire hoc ger
men: laboribuſq; aratri eē priuatā. Bobus terra aranda eſt: ⁊ nulla cū eis altera aia-
lia iungenda ſunt: ſed ꝓpriū hoc gen⁹ ſit ad arandū. Semina v̄o ſint mūda ⁊ impmi
xta: ⁊ nō duob⁹ aut tribus generib⁹ ſeminet̄: nō eni cōlone diſſimiliuz natura letatur
neq; iumēta pmiſceant̄: quecūq; cognata nō ſunt. Metuebat eni legiſlator: ne p hoc
iniuria tranſiret ad hoies: initium a minorib⁹ ⁊ turpib⁹ ṗmo ſumens. Nihil ergo hu
iuſmodi dz eē licitum: ex quo p ſimilitudinē cōuerſio quedā in cōibus reb⁹ hr̄e poſſit
acceſſum. Quapꝓpter neq; de reb⁹ vilibus legis negligentiā habuerūt: ſcientes oib⁹
ꝓuidere: ne in aliquo viderent̄ eē culpabiles. Metētes inqt ⁊ manipulos colligen
tes nō oēm decet meſſem excutere: ſz relinq̄re aliquos manipulos: qui ſint egētibus



alimētū. Silr̄ aūt ⁊ de vinea ramuſculos paupibus relinquēdos: ⁊ oliuaꝝ quēdā fru
ctum reſeruandū colligētib⁹: ⁊ eſcā ꝓpriā nō habētibus. Non eni tāta abūdantia ex
nimia colligēdi diligētia dn̄o vtilis erit: q̄zta gr̄a ex indigētiū ſatietate ꝓueniet. Tūc
diuinitas terrā ad illationē fructuū ꝓniorem efficiet: eoꝝ q non ſue tm̄mō vtilitate ꝓ-
ſpiciunt: ſz etiā ꝓ alioꝝ cibo cogitare noſcunt̄. Sed ⁊ boū ora dū ſpicas terunt i area
nō ſunt liganda. Nō eni iuſtū eſt: vt q ſimul laborauerunt in fructu ⁊ circa natiuitatē
eius fatigati ſunt: pticipare ꝓhibeant̄. Neq; poma matura contingere iter agētes ar
cendi ſunt: ſed tāq̄z de ꝓprijs eos debēt pmittere ſatiari: ſiue ꝓuinciales ſiue ſint pe-
grini: ⁊ cū gaudio p̄bendū ē eis ad comedendū: portare v̄o eis nihil liceat. Neq; vin
demiātes ex his q̄ ad torcular portant̄ guſtare ꝓhibeāt ſibimet occurrētes. Iniuſtū
eſt eni: bona q̄ dei voluntate ad vtēdū data ſunt: inuidere deſiderātib⁹ ea comedere:
dū pomū ſit in maturitate ſicut deo placuit: ⁊ mox abire feſtinet. Et licet p verecundi
am aliq cōtingere non p̄ſumāt: rogātes eos cū ſint qdē iſraelite tanq̄z ſocij: ⁊ ꝓpter co
gnitionē ſalt̄s cognationē piter dn̄i: ⁊ ex loco alio veniētes: vt munera ſuſcipiant depre
candi ſunt: q̄ de⁹ eos videre cōceſſit. Dāna ſiqdem iudicāda nō ſunt: q̄cunq; p beni
gnitatē tranſeuntib⁹ ꝯferunt̄: qn̄ de⁹ vbertatē bonoꝝ preſtat hoib⁹: nō vt vtant̄ ſoli: ſz
vt etiā alijs largiant̄: volēs hoc mō fauorem ſuū circa iſraeliticū populū ⁊ felicitatis
eoꝝ adminiſtrationē alijs apparere: cū eos ſuā abundantiā alijs pticipare precepit.
Qui v̄o p̄ter hec fecerit. xl. minus vna plagas habens publica accipe voluit: ⁊ liberꝝ
penam hanc turpiſſimā ſuſtinere: q: dū lucro ſeruit: fecit iniuriā dignitati. Bene inqt
vobis erit expertis erumnaꝝ egyptiaꝝ atq; deſerti: ſi habeatis curā eoꝝ q nunc i ſimi
lib⁹ ꝯſtituti ſunt: ⁊ adepti diuitias ex miſericordia ⁊ ꝓuidentia dei: eaſdē ſilr̄ egētib⁹
diuidatis. Sup decimas aūt duas quas annis ſingulis p̄dixi celebrandas: aliam
qdem leuitis: alterā v̄o ad epulationes: tertiaz quoq; p annum tertium expedit fieri:
ad diſtributionē inopū: mulierūq; viduaꝝ: ⁊ infantum ⁊ pupilloꝝ. Germina que
cūq; prius naſci cōtingit: ad tēplum p̄ferant: ⁊ pro terra hec proferētes quā eis preſti
tit poſſidere: deū benedicētes: ſacrificia que leges offerre eos iubēt celebrantes: hoꝝ
primitias ſacerdotibus tēpli diſtribuant. Cū v̄o hec quilibet impleuerit: ⁊ omnes de
cimas vna cū primitijs quas leuitis: ⁊ ad epulandū dari mos eſt obtulerit: diſceſſur⁹
domi: ſtans e diuerſo tēpli: gratias quidē agat deo: q eas ab egyptioꝝ iniuria libera-
uit: terrāq; eis magnam frui: multāq; conceſſit: teſtimoniū phibeat: q̄ ⁊ decimas ſm
leges moyſeos obtulit: exoret deū ſibi propitium ⁊ placidum ſemper eſſe: ⁊ cōiter cū
hebreis omnib⁹ pmanere atq; ſeruet bona que dedit eis: ⁊ addat q̄cūq; donare pōt.
Uxores aūt ducant nobiliū tpe conſtituto: virgines liberas: bonis pentibus ꝓcre

In vinea nō ē semināndū

atas. Qui vo virginez ducturus nō est: ei non iungat: quā discedere suasit ab alio: neqꝫ cōtristet poꝛem maritū eius. Ancillas liberi nō ducant vxoꝛes: nec si p amoꝛez ad hoc aliqui cōpellant. Cōcupiscentia nāqꝫ est: decoꝝ retinere: ⁊ congruū libera digni tate. Sed neqꝫ foꝛnicarie sequende sunt nuptie: pꝛo quib⁹ coꝛpoꝛis iniurijs nuptiales hostias non suscipit summa diuinitas. Sic itaqꝫ pꝛudentia filioꝝ erit libera: ⁊ ad virtutem rectitudinis pparata: si non fuerit de turpib⁹ nuptijs neqꝫ de cōcupiscentia nō legitime conuenientiū ꝓcreati. Siquis virginem desponderit: deinde non eaꝫ talē inueniat: causam dicturus: ipse qdem accuset: vtens ad ꝓbatoꝫ documentis suis: respondeat aūt puelle pater aut frater: aut quicūqꝫ post eos genere viciniōꝛ esse mōstratur: ⁊ dum iudicatū fuerit puellā non esse culpabilem: cū accusatoꝛe pmaneat: nullaꝫ habente viro vlterius ptātem dimittendi eam: nisi magne cause ꝓcesserint: ⁊ contra quas ne rn̄dere possit. Is qui audacter aut petulanter puelle cām viciauerit: ⁊ derogationes intulerit multas: cōdemnetur. xl. minus vna plaga. ⁊. l. siclos patri dare cogatur. Si conuicerit puellam fuisse coꝛruptam: siquidem popularis sit: eo ꝙ caste virginitatem vsqꝫ ad legitimas nuptias nō seruauerit lapidetur: si vero de sacerdote sit nata: viua pꝛotinus concremetur. Siquis duas vxoꝛes habuerit: ⁊ alia quidem in honoꝛe magno ⁊ fauoꝛe fuerit: aut ꝓpter amoꝛem: aut pulchꝛitudinem: aut ob aliam causam: altera vero in minoꝛi apud eū parte consistat: si ex dilecta filius cū sit iunioꝛ ab illo q ex alia ꝓcreatus est/petat ꝓpter fauoꝛē patris quē circa mr̄ez hꝫ puilegia senioꝛis: qtūs duplicē substantie paterne ptē accipiat: sicut in legib⁹ diffinitū est: non ei cōcedat. Iniustū nanqꝫ est: vt q natiuitate senioꝛ est: eo ꝙ min⁹ mr̄ eius a pr̄e diligit debita pte fraudet. Qui puellā coꝛruperit alio desponsatā: siquidē suadēs ei ⁊ ad coꝛruptōꝫ sibi cōsentientem habuerit: cū ea moꝛiatur. Maligni eni sunt vtriqꝫ: ille quidē eo ꝙ turpitudinē puellā voluntarie sustinere suaserit: ⁊ nuptijs liberis hec mala pferre coegerit: illa vo ꝙ semetipsam ꝓpter libidinē ꝓpꝛiā: aut ꝓpter lucrū ad cōtumeliā psuasam pbuerit. Si alicubi eam solā inueniēs: nullo adiutoꝛe pn̄te cōpꝛesserit: solus ipse moꝛiat. Qui vginē coꝛruperit: nondū alicui desponsatā: ipse eam ducat vxoꝛem. Si vo puelle nō placeat vt habeat eū: patri. l. siclos pciuꝫ iniurie soluat. Ab vxoꝛe copulata sibi volēs disiungi ꝓpter quascūqꝫ cās: que multimode hoib⁹ ꝓuenire nosciit: ex scripto eo ꝙ nūqꝫ postea cū ea cōueniat cōpꝛomittat. Sic eni hēbit ꝓtātem alie copulari: nam pus illa alteri iūgi nō pōt. Si aūt ⁊ illo moꝛiēte voluerit eam pꝛioꝛ vir recipe: nō ei liceat. Que sine filijs fuerit a marito derelicta: frater illius eā accipiat: ⁊ natū filium moꝛtui noie vocās: hereditatis nutriat successoꝛē. Hoc eni ⁊ publicis vtilitatib⁹ ꝓderit: domib⁹ minime destitutis: ⁊ cognatis possunt substātie ꝯseruari: ⁊ mulieribus reuelatio calamitatis auferri: qn̄ pꝛioꝝ maritoꝝ ꝓximis cōiungent. Si vo noluerit eam ducere frater: veniēs mulier: apud senioꝛes testimoniū hui⁹ rei phibeat: ꝙ volentē eā domi manere: ⁊ filiū ex eo hr̄e nō suscepit: iniuriā faciēs fratris defuncti mēoꝛie. Reqrentib⁹ vo senioꝛib⁹ ꝓ qua cā nuptijs eius abstineat: siue maximā cām siue puā dixerit: ad hoc veniendū est: vt soluēs vxoꝛ fr̄is caligulas illi⁹ viri: ⁊ expuēs in faciē ei⁹ dicat: hoc dignū eē ab ea pati: iniuriā defūcti mēoꝛie faciēti. Et ille qdeꝫ a senioꝛib⁹ abscedat: hoc obpꝛobꝛiū hn̄s oi tpe vite sue: illa vo si voluerit alio cui libꝫ se petentiū nubat. Siqs captiuā cepit vginē: siue iā nuptā: volēs ei copulari: nō pmit⁹ liceat ei⁹ cubile cōionemqꝫ cōtingere: anteqꝫ illa radēs caput suū: ⁊ lugubꝛe scema pcipiēs: pentes defleat: ⁊ amicos quos in bello pdiderat: qtūs de eoꝝ tristicia sanata: sic deiceps ad epulas cōuertat ⁊ nuptias. Bonū ē eni ⁊ iustū: acceptur⁹ de q̄ filiū habiturus est: vt eius satisfaciat volūtati: ⁊ nō tm̄modo libidinē sequēs ꝓpꝛiam qd̄ vxoꝛi future eaꝝ possit esse cōtemnat. Triginta vero in luctu diebus expletis: sufficiūt eni isti dies sapientib⁹ ad lachꝛymas amatoꝝ: tūc ꝓcedat ad nuptias. Si vo

Quam stricte leges.

cupiditate plenus: habere eam contemnat vxorem: ad seruiciū eā deducere non hēat potestatē: sed vbicunqȝ voluerit mulier ire discedat: hanc libertatē habens. Quicūqȝ iuuenum cōtemnūt parētes suos: ⁊ eis honorē non prebent: aut propter verecundiam: aut propter insipiētiam iniuriā faciētes eis: primū quidem sermonibus eos moneant ipsi parentes: sufficiunt enim ad hec huiusmodi iudices: dicētes nō se ꝓpter delectationē fuisse coitu naturali ꝑmixtos: neqȝ pro augmēto pecuniarū: dum essent facultates parēti vtriqȝ cōes: sȝ vt ipsi filios haberēt: qui eos i senectute gubernarent: ⁊ quibus egerēt ꝑ eos haberēt: quod dum grato fiet: deo ꝑcipue earum est: adijciāt etiā hec verba dicētes: fouētes studio magno nutriuimus: nulliqȝ rei pepcimus: que ad salutē tuam tēderet: ⁊ vtilitatē optime tibi eruditionis afferret: nūc autem quoniā decet veniā tribui iuuenum delictis: monemus te: respue in quocūqȝ pro nostra exhonoratione minor iuuentus es: ⁊ ad modum temperamenti conuertere: sciēs etiā deum ea q̄ contra parentes presumuntur nimis ingrate ferre: quomodo ⁊ ipse totius humani generis pater est: ⁊ vna cum illis exhonorari videtur: qui eandē appellatiōeȝ habere noscuntur. Indignū ē ergo a filijs hec suis sustinere: cum ⁊ lex talium sit vltrix ineuitabilis: cuius te fili experimētum sumere nō optamus. Et si in his verbis iuuenū tēperet audacia: ab obprobrijs liberantur q̄ ex ignorātia ꝓueniunt. Sic eni ⁊ legislator bonus inuenietur: ⁊ patres felices erunt: nō vidētes nec filiuȝ puniri nec filiā. Cum vero parētis sermōes atqȝ doctrina ꝓpter intēperantiā suam pro nihilo esse videbunt inimicas sine pacis federe sibi faciēs legis: cum frequētibus contra parētes ꝑsumptionibus incitatur: hic inquit eiectus extra vrbē: sequēte multitudine: lignoqȝ suspēsus ⁊ ꝑmanēs tota die ad visionē cunctorum: nocte sepeliat: sicut etiaȝ alij: qui quocunqȝ modo ꝑimi legibus decernūtur. Sepeliantur autē ⁊ hostes: ⁊ nullus mortuꝰ expers iaceat sepulture: soluēs penā vltra iustitiam. Nulli hebreorum ad vsuras liceat fenerare neqȝ cibum neqȝ potum. Non eni iustū ē a cōtribuli redditus sustinere: sȝ solaciuȝ vtilitatis eius lucrum eē decernere: ⁊ gratiarum actiōem ⁊ recōpensatiōem a deo referēdam ꝓ benignitate sufficere. Qui accepint siue pecunias: siue quoscūqȝ fructꝰ siccos vel humidos reminiscētes deum hec cum dilectione restituant: tanquā reponētes in proprijs loculis: ⁊ iterum cum opus fuerit hec tollentes. Qui vero circa redditionē impudētes extiterunt: non in domos eorum introeūdū ē: ⁊ pignus sumēduȝ: anquā ex hoc causa dicatur. Pignus enim a foris petēduȝ est: ⁊ debitor ꝑ se portare debet nihil resistēs ei qui cum auxilio legis ad euȝ venit. Siquidē idoneus sit cui pignꝰ ablatum est: teneat illud creditor: quousqȝ restituat quod debet: si vero ē paup: restituat antequā sol occumbat: ⁊ maxime si vestis sit in pignore cōstituta: vt eam habeat ad soporē: quando naturaliter deus pauperi miseretur. Mola vero ⁊ vasa ei congrua nō sunt accipiēda pro pignore: ne instrumētis necessarijs ad ciborum alimēta priuētur: ⁊ pro egestate aliquid pessimū patiantur. In furto hominis pena sit mortis: qui vero aurum aut argentum abstulerit: condēnetur in duplum. Qui iumētum rapuerit damno quadrupli condēnetur: ꝑter bouē: pro hoc eni quintuplum soluat. Qui ad soluēda multa fuerit inops: sit seruus eorum: quibus est cōdēnatus. Siquis fuerit contribuli vēditꝰ: sex annis seruiat: septimo aūt āno liber abscedat. Si vero filio ei ex ancilla nato apud emptorē ꝓpter affectum eiꝰ ex familiaritatis dilectōe seruire voluerit instante āno iubileo quē quīquagesimū noiamꝰ: liber efficiatur cū vxore simul ⁊ filijs. Si quis aūt aurum vel argētum ꝑ viam inuenerit: q̄rat eum qui ꝑdidit: ꝑconeqȝ mittēs: in quo eū loco inuenit restituat: ⁊ ex alio damno nō bonā vtilitatē esse decernat. Similiter autē ⁊ de pecudibus q̄cūqȝ in deserto errare compererit: nō inuēto repente dn̄o apud se reseruet: testē hn̄s in his deū: q͛ noluit aliena lucrari. Nulli liceat ptrāsire: cum iumētū alicuiꝰ tēpestate fatigatum in luto viderit cecidisse: sȝ alleuet illud

Nota q parentes cōtemn[...]

Dignissima reprehensio fienda p parentes filijs inobedientibus.

Nota falsi cristiani qu[...] ebreos nō decet: minus qȝ et cristicol[...]

pignus

videte vos vsurarij mortarienses.

pena furibꝰ [...]

Nō hic quod et tempore iudeorum cōstitutum fuit iubileum singulo quinquagesimo anno


ꝛ ꝓprio adiuuãdo labore: ei adiutor existat: vias aũt ignorãtib⁹ demõstrãdas: ꝛ nõ ri-sum aucupãtes de eoꝝ errore alienis vtilitatib⁹ liceat ĩpedire. Nemo blasphemet absenté. Percussus in lite quis: vbi nõ est ferruꝫ: repente macteẽ: idem patiẽte eo qui ꝑcussit ꝙ fecit. Si vero portatus ad ꝓpria qui ꝑcussus est: egrotet diebus multis deinde moriatur sit innocẽs qui ꝑcussit. Sanato aũt illo ꝛ multas expẽsas in egritudi-ne faciẽte: restituat vniuersa ꝑcussor: q̃cunqꝫ in vulneris sanãdi tẽpus expẽdit ꝛ q̃cun-qꝫ medicis erogauit. Qui mulierẽ pregnantẽ calce ꝑcusserit: siquidẽ abortiuũ fece-rit mulier: pecunijs a iudicibus cõdẽnetur: tanquã per corruptionẽ vẽtris: plebis faci-ens detrimẽtum. Dentur ergo ꝛ viro mulieris ab eo pecunie. Moriẽte aũt ea ex ea plaga: ꝛ ipse moriaẽ: aĩa ꝓ anima cẽsente lege ponẽdã. Venenũ neqꝫ mortiferum neqꝫ aliud qð sit vtile lesioni: vllus isrlitarũ habeat. Si vero inueniaẽ quisqꝫ hoc pos-sidere: moriaẽ hoc patiẽs: quod toleraret ille cõtra quẽ venenũ ꝓbaẽ esse confectũ.

Qui cecauerit quẽquã similia patiaẽ: priueẽ quo priuauerit alios: nisi forte pecunias accipere voluerit qui cecatus ẽ: lege videlicꝫ illi dante licẽtiam qui passus est estima-re passionis sue casum: ꝛ concedẽte si seuerior esse voluerit. Bouẽ cornu ꝑcutiẽteꝫ dñs interficiat. Si aliqueꝫ interficiat ꝑcutiẽs taur⁹: ipse quidẽ lapidat⁹ moriaẽ: ꝛ neqꝫ ad cibum vtilis habeaẽ. Si vero etiã culpabilis approbeẽ dñs: p̃sciꝰ ei⁹ nature: nec cauẽs: ꝛ ipse moriaẽ: tanquã ipse ei⁹ qui a boue ꝑemptus est auctor mortis extiterit. Si seruuꝫ vel ancillã bos perimat: ipse quidẽ lapideẽ. xxx. vero siclos ei⁹ dño lapida-ti dñs dari damneẽ. Bos aũt si a boue ꝑcussus mortu⁹ fuerit: vẽdaẽ: ꝛ qui mortu⁹ est ꝛ q ꝑcussit: ꝛ p̃cium amboꝝ eorum dñi sibi distribuãt. Qui puteũ: siue lacũ offodi-ũt: diligẽtiã habeãt: vt tabulare illic faciãt tegumẽtum: nõ vt aliqui haurire ꝓhibean-tur: sed vt nullum ibi sit cadẽdi periculum. Et si in huiusmodi ꝓfũditatẽ nõ clausam i-cidẽs iumentum alicuius moriaẽ: eius p̃ciũ dño ꝓprio soluaẽ. Circũdanda est quo-qꝫ maceria in puteis siue lacis: q̃ ꝓ muro sit: q̃ten⁹ nõ sinat aliquos illic deuolutos ex-tingui. Depositũ siquis accepit: tanquã reꝫ sacrã aut diuinã ita custodiat: nullusqꝫ fraudare creditorẽ studeat neqꝫ vir neqꝫ mulier: nec si imẽsam auri lucratur⁹ sit quãti-tate: spernens quasi nullus sit: qui eum possit arguere. Generaliter itaqꝫ cõuenit vnũ-quẽqꝫ suã cõscientiã sciẽtẽ bene agere: ꝛ testimonio suo sibi sufficienteꝫ vniuersa age-re que ab alijs possint laudis p̃mia condonare: ꝛ maxime respicienteꝫ ad deũ: quem nullus malignorũ latere põt. Si vero nihil agens dolose: ꝑdiderit cui creditũ est depo-sitũ: veniẽs ad septẽ iudices: iuret ꝑ deũ: ꝙ neqꝫ eius ꝯsilio vel malicia perijt: neqꝫ ali-qua rei ꝑdite ꝑte sit vsus: ꝛ inculpabilis tũc abscedat. Si vero vel in aliq̃ ꝑte vsus fue-rit: rẽ sibi creditã ip̃e ꝑdat etiã vniuersaꝫ: ꝛ q̃cũqꝫ accepit: reddere cõdẽneẽ. Sicut aũt de reb⁹ depositis sancitũ est: ita ꝛ siquis mercedẽ fraudet operantiũ corpib⁹ suis: ha-beaẽ odibilis. Nã nõ est fraudãda viri paupis merces: sciẽtib⁹ vniuersis: q꞉ ꝓ terra a-lijsqꝫ possessioĩb⁹ ei de⁹ hoc p̃stitit. Sed neqꝫ differẽda solutio ẽ: sꝫ sub die p̃benda: tan-q̃ꝫ nolente deo fraudari quãquã vsu laboris sui. Pro iniusticia p̃ris nõ debere fi-lios puniri: sed ꝓpter suã potiꝰ virtutẽ eis misericordia p̃bẽda est nõ lesio: q꞉ filij pessi-moꝝ fuere patꝝ: neqꝫ odio habẽdi sũt ab iniquis nati. Sꝫ neqꝫ patrib⁹ filioꝝ sunt re-pẽsanda peccata: cũ multa iuuenes ex nr̃am doctrinã sibimet arrogẽt ꝑ sup biã: nolẽ-tes q̃ sũt vtilia doceri ꝛ coitũ fugere: ꝑ quẽ vna secũ ꝛ masculi virtutẽ ꝛ fructũ filioruꝫ ꝓcreatioĩs amittũt: q̃ꝫ nobis hoibus ad augmẽtũ generis p̃buit de⁹: qñ i nece futuro-rũ filioꝝ agiẽ: ꝛ ꝑ hoc eoꝝ extermiaẽ initiũ. Nã sicut aie illoꝝ debilitanẽ: ita ꝛ q̃ sunt corpis ꝑmutanẽ. Similiter aũt quicqd putaẽ esse vidẽtib⁹ mõstruosũ: nõ liceat fie-ri neqꝫ de hoib⁹ neqꝫ de ceteris aĩalib⁹. Hec siquidẽ vobis legũ vr̃e reipublice sit pacifica cõstitutio: ꝛ de⁹ ꝓpici⁹ ei⁹ decorẽ inuiolabilẽ ꝯseruabit. Nullũqꝫ fiat tempus qð in aliquo aliqs hec innouet: ꝛ in cõtrariũ mutet. Quia vero necesse est humanum

Lex talionis als pena dicitur.

Qui puteũ effodiunt aut effodi faciunt illum tabulare debent.

Depositum dicitur sacrum.



Q̃ꝫ tenẽtes mercedem paupis operarij.

gen⁹ īcōsiderata pīcula aut volūtarias turbas incidere: etiā de his breuia colloq̄mur
q̄ten⁹ pscientes q̄ oportet fieri: ad opus salutis sitis idonei: ⁊ nō tūc requirentes q̄ nos
ꝯueniat facere: minus instructi tpibus succūbatis. Terrā quā vobis sine laborib⁹ pꝛe-
buit deus: ⁊ sine virtutū exercitatiōe cōcessit: pstet quidē: vt ea sine bello fruamini: ne
q3 alijs in ea contra vos pliātib⁹: neq3 intestina seditiōe cōcussis: p quā cōtraria vr̄is
patribus gerentes: q̄ ab illis sūt custodita pdatis: s3 vtentes legib⁹ bonis quas vobis
de⁹ pbuit psistatis. Si vero casus belli aut nūc vobis: aut vr̄is filijs postea forte pue-
nerit: extra termios hoc agat. Bellaturi: legatiōes ⁊ pcones mittite ad volūtarios ho
stes. Ante arma nāq3 bonū est apud eos vti sermōib⁹ declarātib⁹: qm̄ ⁊ militiā copio
sam hn̄tes: ⁊ equos ⁊ arma: ⁊ an̄ hec ppiciū deū: ⁊ vobiscū piter dimicātē: tn̄ petite: vt
nequaquā cum eis pugnare debeatis: ne res eoꝝ auferre cogami. Et siquidē cōsen
tiunt: bonū vobis est seruare pacem: si vero confidentes in se: quasi virtute pcellant: ⁊
vos vexare conent: exercitū sup eos inducite: principe quidē vtentes oīpotente deo
sub principē vero ꝯstituite vnū: qui cunctos virtute pcellat. Multoꝝ nāq3 pncipat⁹
his qui agere quicq3 excellenter (al's celeriter) cōpellūt impedimentū est: ⁊ poti⁹ nouit
ledere q3 iuuare. Exercitus aūt ducat mund⁹: ⁊ inter omnes corporis robore ⁊ animi
audacia valde ppositus: timidi vero discerendi sūt: ne dum circa ꝯgressiōem belli con
uertunt ad fugā: hostib⁹ magis vires adijciāt. Eos qui nup edificauerint domos:
quib⁹ temp⁹ annale nō fuit ad fruēdū: ⁊ qui plātauerūt: ⁊ necdū pticipati sūt fructib⁹
in puincia dimittēdos censemus: s3 etiā eos qui spōsi sunt: ⁊ qui nup vxores duxerūt
ne desiderio eaꝝ pcentes vite ⁊ seruātes semetipos: vt illis fruant: arma tractare con
temnāt. Cum vero castra inquit ducitis puidete ne quid mali geratis. Obsidētes ci-
uitatem: ⁊ lignis egētes ad machinatiōis opus: non incidatis arbores terre fructife-
ras: s3 parcite sciētes eas a deo p vtilitate hoim esse productas. Que si vocem habe-
rent iurgium vobis inferrent: quia cum non sit in eis causa belloꝝ: inique sectionis
pindicia patiant: ⁊ si virtus eis foret: etiā demigrarent: ⁊ in aliā terrā recederēt. Vin-
centes aūt in pugna: rebelles occidite: alios vero ad tributa reddenda seruate: absq3
gente chananea. Hos eni cū omni domo cūctos oportet exterminari. Custodite i bel
lo pcipue: vt neq3 mulier vtat instrumento virili: nec vir tunica mulieri. Huiusmo
di siquidē moyses hebreoꝝ rempublicā dereliquit. Leges aūt pus q̄dragesimo āno
ꝯscriptas tradidit: de qb⁹ in alia sum ꝯscriptiōe dictur⁹. Reliquis vero dieb⁹ freqnen
tes bn̄dictiōes p ecclesias eis dedit: ⁊ sup eos qui nō legitime viuerēt: si q̄ in eis sunt
definita trascēderent maledictiōes iposuit: deinde exametꝝ eis carmē effecit: qd̄ in li
bro dereliquit in sacrario ꝯseruandū: eloquiū cōtinēs futuroꝝ: secūdū qd̄ oīa facta sūt
atq3 fient: nullaq3 veritate pūat. Hos igit libros simul ⁊ arcā in qua decē verba dua
b⁹ tabulis ꝯscripta recōdidit: ⁊ tabernaculū tradidit sacerdotib⁹: ⁊ populū adhortat⁹
est: vt dum obtinerēt terrā: ⁊ collocarent in ea: amalechitaꝝ nō obliuiscerēt iniuriā. s3
castrametati sup eos: penā de eis sumerēt: eo q eos i deserto positos afflixissent. Ca-
pta vero terra chananeoꝝ: ⁊ oēm eius multitudinē pimi iussit ⁊ altare erigēdū: qd̄ ad
solis respiceret ortū: tū nō longe ab vrbe sicimoꝝ inter duos mōtes: garizeo quidē a
dextris posito: a leuo aūt eo qui hebal nūcupat: diuisoq3 exercitu p sex trib⁹ in duo-
b⁹ mōtibus: ⁊ cū eis leuitis ⁊ sacerdotib⁹: pmū quidē eos qui in mōte garizeo eēnt o-
rare sanccīuit: bona sup eos accidere: qui circa religiōem dei legūq3 custodiā studium
haberēt: nec offenderēt in his q̄ moyses iperauit: ⁊ his fauere (alias trib⁹) rursūq3 his
orantib⁹: sex alias rn̄dere bn̄dicētes: deinde trasgressorib⁹ ponere maledicta: ⁊ i eoꝝ
ꝯfirmatione sibi trib⁹ adinuicē cōsonare. Cōscripsit aūt bn̄dictiōes eoꝝ: vt nequaquā
longo tpe hec doctrina deficeret. Quas etiam moriēs in altaris latere vtroq3 conscri-
psit: stāte populo: ⁊ secū sacrificia ⁊ holocausta celebrante: qd̄ nequaq̄3 vlteri⁹ fecit

i bello dominus sit dux

Militibus arborum fructi ferarum nō cedat

pronosticon Moysi ĩ trãsgressores legum

Hec igit̃ cõstituit moyses: ⁊ hebreoꝝ gens hec mandata sequẽdo cõstitit. Altera vero populũ cũ mulieribꝰ ⁊ infantibꝰ in ecclesiã ꝯuocauit: ita vt famuli etiã adessent ⁊ ei iusiurãdum ꝓ legũ custodia celebrarẽt: vt de dei volũtate perfecte cogitãtes: neqꝫ cognatis fauẽtes: neqꝫ terrore ꝑmoti: neqꝫ aliã quamlibet fortiorẽ causã q̃ꝫ legũ custodiã arbitrantes: eaꝝ p̃cepta trãscẽderẽt: sed siue quisquã eoꝝ cõsanguineꝰ temptaret huiꝰ cõuersationis iura cõfundere siue ciuitas foret: in eis vlciscerent̃ ⁊ singulariter ⁊ cõiter: ⁊ cũ eis p̃ualerẽt: etiã fundamẽta subuerterẽt: vt neqꝫ pauimẽtũ cõtemnẽtiũ si esset possibile remaneret: si vero nequirẽt inferre tormẽtũ: hoc ip̃m ondẽderent: q2 non sua voluntate fecissent. Et in his quidẽ multitudo iurabat Docuit autẽ eos quemadmodũ sacrificia q̃cipue deo placerẽt: ⁊ quõ p̃liãtes digni fierẽt vĩtẽtes cõlectura lapidũ: de quibꝰ p̃mitꝰ declaraui. Prophetauit vero ⁊ Jesus p̃n̄te moyse. Igit̃ moyses cũcta que forẽt ꝓ populi salute faciẽda in bellis simul ⁊ in pace tractãs: legibꝰqꝫ ꝯpositis: ⁊ distributis reipublice p̃iter ornamẽtis dicit: q2 ei diuinitas indicauerit ꝙ si trãsgrederent̃ eius religiõem hebrei experirent̃ aduersis: ita vt eorũ terra armis hostium ꝯpleret̃: ⁊ vrbes destruerent̃: ⁊ cõcremaret̃ tẽplũ: ⁊ viri venditi seruituri forent nullo eoꝝ calamitatibꝰ miserãte: eosqꝫ cũ talia sustinerẽt: frustra esse penituros. Deus tñ inquit qui vos creauit: ⁊ ciuitates ciuibꝰ vr̃is tẽplũqꝫ restituet: eritqꝫ haꝝ rerũ calamitas nõ semel sed sepiꝰ affutura. His dictis: exhortãs Jesũ ad chananeos exercitũ ducere tanquã deo coop̃ante in his q̃cunqꝫ tentarẽt: ⁊ omni multitudini b̃n̄dicẽs quõ ego inquit ad nostros ꝑgo maiores: ⁊ deꝰ hoc die me ad illos ire decreuit gr̃as quidẽ ei adhuc viuẽs vobisqꝫ p̃n̄s refero: ꝓpter ꝓuidẽtiã eius: quã nõ ꝓpter libertatem solũmõ vr̃aꝫ gerẽs: sed etiã ꝓ muneribꝰ optimis semꝑ exhibuit: laborãtiqꝫ mihi ⁊ oẽꝫ sollicitudinẽ adhibẽti ꝓ meliori vestra cõuersatiõe sua solacia non negauit: ⁊ in oĩbus placidũ nobis p̃buit semetip̃m: magis aũt ip̃e fuit: qui etiã bonã cõuersatiõem dedit: finẽqꝫ cõcessit: me vĩẽs sub p̃ncipe pariter ⁊ ministro: in quo vestrũ populũ voluit adiuuare. Pro quibus oĩbus b̃n̄dicere virtuti dei cui cura erit ⁊ in futuro cogitare pro vobis: moriẽs optimũ iudicaui. ⁊ ip̃e vtiqꝫ hoc debitum deo restituẽs: ⁊ vobis ad memoriã derelinquẽs: q2 colere vos semꝑ hũc oportet: ⁊ honorare: ⁊ leges rerum omniũ q̃s p̃stitit: placidusqꝫ ꝑmanẽs adhuc p̃behit: tanquã optima dona seruare. q2 pessimꝰ inimicus est ⁊ homo nequissimꝰ: qui legislatori facit iniuriã: ⁊ leges ip̃as frustra positas arbitrat̃. Deũ ergo nõ ꝓuocetis ad iracũdiã legibꝰ neglectis: quas ip̃e generans vobis dedit. Hec aũt moyse ad finẽ vite dicẽte: ⁊ cũ b̃n̄dictiõe singulis tribubꝰ futura ꝓphetãte: populꝰ cessit cunctꝰ ad lachrymas: ita vt etiã mulieres tundentes sua pectora: demõstrarent in eius morte lugubrẽ passionẽ. Sed ⁊ ꝑuuli flentes: cũ adhuc magis ad retinẽdam tristiciã inualidi forẽt declarabãt: quõ ⁊ ipsi virtutẽ eiꝰ ⁊ magnitudinẽ vltra ipsam infantiã sentiebant. Erat itaqꝫ iuuenibꝰ ac senioribꝰ erũna magne tristicie. Alij nãqꝫ sciẽtes: quali tutore p̃uarent̃: de futuro lugebãt: alijs vero maximꝰ ob hoc erat luctus: quõ cũ nonduꝫ bene eius viderent̃ degustare v̇tutẽ: tali principe fraudabant̃. Nimietatẽ vero gemitus populi: atqꝫ dolorũ: conijcere poterit vnusq̇sqꝫ ex eo: ꝙ tũc ip̃i legislatori ꝓuenisse dinoscit̃. Nã cũ omni tẽpore suaderet nõ oportere quẽquã ꝓ futura deijci morte: tanquã hãc volũtate dei ⁊ legis natura ferẽte: in his tñ q̃ gerebant̃ a populo: victus est vt defleret. Igit̃ ꝓperãtẽ quo erat auferẽdus: cuncti cum lachrymis sequebant̃. Moyses aũt alios quidẽ manu silẽtiũ faciens: ꝓcul quietos manere p̃cepit: ꝓximos vero suis cõsolabat̃ sermonibꝰ: ne sequẽtes lugubrẽ ei facerẽt finẽ. Illi etiam hoc ei p̃standũ iudicãtes: vt ꝓpria volũtate discederet: semetip̃os in alijs locis detinuere flẽtes: ⁊ abeũtẽ lachrymis currẽtibꝰ intuẽtes: quem solũmõ seniores deduxerunt: ⁊ põtifex eleazarꝰ: ⁊ princeps Jesus Cũqꝫ venissꝫ ad mõtẽ qui vocat̃ abarim: qui est excelsus ⁊ e diuerso positꝰ: hiericho terrã optimam

chananeoꝝ ⁊ amplam intuētibus ad viuendū pbens:seniores dimisit: ⁊ dū salutaret eleazarū:⁊ iesum:eisqꝫ adhuc loqref:nube subito sup eū astāte:in quadā ꝯualle sublat⁹est. Scriptū est aūt in sacris libris:eum fuisse mortuū ꝑpter metū:ne ꝑpter excellētiā virtutis q̄ erat circa eū:ad diuinitatē abisse putaref. Uixit itaqꝫ omne tempus ānorū.xx.⁊ cētum:ex quib⁹pte tercia princeps fuit:min⁹vno mēse. Defunctus ē aūt vltimo mense āni:qui a macedonib⁹vocaf distrus:apud nos aūt adari mensis initium est:sapiā cunctos hoies qui fuerūt quocūqꝫ tēpore superās:⁊ optime his q̄ intelligebat vtens:ad dicēdū vero ⁊ ad loquēdū populo valde gratissim⁹:⁊ alia multa bona possidēdo nimis idone⁹:sic quoqꝫ cunctis abstinēs passiōib⁹:vt neqꝫ esse in ei⁹aīa putarent:sꝫ solūmō eoꝝ noīa sciret:⁊ in alijs poti⁹:q̄ꝫ in se eē ꝯspiceret. Et dux quidē inter paucos illi similis fuit:ꝓpheta vero qualis ille:alter null⁹:ita vt quicquid eū cōtigisset loqui:deus putaref audiri. Luxit hunc popul⁹ triginta dieb⁹: ⁊ nūquam tristicie magnitudo hebreos tāta detinuit:quāta fuit in transitu moyseos. Diligebāt eteni eū nō solum qui fuerūt expti:sꝫ etiā qui ei⁹legebāt leges:questiōesqꝫ vehemētissimas faciebāt:⁊ ei⁹ virtutē ita cōsiderabant. Finis itaqꝫ moyses declaratus a nobis hoc modo sufficiat.

Incipit liber quintus.

Mois Moyseos

m

Moyſe itaqꝫ predicto modo ab hoībus abeunte Jeſus oībus
iam in eo legitimis finē habētibus: ⁊ luctu quieſcēte: precepit
vt populus eſſet ꝑparatus ad expeditū: miſitqꝫ exploratores
ad hiericho: q ⁊ virtutē eorūꝫ: ⁊ quā ipſi volūtatē habere vide
rent: agnoſcerēt. Ipſe vero diſponebat exercitū: tanquam
iordanē oportuno tpe trāſiturꝰ: ⁊ cōuocās principes tribuum
ruben ⁊ gad: ⁊ ꝑſides manaſſe: nā ⁊ huiꝰ tribꝰ mediā ptē in ar
non aſcripſerat habitare: q̄ eſt chananeoꝝ terre ps ſeptima: cō
memorabat eis quecūqꝫ moyſi ꝓmiſiſſent: atqꝫ poſcebat: vt ꝑſtantes ⁊ illius ꝓuiden
tie qui neqꝫ dum moreret circa eos defeciſſet: ⁊ vtilitati cōi ſemetipſos ad ea q̄ ꝑcipie⸗
bat ꝓntiſſimos exhiberēt: ⁊ cum equitibus quinquaginta milibꝰ armatorūꝫ a loco qui
dicitur abela ad iordanē acceſſit in ſtadijs .lx. Cūqꝫ fuiſſet illic caſtrametatꝰ: repen
te exploratores aduenerūt nihil hoꝝ q̄ agebant apud chananeos ignorātes. Lateter
eni prius oēꝫ vrbē eoꝝ licēter ꝯſiderauerūt ſimul ⁊ muros qcunqꝫ fortes: ⁊ qui nō ita
cauti eſſe viderentur: ſed ⁊ portas: q̄ dum eſſent fragiles: oportunū preberent inuaſu⸗
ris introitum. Non autem curabant ciues quicunqꝫ videbant eos iſta cōſiderare pu⸗
tantes viſionis gratia peregrinos aptiſſima eos ciuitatis loca ſingula perſcrutari: nō
voluntate tamen hoſtili. Cunqꝫ veſpere factum fuiſſet: ⁊ deſcendentes in habita⸗
culum quoddam muro vicinum veniſſent in quo cenaturi erant: eſſetqꝫ eis addiſcen⸗
di cura: nunciatum eſt regi cenanti: eo ꝙ exploratores quidam ex hebreorum exercitu
venientes eſſent in raab habitaculo: cū multa latēdi ꝓuidētia ꝯſtituti. Ille vero repē⸗
te eos ꝑcipit ꝯprehēſos adduci: vt eos torquēs agnoſceret, qd agere volētes adeſſent
Cūqꝫ inuaſiōem eoꝝ raab agnouiſſet: nā ſupra murū ſtipulā lini ſiccabat: explorato⸗
res quidē illic abſcondit. His aūt qui miſſi fuerāt a rege dicebat: ꝙ peregrini quidaꝫ
ignoti fuerint anī paululū q̄ꝫ ſol occūberet apud eam: ⁊ cenātes abſceſſerunt. Quos ſi
timorē ciuitati: ⁊ regi periculū ferētes veniſſe putarēt ſine labore cōprehēderēt ꝑſequē
tes. Illi vero muliere ita loquete: nullū eiꝰ ſentiētes dolū abſceſſerūt: neqꝫ ꝑſcrutan⸗
tes habitaculum eiꝰ. Cūqꝫ prexiſſent ꝑ vias ꝑ quas eos ꝑcipue ire credebāt: ⁊ q̄ du⸗
cerēt ad vada iordanis ⁊ nullū ſignū agnoſcerēt: a labore qeuerunt. Tumultu autem
ſedato: raab deducēs viros ⁊ periculū ꝓ eoꝝ ſalute faciēs ſuū: q̄ ſi capi in eorū occul⸗
tatione potuiſſet: neq̄quā ſupplicia regꝭ euaderet: ſꝫ cū oī domo peſſime depiſſet roga
uit vt haberēt ſui memoriā: ⁊ dum chananeoꝝ terrā obtinerēt: huiꝰ ſalutis repēſatiōeꝫ
eos ſibi ꝯferre poſcebat. Quo facto: dimiſit abire eos ad ꝓpria: iurātes: vt eā liberarēt
⁊ q̄ cū ea forēt: dū veniētes in ciuitatē vaſtarēt eā: ⁊ oēs habitatores eiꝰ: ſecūdū ſniam
apud ſe ꝑfinitā vna ꝑimerēt. Hec eni illa ſcire ſe dicebat ſignis dei virtute mōſtratis
Et illi de pn̄tibꝰ gratias referētes: ⁊ de futuris iurabāt ope ſe repauſaturos fore: ⁊ ſua
debant: vt dum ſentiret capiēdā ciuitatē: oēm poſſeſſiōem ſuā atqꝫ domeſticos in illo
habitaclo recōderet: ⁊ anī ianuas coccineū funē appēderet: q̄tenꝰ ſciēs domū princeps
ne quid ei mali fieret cuſtodiret. Adijciebāt eni. Nūciamꝰ ei: qꝛ tuo fuerimꝰ ſolatio li
greges eis distribuēt. Et vt breuiter sit dicendū: seruietis cum omnibus vestris regi: similes seruoꝝ eius effecti: horūq; ſmonū memoriā tūc hēbitis: qñ hec passi fueritis ⁊ penitētia ducti rogaueritis deū vt vestri misereat: ⁊ donet a regali onere velocissimā libertatē: qui vestras nō suscipiet p̄ces: sed eas respuēs vestras sinet: vt maloꝝ cōsiliorū tormēta sustineatis. Erat aūt populus in hac ꝓphetia futurarū rerum valde fatuus ⁊ difficilis: vt cōsilium qđ semel in mēte collocarat expleret. Nam neq; audiētes talia sunt cōuersi: neq; eisdē ſmonibus eos ꝓpheta pterruit: sed magis vehementer instabāt ⁊ regē sibi ordinari nimie postulabāt: nec cogitandū de vēturo eē cēsebāt: sed fore necessariū secū ꝓ afflictiōe inimicoꝝ habere pugnaturū regem: quando nulla ꝓinciarū in tali cōuersatione sine rege cōsisteret. Uidens aūt eos Samuel nec in his que fuerant p̄dicta cōuersos: sed potius iminentes ait. Nunc equidē ad ꝓpria singuli quiq; recedite: oportune vero vos euocabo: dum quē vobis daturus sum regē a deo cognouero. Erat igitur quidā de tribu beniamin vir nobilis morib⁹ ⁊ laudabilis nomie Cis. Huius erat filius iā iuuēculus: formaq; pulcherrim⁹: ⁊ corpe valde ꝓcerus: quiq; multos mēte ac prudētia p̄cedebat: vocabaturq; Saul. Hic vo cis dū asini p̄cipui de grege ei⁹ errassent in qb⁹ nimis: ⁊ sicut in nullo alio iumēto dlectabat: filiū suū ad requirēdos eos cū vno famulo destinauit. Qui dum tribū patriā requirēdo asinos circuisset: venit ad alias: ⁊ dū neq; in eis inuenisset: discedere cogitabat ne patri de se molestiā cogitatiōis inferret. Cumq; in ramatha ciuitate venisset: ⁊ puer qui cū eo erat dixisset ei: in ea esse ꝓphetam verū: dedissetq; cōsilia vt ad eū irēt: ac p eum de asinis quos querebant agnoscerēt: respōdit nihil habere p̄ manib⁹ quod euntes deberēt offerre ꝓphete: quoniā vie pecunia iam fuisset expēsa. Tūc famulus dixit eē quartā partē sibi sicli: ⁊ hoc ei datū posse sufficere. Errabāt eni ignorātes: eo ꝙ nō accipet ꝓpheta mercedē. Cūq; venissent ante portas: ⁊ virgines iuenientes ad aquā euntes: iterrogauerūt eas de domo ꝓphete. Que cū indicassent: adiiciebāt vt festinarēt: anteq̄ ad comedēdū accederet. Multos eni eū ea die dicebāt pascere: ⁊ ex his qui vocati fuerāt eū primū discūbere. Samuel āt ꝓpterea multos tūc ad cōuiuiū vocauerat. Nam dū precedēti die depcabatur deū vt ei p̄diceret quē cōstitueret regē: indicauerat ea hora altera die missurū se aliquē iuuenē de tribu beniamin. Porro Samuel in domo sedēs: tēpus quod ei ꝓmissum fuerat expectabat. Quo adimpleto descendēs ibat ad mēsas: occurritq; ei Saul: cui deus ꝓtinus idicauit hunc eē regnaturū hebreis. Saul āt accessit ad Samuel: eūq; salutās supplicauit: vt ei domū ꝓphete monstraret: quā scilicet vt pegrinus se ignorare dicebat. Cūq; samuel se esse dixisset: eūq; duceret ad cōuiuiū: incolumes eē ꝓ quib⁹ querēdis missus fuerat asinos indicauit: ⁊ omnia ei bona regni esse conferenda promisit. Cui saul: minimus inquit sum domine mi hac spe: ⁊ de vltima tribu que regibus apta non est: ⁊ ex inferiori patria vrbium ceterarum: sed tu me de hac spe magis illudis: ⁊ pro ridiculo me fatigare contendis: de rebus maioribus q̄ vt mihi conuenit nunc loquendo. Quem ꝓpheta deducens ad conuiuium: recumbere fecit: simul ⁊ sequentem puerum: super eos q fuerant inuitati. Erant enim numero septuaginta. Precepitq; vt pars ei regalis apponeretur. Et cum hora dormiendi aduenisset: singuli quiq; ad propria discesserūt Saul autem apud prophetam cum famulo suo soporatus est. Die ergo facto: samuel eum excitans duxit foras. Et cum extra ciuitatem venissent: famulum quidem p̄cedere iussit: illum vero remanere: quasi aliquid nullo alio presente dicturus. Dūq; Saul puerum premisisset: sumens propheta vas olei: super iuuenis caput effudit: eumque complexus ait. Esto tu rex constitutus a deo: ⁊ contra Palestinos vindicaturus hebreos. Hoc autem erit tibi signum quod te volo prescire. Cum ꝓfectus fueris inuenies tres viros in via euntes in Bethel adorare deum. Quorum

primũ qdẽ tres panes efferre videbis: secũdũ vo hedũ ꝛ tertiũ vtrẽ vini. Isti te salutabũt: ꝛ libẽter te suscipiẽt: ꝛ dabũt tibi duos panes. Tu accipiẽs: exinde venies ad sepulchrũ rachel: vbi cognosces: eo ꝙ inuẽti sint asini. Post hec venies i gabatha: ꝛ ecclesiã inuenies ꝓphetaꝝ: ꝛ diuinitus inspiratꝰ: ꝓphetabis cũ eis: ita ut oẽs habẽtes sensum cũ viderint obstupescãt: atqꝫ mirẽt dicẽtes. Unde ad hanc felicitatẽ peruenit filiꝰ cis: ut possit etiã ꝓphetare. Cũqꝫ hec signa oĩa fuerint facta: scito esse deũ tecũ: ꝛ salutabis patrẽ tuũ atqꝫ cognatos: ueniesqꝫ post hec vocatꝰ a me in galgala: ut ꝓ his deo pacificas hostias imolemꝰ. Hec aũt ꝑdicens: dimisit eũ. Porro saul oĩa ẜm ꝓphetiã samuel euenerũt. Cũqꝫ venisset in domũ: cognato suo abner queꝫ ꝓ omnibꝰ parẽtibꝰ diligebat interrogante de ꝓfectione eius: ꝛ quid accidisset: aliarũ quidẽ reꝝ nihil abscondit: neqꝫ ꝙ apud samuelẽ ꝓphetã fuisset: neqꝫ ꝙ ei asinos inuẽtos esse dixisset: de regno aũt ꝛ eiꝰ euentibꝰ: q̃ etiã si audirent: ꝛ inuidiã ꝛ incredulitatẽ parerẽt: tacẽdũ esse decreuit: qđ nec amico ꝛ ãpliꝰ sanguinis vicinitate cõiunctio cautũ aut sapiẽs credidit indicare: dubitans ut reor de humana natura quippe cum verũ sit: ꝙ pfecte nemo deuotus: nemo amicꝰ: neqꝫ cognatꝰ: ne vsqꝫ in dei donis puꝝ aliquis seruet affectũ: sꝫ circa ꝓuectꝰ sblimiũ: maliuoli ꝛ inuidiosi eẽ noscũt. Samuel autẽ cõuocauit populũ ad ciuitatẽ Maspha: ꝛ apud eũ diuino mãdato verba disposuit dicẽs. Quõ cũ eis deꝰ pstiterit libertatẽ: ꝛ subdiderit hostes bñficioꝝ sint eius immemores: ꝛ deũ quidẽ regno ꝑuauerint: nesciẽtes quõ nimis vtilimũ est: ab omniũ rerũ excelso iuuari: cũ deus vtiqꝫ omniũ sit solus excelsus: elegerint aũt habere se hominẽ regẽ q eis velut iumẽtis subditis consilio ꝛ desiderio suo aliisqꝫ volũtatibꝰ sit vsurus ꝛ potestatẽ suã sine aliqua pcitate oibꝰ sit illaturus: quiqꝫ nõ ita sicut deꝰ ꝓpriũ opus atqꝫ facturã tueri genus hoiũ festinauit: qđ deũ solũ semp cõstat efficere. Sꝫ quõ vobis iquit placuit: ꝛ hec iiuria ꝑualuit ꝯtra deũ: ordinamini oẽs p tribꝰ ꝛ sceptra: ꝛ mittite sortes vestras. Qđ dũ hebrei fecissent: sors cecidit tribui beniamin. Et dũ fuisset denuo sors missa p genus: exiit ꝓgenies metri. Cũqꝫ p viros ipsiꝰ generis sors missa fuisset: ad saul filiũ Cis sors regni ꝑducta ẽ. Quod dũ iuuenis agnouisset: semetipm abscondit: nolẽs videri ut arbitror sponte suscipe ꝑncipatũ: sꝫ tantã sui abstinẽtiã ꝛ tẽperantiã demonstrauit: ut dũ multi nec in pua felicitate gaudiũ valeãt retinere: sꝫ oĩo cõspicui eẽ desiderẽt: ille nõ solũ semetipsũ ꝓ tali regno: ꝛ tantaꝝ gẽtium futurꝰ dñs nõ oñdit: sꝫ etiã ꝯspectui eoꝝ quibꝰ erat regnaturus eripuit: ꝛ querẽdũ se nõ sine eoꝝ fatigatiõe fecit. Quibꝰ difficultatẽ patiẽtibus ꝛ cogitantibꝰ eo ꝙ nõ adesset: rogauit ꝓpheta deũ: ut ei vbi eẽt oñderet: ꝛ iuuenẽ manifestũ efficeret. Dũqꝫ cognouissꝫ a deo locũ in quo erat celatus saul: misit q eũ adduceret. Et cũ inuenissꝫ: eũ i medio populi collocauit. His eni omnibꝰ eminebat: ꝛ ipsa ꝓceritate regius erat. Dixitqꝫ ꝓpheta Hunc vobis deus dedit regẽ: videtis ꝙ ꝛ melior cũctis ẽ: ꝛ impio dignus. Cumqꝫ optasset populus regi salutẽ: ea q̃ illis erant futura ꝓpheta conscribẽs: rege audiente legit: ꝛ librũ in tabernaculo dei reuoluit: ob testimoniũ eorũ q̃ ꝑdixerat võturus generationibꝰ offerẽdũ. Dum hec itaqꝫ samuel celebrasset dimisit populũ propheta: ꝛ ipsi quidẽ in amathin ciuitatẽ patrie sue ꝓfectus est. Cũ vo saul iret in gabath: ex his q erant multi quidẽ honoꝝ viroꝝ secuti sunt: honorẽ regi debitũ exhibẽtes: plurimi vo maligni: ꝛ illum cõtẽnabant: ꝛ alios irridebãt: ꝛ neqꝫ munera offerebãt: neqꝫ studio aut sermone saul sibi placere demõstrabãt.

Capitulũ. VI.

Post mensem vo honoris eius initiũ belli causa contigit contra naas regeꝫ ammonitaꝝ. Hic eni multa mala iudeis habitantibꝰ trans iordanẽ intulit: ꝛ cuꝫ multo ac pugnaci exercitu eos afflixit: vrbesqꝫ eorũ seruituti subegit. Quoꝝ fortitudinẽ vi ꝓpria ad pñs sue subdidit ditioni: sapiẽtia vo atqꝫ tractatu sic infirmos reddebat: ut neqꝫ rursus iugũ potuissent euadere seruitutis. Eoꝝ nãqꝫ etiam qui ad eũ

aut fide data veniſſent: aut quos lege bellica cepiſſet: dextros oculos euellebat. Qđ ideo faciebat: vt ſiniſtram partẽ vultus ſui ſcutis celantes: ad bellandũ nimis forent inutiles. Et hec quidẽ ammonitaꝝ cum feciſſet habitãtibus trans iordanẽ: ſup galadinos abijt: ⁊ caſtra ponens circa ciuitatẽ iabes: legatos ad eos miſit ꝑcipiens vt ſe ei traderẽt: quatenus eoꝝ oculos dextros auferret. Qđ ſi nollent: per obſeſſionẽ eorum ciuitatẽ ſe interminabat̃ euertere: electionẽ vero in ipſis eſſe: vtrum vellẽt partem corporis amittere: aut certe vniuerſi ꝑire. Galadini vero merẽtes in talibus: neutrũ hoꝝ ꝑmittere preſumpſerũt: neq̃ ſemetipſos tradere: neq̃ repugnare. Septẽ vero dierũ inducias popoſcerũt: vt ad cõtribules legationes mittẽtes: ſolacium ab eis poſcerẽt. Et ſi quidẽ auxiliũ veniret pugnarẽt: ſi vero huius rei foret inopia: tradere ſe dixerũt paſſuri quodcũq̃ placeret hoſti. Naas autẽ ſpernens multitudinẽ galadinorũ: eorũq̃ reſponſũ: dedit eis inducias: ⁊ ſolatia a quocũq̃ vellent poſtulare ꝑmiſit. Illi ergo repente ꝑ ciuitates iſraelitaꝝ miſerunt: indicãtes que eis faceret naas: ⁊ in qua tenerẽtur anguſtia. Qui vſq̃ ad lachrymas magnãq̃ triſtitiam hoc audito venerunt. Timor autẽ eis aliud quicq̃ facere nõ ꝑmiſit. Cũq̃ legati in regis ſaul ciuitatem veniſſent: ⁊ in quibus eẽnt iabite ꝑiculis nunciaſſent: populus quidẽ idem fecit qđ illi priores: flebãt enim oẽs cognatoꝝ calamitates. Saul autẽ ab opere agri reuerſus in oppidũ venit: inuenitq̃ flentes ꝓprios ciues: ⁊ dum cãm eorũ triſtitie ⁊ cõfuſiõis inquireret: agnouit quod cõtingerat a legatis: diuinituſq̃ inſpiratus iabitas quidẽ remiſit: promittẽs eis in auxilium ſe venturũ die tertia: ⁊ ante ſolis aſcenſum hoſtes eẽ victurũ: ita vt victores eos ⁊ timore liberos ortus ſolis inſpiceret: iuſſit eorum aliquoſ ꝓ ducatu itineris ſuſtinere. Igitur volens populũ ad ammonitaꝝ bellum damni timore cõuertere: eis quo citius ſubuenirẽt: incidẽs boum ſuoꝝ neruos: hec ſe facere cunctis interminatus ẽ: ſi nõ armati alia die concurrerẽt ad iordanẽ: eũq̃ ſequerentur ⁊ ſamuelẽ: vbicũq̃ eos educerent. Illis autẽ propter timorẽ imminẽtis damni deffinito tẽpore currẽtibus in ciuitatẽ balam dinumerata multitudine: iuenit eorũ numeꝝ preter tribũ iuda ſeptingenta milia fuiſſe collectos: illius autẽ tribus ſeptuaginta milia viri fuerunt. Tranſiens ergo iordanẽ: ⁊ decem finiũ tota nocte faciens iter: oriẽte ſole exercitui in tribus partibꝰ cõſtituto: repẽte ⁊ inopinabiliter ruit ſup hoſteſ: factaq̃ pugna: ⁊ alios multos ammonitaꝝ peremit ſimul ⁊ regem. Hoc igitur opus claꝝ fecit valde ſaul: ⁊ apud omnes hebreos eum laudabilẽ demonſtrauit: magnãq̃ fecit gloriam fortitudinis adipiſci. Nam ſi quiꝫ primitꝰ fuerãt qui eum ſpreuerãt: tunc cõuerſi ſunt vt eum honorarẽt: ⁊ meliorẽ cunctorũ principatum eius iudicarẽt. Non enĩ ſufficit illi ſolũmodo iabeſſenos eripuiſſe: ſed etiam cunctã ſtuduit pugnando ãmonitarum ſubuertere regionẽ: predãq̃ exinde copioſam ſumẽs: clarus ad ꝓpria remeauit. Populus ergo ꝓ rebus que geſte fuerãt a ſaul: magna delectatione gaudebãt ⁊ ꝙ regem talẽ ordinauerãt exultabãt. Contra illos vero qui eum nihil rebus ꝓdeſſe dixerãt exclamabãt: vbi ſunt nũc illi exoluant penas: ⁊ reliqua ſimul adijciebant: vt ſolet vulgus felicitate detẽta euomere: ⁊ cõtra illos qui in principijs hmõi rerum eſſe vidẽtur auctores. Saul ãt horum quidẽ circa ſe fauorẽ amplectebat̃ ⁊ voluntatẽ: iurauit autẽ nullum ſe nocere cõtribuliũ: nec illa die necari ꝑmittere: cũ eẽt nimis incõgruum: ſi data a deo victoria: ꝓprij generis ſanguine fedaret̃: ſed deceret vt gratiã habẽtes adinuicẽ feſtiuitatẽ potius celebrarẽt. Cũq̃ ſamuel dixiſſet ſecundam ordinatiõnẽ in cõfirmatione regni ſaul oportere fieri: oẽs cõgregati ſunt in galgalã ciuitatẽ. Illic enĩ eos venire ꝑceperat: ⁊ rurſus vidẽte populo ꝓpheta vnxit ſaul oleo ſancto: ⁊ ſecũdo denũciauit regem. Itaq̃ iſto modo hebreoꝝ reſpublica ad rerũ alꝰs regum iura cõuerſa ẽ. Nam tẽpore moyſi ⁊ ieſu eius diſcipuli: qui poſt eũ dux fuit: optima ducis cõuerſatiõe regebãt̃: poſt illoꝝ vͦ morte ãnis. x. ⁊ octo populꝰ eoꝝ ſine ꝑncipe

fuit. Postea ad cõuersationẽ pristinã sũt reuersi: ei q bello τ fortitudine cũctos excelleret tribuentes iudicij potestatẽ: τ ppterea tẽp⁹ cõuersationis huiusmodi nimis eximiũ vocauerũt. Samuel aũt ppheta cõgregatis hebreis ait. Cõiuro vos p maximũ deũ: q fratres illos optimos moysen τ aaron deduxit ad vitã: τ p̃res nr̃os ex egypto: de domo seruitut ȝ eripuit: ut neqȝ verecũdie aliqd cõferẽtes: neqȝ timore pterriti: neqȝ alia q̃libet passiõe detẽti: dicatis: siqd a me prauũ aut iniustũ: aut lucri gratia: aut auaricia causa gestũ ẽ: arguite me si cui⁹ aliqd accepi: aut si vitulũ: aut ouẽ: aut cibũ recepi: aut si cui⁹ iumẽta ad vtilitatẽ meã tollẽs: aliquẽ cõtristaui: ex his ergo oib⁹ siqd abstuli dicite corã rege. Illi v̄o clamabãt hoꝝ nihil ab eo factũ esse: sȝ iuste τ sancte fuisse eũ cũ pp̄lo hebreoꝝ. Samuel aũt cũ audissȝ cũctoꝝ huiusmõi testimoniũ fuisse de eo ꝓlatũ ait. Quõ indicastis mihi: q̄ nihil incõgruũ de me dicere valeatȝ corã rege nũc audite cũ fiducia me dicẽtẽ. Quõ impie nimis egistis i deo petẽtes regẽ: cũ vos oportuisset habere memoriã: q̄ cũ septuaginta solũmõ nr̄i generis anus iacob ppter famẽ venit i egyptũ: τ illic multis milib⁹ ꝓcreatis: q̃ ad pessimũ seruitiũ egyptij pduxerũt: orõne patrũ absqȝ rege tantã multitudinẽ ex necessitate de⁹ eripuit: mittens eis moysen τ aaron frẽs: q vos eduxerũt in terrã hãc: quã nũc vtiqȝ possidetis. Et his adeptis p deũ bonis: didicistis pietatẽ atqȝ religionẽ dei: quos ille hostib⁹ subditȝ liberauit: τ p̄mũ quidẽ assyrioꝝ rege τ eoꝝ fortitudine potiores effecit: deinde prebuit victoriã ãmonitaꝝ: nouissime v̄o palestinoꝝ: τ hec oia cõcessa sũt nõ habẽtib⁹ regẽ: sȝ cũ iepte τ gedeon duces exteterũt. Que vos ergo tenuit stulticia: ut fugientes a deo: hois esse velitis sub regno. Et ego quidẽ hũc vobis institui: quẽ deus elegit: ut tamẽ vobis manifestũ sit deũ irasci: τ ingrate ferre petitionẽ vestrã in regno: faciã ut de⁹ ipse hoc vobis ostẽdat aptis indicijs: qd̄ null⁹ aliquãdo vr̄m hic vidit factũ messis tẽpore imbrem deũ depcor effũdere. Cũqȝ hec samuel dixissȝ ad pp̄lm: tonitrua subito: τ chorruscatiões: τ grãdinis ipet⁹ diuinitatȝ iussiõe ꝓrupit: v̄itatẽ pphete apud cũctos oñdens: ita ut obstupescẽtes: τ in formidine cõstituti: sese peccasse cũcti ꝓfiterenter: τ in hoc p ignorãtiã incidisse: utqȝ deũ pphetа velut optim⁹ p̄r τ mitis rogaret: quaten⁹ ꝓpici⁹ esset eis: peccatũqȝ qd̄ p incuriã τ iniqtatẽ cõmiserãt: dimitteret exorabãt. At ille ꝓmisit deũ se rogaturũ: ut eis veniam cõcederet meritoꝝ: monuit tñ eos: ut si iusti forẽt τ boni: τ haberẽt sp memoriã eoꝝ in quib⁹ p̄uaricationẽ virtutis inciderãt: τ signoꝝ dei τ legislatiõis moysi: eis cũ felicitate regia salutis esset affect⁹: si v̄o hec negligerẽt: v̄turã eis eorũqȝ regi a deo plagã maximã pphetauit. Igit̃ samuel dum hec dixisset hebreis confirmato secundo saulis regno: populum remeare dimisit ad propria.

Capitulũ. VII.

Saul igit̃ eligens quasi tria milia viroꝝ ex oi plebe: duo milia quidẽ ipse recipiens: morabat̃ i ciuitate bethlẽ: ionathe v̄o suo filio mille dedit armigeros: eũqȝ misit in gabaa. Ille aũt obsidebat castra palestinoꝝ non ꝓcul a galgalis. Palestini nãqȝ q in gabaa morabant̃: arma iudeis abstulerãt: τ munitissima loca: suisqȝ castris opportuna detinebãt: interdicentes hebreis vti ferro. Propter quã causã agricole si qd̄ instrumẽtũ eis esset necessariũ ad culturã: veniẽtes ad palestinos: fabricabãt illud. Cũ g⁹ palestini cognouissẽt castra sua ab hebreis obsessa idignati: τ contẽtũ hebreoꝝ magnã iiuriã iudicãtes: iudeis bellũ itulerũt. cc. pedestriũ qdẽ. ccc. milia: currũ v̄o. xxx milia: τ eqtũ sexaginta milia: castraqȝ posuerũt circa ciuitatẽ magnã. Qd̄ cum cognouisset saul rex hebreoꝝ descẽdit in galgalã ciuitatẽ: τ in oẽm ꝓuinciã misit pp̄lm ppter libertatẽ ad bellũ cõtra palestinos inuitãs: eorũqȝ potẽtiã vilissimã eẽ declarãs: τ nimis indignã: ut p timorẽ picula sustinerẽt. Dũqȝ populi q erant cũ saul multitudinẽ palestinoꝝ inspicerẽt: valde sũt territi: τ alij quidẽ i speluncis τ cauernis τ cloacis semetipsos celauerũt: plurimi v̄o trãs iordanẽ fuga dilapsi sũt: q erant p̄cipue ex tribu

gad ⁊ ruben. Miſitq̃ʒ ſaul ad prophetā vocans eum: vt cū eo de bello ⁊ rebus pre-
ſentibus cogitaret. Ille autē ſuſtinere eū ibi p̄cepit: ⁊ hoſtias preparare: poſt ſeptē vero
dies venturū ad eum: vt ſeptima die ſacrificātes ita cōgrederent̃ ad bellū. Qui ſuſti
nuit quidē ſicut ꝓpheta mandauit: mandatū vero nequaq̃ʒ cum ꝑfectione ſeruauit: ſʒ
cum videret ꝓphetam quidē morari: ſe autē a militibus derelinqui: celebratis hoſtijs
cum audiſſet ſamuel venientē: eius in occurſum feſtinātter egreſſus eſt. Ille ergo nō
recte eū feciſſe dixit: eo ꝙ orationes ⁊ ſacrificia que dei volūtate erant faciēda ꝓ popu
lo: offerre petulāter ipſe p̄ſumpſiſſet. Saul v̄o ſatiſfaciēte ⁊ dicēte ſuſtinuiſſe ſe quidē
p̄finitos dies: ſed ꝓ neceſſitate ⁊ diſceſſu militū: ⁊ ꝓpter hunc timorē ⁊ inimicorum
aduentū: cū in magno eēt metu: eo ꝙ auditi fuiſſent hoſtes in galgala deſcēdiſſe: ad
offerenda ſacrificia ſe fuiſſe cōpulſū. Reſpondēs ſamuel ait. Sed tu quidē ſi iuſtus
eſſes ⁊ mihi nō inobediēs: nunq̃ʒ in his que ꝓ pſentibus p̄cepit deꝰ p̄mitꝰ defeciſſes
q̃ʒ in rebus neceſſarijs expediret: vt tibi tueq̃ʒ ſoboli regnare plurimo tēpore licuiſſet.
Et ſamuel quidē ferens grauiter in his que fuerant facta: diſceſſit ad ꝓpria. Saul
autē in galgala ciuitatē habēs ſecum ſexcentos ſolūmodo viros: cū ionatha filio ſuo
venit: quorū plurimi arma nequaq̃ʒ habebāt: dum ferrum vtiq̃ʒ in ꝓuincia minꝰ eēt:
⁊ qui arma facere potuiſſent. Non eni ſinebant eos paleſtini: ſicut dudū iam declara
uimus hec habere. Igitur diuidētes tribus agminibꝰ exercitū paleſtini: ⁊ ꝑ totidē
itinera diſcurrētes: hebreoꝝ ꝓuinciā deuaſtabant: vidētibus ſcilicet ſaul rege ⁊ eius
filio ionatha: ⁊ terram defendere cū eſſent ſexcēti ſolūmodo nō valētibus. Cūq̃ʒ reſi-
deret ipſe ⁊ eius filius: ⁊ ſacerdos achias qui erat de prole heli ſacerdotis: ſuꝑ collē
excelſum: terrāq̃ʒ populari reſpicerēt: eis in maxima anguſtia cōſtitutis: ſaul filius cū
ſuo armigero cōſtituit: vt latenter ad hoſtiū tabernacula properarēt: turbatiſq̃ʒ eis ſe-
quendo modū cōmotionis inferrent. Dūq̃ʒ armiger eius ꝓnum ſe eum ſecuturū aſſe
reret: etiā ſi mors imineret: ſumens ſolaciū iuuenis ⁊ de colle deſcendētes: ad hoſtes
pariter ibant. Erant igit̃ caſtra hoſtiū ſuꝑ ſcopulum habentē ſubtiliſſimā longitudi-
nem: tribus verticibus acutiſſimis prominentē: ſcopulis ꝑ circuitū euntibus: ⁊ quaſi
ꝓpugnaculis inuaſiones pugnantiū prohibētibus. Unde cōtigebat vt cuſtodes mi-
norē haberent ſollicitudinē caſtroꝝ: ꝙ natura locus ille omnibꝰ videbat̃ eē munitus:
⁊ ad capiendū valde difficilis: eo ꝙ nō ſolum aſcendere illic: ſed etiā accedere diffici-
le videret̃. Dum ergo veniſſet ad caſtra ionathas: armigerū cōfortabat exacuēs vt
ad hoſtes accederēt: ſignū eis hoc victorie indicarēt: ſi eos ad ſe vocarēt: ſi vero nihil
loquerētur: tanq̃ʒ eis nō vocantibus reuerti deberēt. Accedētibus igitur ad exerci-
tum hoſtiū apparēte iam die: vidētes paleſtini eos alterutris dicebāt. Ecce de cauer
nis ⁊ ſpeluncis egrediunt̃ hebrei. Et ad ionathan eiuſq̃ʒ armigerū dicebāt. Uenite
aſcendite ad nos: vt vos digne ꝓ veſtris p̄ſumptionibus puniamus. Quam vocem
ſuſcipiēs grate ſaul filius: tanq̃ʒ ei victoriā deſignantē: tunc quidē ab illo loco in quo
hoſtibus fuerant viſi receſſerūt: mutanteſq̃ʒ locum venerūt ad petram que erat ꝓpter
munitionis locū deſolata cuſtodibus: ⁊ exinde quaſi reptando trahentes ſemetipſos
cū multo labore naturā loci vicerūt: vt ad inimicoꝝ caſtra conſcenderēt. Irruenteſq̃ʒ
eis dormiētibus: occiderunt quidē viginti: turbam vero ſtupore vehemētius impleue
runt: ita vt alij quidem effugerēt arma omnia relinquentes: alij vero ſemetipſos non
agnoſcētes: eo ꝙ congregati ex multis gentibus eſſent: credentes inimicos ⁊ irruiſſe
ſuper ſe iſraelitas putantes: ⁊ non hoc duoꝝ hominū preſumptione cōmiſſum: ad al-
terna bella cōuerſi ſunt. Quorum alij quidē ꝑempti moriebant̃: alij vero fugiētes per
ſaxa p̄cipites collabebant̃. Dūq̃ʒ exploratores ſaul dicerēt regi: paleſtinorum caſtra
valde turbari: requirēs ſaul ne quis ſuorū deeſſet: audiuit ſuum abiſſe filiū ⁊ eius ar
migerū: iuſſitq̃ʒ vt pontifex ſumpta veſte ſacerdotali de futuris rebus ei propheraret.

Cũqꝫ ille cõuincere eũ: ⁊ hostibꝰ fortiter ꝓualere dixisset: palestinos inuasit: ⁊ turba-
tos aggressus est: qui se inuicẽ ꝑemerũt. Qui aũt refugerãt petrisqꝫ se celauerãt iudei
audiẽtes saul esse victorẽ: cõgregati quasi decẽ milia hebreoꝝ: ꝑsecuti sunt inimicos:
cũcta regione dispsos. Igit̃ siue ꝓpter inopinate victorie gaudiũ dum sepe felices
cõtingat extolli: siue ignorantia faciẽte: palme illius decus pessima lamẽtatione feda
tũ est. Volente eni saul funditꝰ interimere palestinos ⁊ penã exoluere: maledixit he-
breis: ut si qs se a cede retinẽs inimicoꝝ añqꝫ nox futura veniret comederet: ⁊ ab in-
terfectore hostiũ: aut a ꝑsecutiõe cessaret: maledictus eẽt. Cũqꝫ saul hoc dixisset: ve-
niẽs ad qnẽdã quercũ excelsã in sorte effrem cõstitutã: ionathas filiꝰ eiꝰ dũ illic apum
cõtingisset eũ inuenire cubilia: ⁊ maledictũ patris ignorans: ⁊ populi sup eo ꝓfusionẽ
nõ agnoscẽs expsso mellis fauo comedit. Inter hec agnoscẽs: quõ nimio cũ ma-
ledicto eiꝰ pr̃ iterdixissꝫ: aliquẽ gustare cibũ añ solis occasũ: comedere quidẽ cessauit
nõ aũt recte patrẽ ꝓhibuisse dixit: qñ cũ maiori potiꝰ fortitudine atqꝫ fiducia ꝑsequẽ-
tes cibo sũpto plurimos inimicoꝝ cape ⁊ interficere potuissent. Multa siquidẽ mi-
lia palestinoꝝ interficiẽtes: circa vespam ad spolia hostiũ sunt cõuersi: magnãqꝫ p̃dã
⁊ pecora sumẽtes occidebãt. Hoc ergo a scriba nũciatũ ẽ regi: quõ ppl's peccaret in
deũ: ⁊ occisis pecudibꝰ: añqꝫ sanguis hñ dilueret: nõdũ purgatis carnibꝰ vescerẽt:
iussitqꝫ saul volui lapidẽ magnũ in medio: ⁊ p̃dicari in populo ut sup eũ interficerẽt:
⁊ carnẽ cũ sanguine nõ comederẽt: quõ hoc nequaqꝫ deo placeret. Cũctis ṽo iuxta re
gis p̃ceptũ faciẽtibus: statuit illic altare saul: ⁊ holocaustũ sup illud deo celebrauit.
Hoc antẽ altare cõstituit p̃mũ. Mox itaqꝫ volẽs ad hostiũ ꝓcedere castra: ut q̃ i eis
videbant̃ diriperet ante diẽ: militibꝰ insigniter eũ sequẽtibꝰ: ⁊ cũ multa fiducia eiꝰ p̃-
ceptis obediẽtibꝰ: vocauit rex achitob sacerdotẽ: iussitqꝫ ut cõsuleret: si deꝰ annueret:
ut eũtes ad inimicoꝝ castra: hostibꝰ denuo ꝓualerẽt. Dicẽte ṽo sacerdote: deũ respõsa
nõ dare: saul dixit. Nõ sine causa: cõsultꝰ deus vocẽ nobis nõ reddidit: q p̃mitꝰ añqꝫ
interrogaret̃ oia nũciauit. Sed hec taciturnitas ait alicuiꝰ latẽtis causa peccati ẽ. Vñ
ꝑ eũdẽ ipsũ deũ: lꝫ filiꝰ meꝰ ionathas peccasse repiat̃: interficio eũ: ⁊ deũ ita placabo:
q̃tomagis extraneo ⁊ nihil mihi cõpetenti ꝑsone suppliciũ inferre cognoscar. Cũqꝫ
hoc fieri ppl's exclamasset: repẽte cũctos i vno loco cõstituit: stetitqꝫ ipse i alia ꝑte cũ
filio: ⁊ eũ qui dereliquerat instãti sorte regrebat: inuẽtusqꝫ ionathas peccasse: interro
gatus a patre ẽ quid fecisset: ⁊ quid in sua vita nõ recte nec sancte peccassꝫ. Cui dixit
pr̃: nihil aliud scio: nisi ꝙ ignorãs hesterno maledictũ ac iusiurãdũ a te ꝓlatũ ꝑsequẽs
inimicos: fauũ gustaui mellis. Quẽ saul occidere se repẽte iurauit: quatenus ⁊ gene-
ri ⁊ nature: sit̃ amori hoc modo p̃poneret iusiurandũ. Qui nequaqꝫ mortis intermina
tione ꝑterritus: sꝫ animã ingenue nimis magnanimiterqꝫ cõponẽs: nec ego supplico
inquit pater ꝑcẽdũ mors mihi suauis est: q̃ ꝓ tua gerit̃ pietate: ⁊ populi magna victo-
ria. Maxia siqdẽ mihi ꝯsolatio ẽ: hebreos de palestinis reliqsse victores. In his
itaqꝫ ois populꝰ doluit: ⁊ nimis igemuit: iurauitqꝫ: nõ se mori ꝑmittere Jonathã: vi-
ctorie huius auctorẽ. Et ipsi quidẽ abripuerũt eũ a maledicto pr̃is: orationes ꝓ eo fa
ciẽtes: ut ei peccatũ quoqꝫ dimitteret deꝰ. Saul ṽo reuersus ad ꝓpriã ciuitatẽ: vsqꝫ
ad sexagita milia hostiũ interfecit: regnauitqꝫ feliciter: ⁊ vicinas ꝓuincias: gentesqꝫ
belli iure subiecit: id est ammonitaꝝ: ⁊ moabitaꝝ: ⁊ palestinoꝝ: idumeoꝝ: ⁊ reges eo
rum tributarios fecit. Fuerũt autẽ ei filij masculi quidem tres: ionathas: ⁊ Jesus: ⁊
melchis: filie ṽo due: merob ⁊ micol: habuitqꝫ militie principẽ patrui filiũ: abner fi-
liũ ner. Ner aũt ⁊ Cis pater Saul fuerunt fratres: filij Abihel. Habebatqꝫ Saul
curruũ multitudinẽ: ⁊ equestriũ ⁊ cũ quibuscũqꝫ pugnaret: cũ victoria remeabat: he-
breosqꝫ ad excelsũ magnitudinẽ felicitatis euexerat: ⁊ aliaꝝ gẽtiũ potentissimos de-
monstrarat. Juuenes ãt ꝓceritate ⁊ pulchritudine p̃cellẽtes elegit: eosqꝫ armigeros

[Marginal manuscript notes:]
... Jonatha · Saul filius peccauit
...tur: filius ad mortem condenatur legis transgressorem
Saul filij · et filie

suos effecit. Cap. VIII.

VEniens igit samuel ad saul: missum se dixit a deo vt eum commoneret: quia eum electum ex oibus regem fecit: et ppterea debere eum obedientem sibi esse: quo ipse quidem haberet gentium principatum: deus vero et ipsius esset et rerum omnium dominator: adijciebatque dixisse eum: quod multa mala amalechite hebreis in deserto fecerunt: quando egredientes ex egypto veniebant in regionem que nunc est eorum: ideo bello perimendos amalechitas: quibus subditis: nullum eorum debere viuum penitus relinqui aliis relinquere: sed oem necandam etatem: incipientes a mulieribus pariter et infantibus: et hoc suppliciu eos quod maiores nostros afflixerunt sustinere. Sed neque iumentis neque aliis pecudibus ob vtilitatem propriamque possessionem ait esse parcendum: sed cuncta dicanda deo: et nomen amalech secundum moysi mandata delendum. Saul vero pfessus est se pcepta coplere: et obedientiam non solum in hoc credidit: vt contra amalechitas pugnaret: sed vt etiam velociter pperaturum ee monstraret: congregauit cunctum exercitum: eumque dinumerans in galgalis inuenit israelitarum absque tribu iuda circa .xl. milia virorum: illa namque tribus sola .xxx. milia armatos hebat. Tunc ergo saul amalechitarum regionem igressus: insidias occultas circa torrentem fecit: vt non solum apte aliis ab arce pugnans: eos affligeret: sed et iopinate sup eos p icertas vias irrueret: et circundatos deuastaret. Igitur congressus i pugnam: fugauit hostes multosque pemit: et reliquos psecutus est fugientes. Cumque illud opus ppicia diuinitate copleset: amalechitarum vrbes obsedit: et alias quidem molitionibus: alias vero suffossionibus cloacarum et muris extrinsecus e diuerso edificatis: alias autem fame et siti: alias vero modis aliis obsidens: et fortiter capiens ad necem cunctorum infantum et mulierum simul inuectus: nihil crudele: nec vltra humanam naturam se facere credens: primum quod in hostes hec agebat: deinde quod pcepto diuino cui non obedire foret grande piaculum ministrabat: cepitque regem hostium agag captiuum. Cuius corporis pulchritudinem magnitudinemque miratus: decreuit esse saluandum: non hoc faciens diuina volutate: sed iudicium proprium sequens: et sine causa ei cedens vitam quasi mihicorditer: vnde illi potestas sine suo piculo miserendi non esset. Deus namque sic odiuit amalechitarum genus: vt neque infantibus parceret: quibus potius misereri natura est. Saul itaque regem agag et malorum que contra hebreos gesta videbant: auctorem a morte fuauit: et hostis pulchritudinem preceptis dei preposuit. Peccauit quoque cum eo simul et populus. Nam et illi iumentis et pecudibus pepcerunt: eaque sibi diripuerunt: iubente deo non ee seruanda: sed et alias res diuiciasque collegerunt. Siquid vero dignum possideri non erat consumpserunt. Cumque vicisset saul vniuersos a pelusio egypti vsque ad rubrum mare residentes hostes: sicimitarum gentem solummodo dereliquit. Isti namque in regione madian in medio habitabant. Quibus ante pugnam denunciauit vt abscederent: ne forte amalechitarum calamitati comunicarent. Nam dum eent cognati raguel soceri moysi: credidit esse saluandos. Saul igitur tanque in nullo pphete mandata puaricans que acceperat: dum contra amalechitas pugnaturus exiret: et velut omnibus integre conseruatis: deuictis hostibus: cum leticia reuertebatur ad ppria. Deus autem pro amalechitarum vita et rapina pecudum quam populus gesserat contristatus est: quod hec fuerant eo prohibente comissa Dirum namque iudicabat: vt cuius fortitudine fuerant adepti victoriam: eum spernerent: et nec tanque humani regis pceptionibus obedirent: dicebatque pphete penitere se: eo quod saul ordinauerat regem: quod eius iussa non faceret: sed vteretur propria volutate. Hec audiens samuel: valde confusus est: et deum cepit tota nocte rogare: vt eet ppicius saul: seque ab eius indignatione suspenderet. Qui veniam se dare saul etiam propheta poscente non annuit: iniustum esse decernens: se tantis peccatis indulgentiam condonare: non ob aliam cam asserens mala generari: nisi cum aliqui iniusticiam passi: ad vindictam negligentiores existerent: aliis extiterint. Aucupantur enim inquit gloriam benignitatis mee et patientie:

Victoria Saul [illegible] amalechitas.

Peccat Saul fuans [illegible] reg. [illegible]

Non delectat ds sup sacrificia sz sup bonos et iustos.

⁊ latēter hec pariūt. Dū ergo de⁹ pcib⁹ pphete denegasset:nec pceret:die facta Samuel ad saul venit in galgala:vidēsq3 eum rex:cucurrit ⁊ osculatus ē dicēs. Gratias ago deo:q dedit mihi victoriā:⁊ q oia p ei⁹ volūtate sunt gesta. Cui rñdēs ait samuel. Vñ ergo audio clamorē iumētoꝝ ⁊ ouiū in exercitu. Cui rñdit populū hec ad sacrificia reseruasse:genus aūt amalechitaꝝ mādato diuino oē se deleuisse nullūq3 fuisse derelictū nisi tātūmō regē:de quo qd oporteret fieri dicebat adinuicē qd cogitandum Cui ppheta dixit:deū nō sup sacrificia delectari: sz sup bonos ⁊ iustos huiusmōi āt illos q eius mādata cōsiliūq3 secunt:⁊ nihil aliud hñ se agere iudicant:nisi quod pro dei fecerint voluntate. Js enī cōtēnit:nō qñ ei sacrificat:sz qñ inobediētie spirit⁹ adhibet. Ab his enī qui ei subditi nō sunt:nec eū vā religione colūt:neq3 dum multas hostias ⁊ magnas obtulerint:neq3 dū ornamētō ex auro argētoq3 facta dicauerint suscepit hec libēter:sz potius auersat:⁊ magis studiū hoc nequicie iudicat nō esse pietatē. Ad illos aūt q solūmodo qd pcipit diuinitas recordant:⁊ mori potius elegūt q3 puaricari aliqd qd iubet:sp cōuertit ⁊ neq3 sacrificiū ab eis exqret:sz ⁊ dū sacrificauerint siue simplex aliqd:siue vilissimū:grauiter eoꝝ praua munera:q3 ditissimorum maximā suscipiet opulētiā. Tu sigdē scito tibi deū iratū:spreuisti nāq3 ⁊ neglexisti ea q tibi mādauit. Quō igit arbitraris eū sacrificia respicere: ex his reb⁹ q decreuit ille pire:nisi forte similia iudicas illa peccata:⁊ quis deo offerēda sacrificia. Scito igitur regnū tibimet auferēdū:⁊ potētiā quā a deo tibi neglexisti collatā fuisse:alij cōferēdā

Porro saul fatebat qdē inique se fecisse:⁊ peccatū se negare nō posse:trāsgressūq3 se mandata pphete dicebat:sz p timore ac metu exercitū nō phibuisse pdā diripiētez nec tantā multitudinē retinere potuisse:sz ignosce inquit:⁊ esto mitis nūc:decetero ei obseruabo ne peccē. Rogabatq3 pphetā:ut reuertēs hostias deo pacificas imolaret Ille vō cū deū illi nō pcere puideret:remeauit ad ppria. Saul aūt volēs retinere samuel apprehēdit ei⁹ palliū:violēterq3 tractū:eo q samuel ipetu facto discederet: vestē eius disrupit. Cui ppheta dixit. Sic tuū scindet impiū:⁊ accipiet illud vir bon⁹ ⁊ iustus:qñ de⁹ pmanet in suo decreto:nec mutat atq3 conuertitur. Nam mutare sententiā passionis humane:nō fortitudinis est diuine. Saul aūt impie quidē se gessisse fatebat:infecta vō facere q fuerāt facta nō posse:rogabatq3 eū:ut se corā multitudine honoraret:⁊ cū eo veniens adoraret. Quod cū fecisset samuel veniēs adorauit deū deductusq3 ad eū est rex amalechitaꝝ agag. Et dū diceret agag:q3 esset amara mors ait samuel. Sicut tu multas hebreorū mres p filijs ingemiscere lugereq3 fecisti: sic ingemiscet in tua morte genitrix tua. Jussitq3 repēte eū in galgalis mori. Ipse vō in ramathā ciuitatē abijt.

Capitulū. VIII.

Rex saul sentiēs q mala passurus eēt:q sibi deū in regno fecerat inimicū:ascendit in gaba:qd nomē interptatū significat collē:⁊ post illā diē nō vidit saul Samuelē. Cūq3 ppheta pptera tristis eēt:iussit de⁹:ut a cogitationibus quiesceret: ⁊ sumēs vas olei in bethleē ciuitatē iret ad iesse filiū obed:⁊ eius vngueret natū:quē ipse mōstraret in regē. Cum vō metueret ire:ne cognoscēs saul:⁊ aut latēter aut palā eū occideret:dicēte deo ⁊ dāte securitatē:pdictā puenit ad ciuitatē. Quē cuncti salutauerūt causam eius inquirētes aduēt⁹. Quibus dicebat venisse se ut deo sacrificaret. Tūc sacrificio celebrato:vocabat iesse cū filijs ad altare:⁊ inspiciēs filiū seniorē pcerū ⁊ optimū:credidit pp̄ter pulchritudinē hūc eē futuꝝ regē:sz puidētia diuina frustratus ē. Dum enim cōsuluissz deū:si iuuenē vngueret:quē ipse admiratus fuerat: ⁊ dignum impio iudicabat:rñdit deus:non ea videre homines q deus intēdit: sz tu inquit pulchritudinē iuuenis respiciēs: hunc arbitraris regno placere: ego aūt non corporis pulchritudinē ac speciē apicē facio eē regalē:sz animi sine dubitatione virtutē. Ille sigdē pfecte pulcher ē:qui pietate ⁊ iusticia ē simul ⁊ fortitudine: necnon ⁊

omnes nō vident que Deus intendit. ...uis sit pulcer.

obedientia splendidus: ⁊ oibus ex quibus anime pulchritudo consistit. Cūq; di=
xisset hec deus: pcepit samuel iesse: vt omnes ei suos filios demōstraret. At ille alios
quinq; venire fecit: quorū qui senior quidē erat eliab vocabat: secūdus vō aminadab
samnaa tertius: quart9 vō nathan: quintus aūt rachel: sextus asam. Uidēs āt ⁊ istos
propheta in nullo minores pulchritudine senioris: cōsuluit deum quē horum eligeret
fore regem. Quo dicēte nullum: denuo requisiuit iesse: si pter istos haberet alios filios
Qui dixit eē alium nomine dauid pastorē ouium curam habentē: iussitq; eum samuel
velociter vocari: impossibile dicēs eos esse cōmessuros anteq; ille veniret. Cumq;
venisset dauid vocatus a patre: puer colore quidē rubeus: ⁊ pulcher aspectu: tacite sa
muel dixit ad eum. Hic ē qui deo placuit ad regādū. Tunc ⁊ ipse discubuit: fecitq;
iuuenē sub se discūbere: ⁊ iesse cum reliquis filijs. Deinde vidēte dauid: sumēs oleū
vnxit eum: eiq; adhuc tacite dixit atq; significauit: quō regnare eu; deus elegerit: mo
nuitq; iustum eē debere: ⁊ eius preceptis obedire. Sic etenim regnū ei multo tēpore
fore mansurū: domūq; claram ac famosissimā habiturū: vastaturūq; pariter palestios.
Sed ⁊ cum quibuscūq; gētibus congrederet vinceret: ⁊ ingentē gloriam possideret:
quod ⁊ ipsum hr̄e ⁊ posteris relinq̄re pmittebat. Samuel quidē du; hec monuiss;
abscessit: diuinitas autē ad dauid saul relicto migrauit. Et ille quidē pphetare cepit:
sancto sup se spiritu veniēte: saul vō quedam passiones ⁊ demonia repēte comprehē=
derunt: suffocationes ei ⁊ angustias inferētes: ita vt medici ei salutis nullū remediu;
inuenirēt. Siquis tamē cantare eēt pitus: ⁊ in cithara psallere doctus: hunc adduci
iusserunt: vt cū eum demonia inuaderēt ⁊ turbarēt: sup caput eius astans psalleret: et
hymnos ediceret. Ille vō hec non dissimulauit efficere: s; queri huiusmodi hominē
protinus imperauit. Cūq; ei quidam suorū dixisset: vidisse se in ciuitate bethleē quēdā
iesse filium: adhuc etate iuuēculum: pulchrū atq; decorum ⁊ alijs studijs valde dignū
necnō psallere ⁊ hymnos cantare doctum: insup ⁊ eximiū pugnatorē: mittēs saul ad
iesse dauid sublatū a gregibus ad se venire pcepit: mandans ei velle se iuuēculum vi=
dere: de cuius pulchritudine ac fortitudine cognouisset. Ille vero misit filium: dans
ei munera saul portare. Quo veniēte gauisus ē: fecitq; eum armigeru; suum: ⁊ bonis
omnibus honorauit. Delectabat enim in eo: maxime in inuasione demonio℞: qui cū
ad eum accederēt: solus erat medicus: hymnos dicēdo ⁊ psallēdo rursus in cithara:
⁊ saul a mētis oppressione reuocando. Misit igitur saul ad patrē pueri iesse: petēs vt
apud eum dauid maneret: eo q eius psentia delectaret: ysai vero saul non contradi=
cendo concessit. Cap.X.

Post non multa siquidē tempora: palestini denuo cōgregati: ⁊ magnum sup isra
elitas omnes exercitum colligētes: inter socho ⁊ azecha castrametati sunt. Cō
tra quos denuo saul pduxit exercitum: ⁊ sup quēdam montē castra ponēs: coegit pa
lestinos priora quidē castra relinquere: ⁊ ex aduerso montis quē saul apphēderat ad=
uenire: diuisitq; eorum exercitus medius mons: qui erat positus inter eos. Igitur
descendēs quidam de exercitu palestinorum nomine goliad de ciuitate geth: vir val=
de procerus: cuius altitudo quattuor erat cubitorū: ⁊ palmi vnius: accinctus armis q̄
pro magnitudine sua natura eius corporis exigebat: indutusq; lorica cuius erat pon=
dus quinq; milium syclorum eris: galeam vō ⁊ tibialia habebat erea: que talis viri ⁊
magnitudine ⁊ inopinabilia potuissent mēbra ptegere: hasta vō eius erat non leuis
dextre portatio: sed quam ipse gestabat in humeris: cuius ferrum sexcētorum syclo℞
fuit: sequebanturq; eū multi arma portantiū. Hic igitur goliad stans inter medias
acies: vocem emisit grandē contra saul ⁊ hebreos dicēs. A pugna nunc ⁊ piculo vos
absoluo. Que eni necessitas ē nostro℞ exercitus depire. Sed date aliquē vestrum cō=
tra me pugnaturū: ⁊ totum bellū vnius victoria terminet: seruiatq; pars altera illis ⁊

Formositas dauid

quomodo dauid electus fuit ⁊ Rex judeorum per samuelem prophetam voluntate dei

Goliad palestinus.

quorũ fuerat ille qui vicerit. Est enim multo melius ꝛ tẽperãtius: vnius periculo ꝓ-
mereri: quod potestate adest multorũ. Hec cum dixisset: castra remeauit ad ꝓpria
Altera vero die rursum venit: ac eadem verba fecit: ꝛ similiter vsq; ad diem qua-
dragesimum hostes ad predictas conditiones prouocare non destitit: ita ut terreret ꝛ
ipse saul: ꝛ eius exercitus. Constituebant equidẽ acies quasi pugnaturi: ad congres-
sionẽ vero minime veniebant. Bello itaq; consistẽte inter palestinos ꝛ hebreos:
saul remisit dauid ad patrẽ suum iesse: cum ei eius tres alij filij ad solacium ꝛ pericu-
lum pugne sufficerent. Ille ergo tunc quidẽ ad ouilia ꝛ pasturas pecudũ remeauit
non multo post ad castra reuersus hebreorũ missus a patre: ut necessaria fratrib⁹ de-
portaret: ꝛ quid ageret agnosceret. Cũq; goliad denuo reuertẽs ꝛ prouocans expro-
braret: quasi nullus inter eos vir esset qui contra eum pugnare p̄sumeret: cũ fratrib⁹
loquẽs dauid ea q̃ mandauerat pater: ꝛ audiens illum blasphemantẽ exercitum: ꝛ
pariter affligentẽ indignatus ẽ ꝛ fratribus ait: paratũ se esse solum cum hoste pugna
re. Cui senior fratrum aminadab interminatus ẽ: ꝛ p̄sumptionẽ habere eum p̄ter eta
tẽ dicẽs: ꝛ expertum huius officij: iussit ad patrẽ ꝛ ad pascua remeare. Qui reueritus
quidẽ fratrem discessit: ꝛ apud quosdã militũ est locutus: ꝙ vellet cum palestino pro
uocante pugnare. Illis autẽ repẽte Saul iuuenis indicantib⁹ voluntatẽ: rex eum vo
cauit: ꝛ dum q̃reret: ut quod vellet ediceret dixit. Non deficiat mens tua rex: nec me
tuas: ego supbiam huius hostis pugnãdo ꝓsternam: ꝛ ita sublimẽ ꝛ ꝓcerum subdã
ꝛ sic iste quidẽ irridebit᷑ tuus võ exercitus gloriosus inuenietur: si neq; a viro bellatore
habet in acie perire: sed ꝓuocatus a puerili etate moriat᷑. Saul aũt eius presumptio-
nẽ atq; magnanimitatẽ valde mirante: nõ tamẽ in eo habente fiduciam ꝓpter etatẽ:
s; infirmũ esse: ut cõtra peritum hostẽ bellum susciperet: ea dicẽte: dauid ait. Polliti-
or hoc: confidẽs in deo q mecũ est: cuius etiã adiutorio fungor expimẽto. Nam dum
aliquando leo ouiculas meas inuasisset: ꝛ agnum arripuiss;: sequẽs apprehẽdi eum ꝛ
agnum quidẽ ex ore eius eripui: ipsum vero dum contra me impetum fecisset: a cau-
da comprehensum: ꝛ percussum in terra peremi. Idem ꝛ vrso faciente: in eo vlt⁹ sũ.
Putet ergo ille hostis vnũ se esse huiusmodi bestiarum: diu exprobrans exercitui: ꝛ
nostrum blasphemans deum: qui eum faciet mihi subiectum. Saul igitur volun-
tatẽ pueri atq; presumptioni similem orans deo terminum dixit. Vade ad pugnam
Et accinxit eum lorica sua simul ꝛ gladio: ꝛ apponens ei galeam destinauit. Dauid
autem oneratus his armis: cum non esset exercitatus in eis ait. Ista quidẽ rex tua
sint ornamenta: cui fortitudo est hec gestare precipua: mihi vero tanq̃ seruo tuo con-
cede sicut ego volo pugnare. Ergo positis armis sumpto baculo: ꝛ quinq; lapi-
dibus de torrente in pastorali pera: ꝛ fundam in dextera manu portans: ibat ad Go-
liad. Uidens autem eum Goliad sic veniẽtẽ spreuit: ꝛ iniuriam ei fecit quasi non
arma gerens hominum pugnaturus veniret: sed quibus canes repelli solent: di-
cens. Num me canem existimasti. Ille autem non canem: sed deterius aliquid
eum se putare respondit. Commouitq; Goliad ad iracundiam: ut ei maledictum
apponeret ex vocabulo dei sui: ꝛ interminatus est: daturum se carnes eius terre-
nis bestijs: ꝛ celi volatilibus deuorandas. Cui respondit dauid. Tu quidem ve-
nis contra me cum gladio: ꝛ hasta: ꝛ lorica: ego autem venio ad te armatus deo: qui
ꝛ te ꝛ omnem vestrum exercitum nostris manibus perditurus est. Hodie nanq;
tuum caput abscindemus: ꝛ reliquum corpus tuum similibus canibus apponem⁹:
scientq; cuncti: quõ deus presul est hebreorũ: ꝛ arma nostra ipse est semꝑ ꝛ fortitudo
Nã omnis exercitus ꝛ reliquus apparat⁹ inutilis est absente deo. Palestin⁹ aũt
armoꝝ põdere grauatus: cũ currere nõ valeret: paulatim venit ad dauid: cõtẽnẽs eũ:
ꝛ se nudũ cõfidens sil᷑ ꝛ adhuc etate puerulum sine labore perimere. Occurrit autẽ ei

dauid leonē peremit et vrsum.

iuuenis cum deo auxiliatore suo: qui ab hoste non videbatur: et sumens de pera vnum lapidum quos de torrente collegerat: et emittens eum de fundibula: percussit repente goliad in fronte: et vsque ad cerebrum pertransiuit: ita vt mox confracto capite goliad caderet pronus in terram. Tunc stetit dauid et caput eius incidit. Cadens ergo goliad: factus est palestinis occasio maxime fuge. Nam dum peritissimum suorum cecidisse conspexerunt: de rebus omnibus desperantes: resistere non valuerunt: sed videntes se victos turpique fuge se tradentes: conabantur liberari. Saul autem et cunctus exercitus hebreorum clamore facto: super eos exilierunt: et multos interemerunt: et persecuti sunt vsque ad terminos geth: et portas ascalonis. Mortui itaque sunt palestinorum .xxx. milia: et totidem vulnerata. Porro saul reuersus ab exercitu hostium: eorum castra diripuit et simul incendit. Caput autem golie dauid ad tabernaculum proprium deportauit: et hastam dicauit deo. Porro circa dauid inuidiam atque odium saul regis virgines mulieresque prouocauerunt. Occurrentes enim victrici militie cum cymbalis et tympanis: delectabantur omni letitia milites: mulieres quidem quod multa milia saul palestinorum interemisset: virgines autem quod multa dena milia exterminans dauid cepit. Hec audiens rex quod millenario numero testimonium ipse perciperet: et denum milium multitudo iuuenculo voueretur: et cogitans quod nihil post hunc tam clarum fauorem nisi regnum minus esset dauid cepit eum timere: et nimis habere suspectum: et a priori quidem officio quem vtique suum armigerum fecerat eum amouens: ne dum nimis proximus esset: eum posset occidere: constituit eum millenarium: dans ei locum quidem meliorem: et vt putabat sibimet cautiorem: volebatque eum ad hostes et prelia mittere: vt in his pericula sustinendo perisset.

Capitulum. XI.

DAuid ergo deum habens vbique ducem: quocunque venisset preualebat: et optime agere videbatur: ita vt propter excellentiam fortitudinis et populus eum et regis filia virgo concupisceret: et amore detenta cunctis ita fieret manifesta: vt hoc eius desiderium perduceretur ad patrem. Ille vero quasi percepta occasione in morte dauid: hoc libenter audiuit daturumque nuptiis eius se virginem hec sibi nunciantibus ait: si ducenta ei capita hostium aduheheret necatorum. At ille honore sic claro ei proposito: volens ex ope periculoso et incredibili gloria magis procedere: tendebat ad causam. Saul autem cogitabat eum ab hostibus perimendum: et decenter sua vota complere: si per alios et non eo faciente moreretur: iussitque suis famulis vt voluntatem dauid experirentur: qualis circa puelle nuptias esset. Illi vero ceperunt cum eo loqui: quod diligeret eum rex saul vna cum populo: et vellet ei etiam suam filiam copulare. Qui dixit. Non modicum videre putatis me generum esse regis. Mihi vero nihil tale subsistit: precipue cum sim abiectus: et a gloria vel honore segregatus. Saul autem dum famuli dauid responsa dixissent: ait. Dicite ei non me pecuniis egere: nec honoribus: quibus rebus venditur filia potius quam nuptiis collocatur: sed eligere generum habentem fortitudinem: aliasque virtutes: quas te habere manifestum est: et velle me recipe ab eo pro nuptiis filie: non aurum nec argentum: neque vt hec de domibus paternis eiciat: sed propter supplicium hostium: capita sexcenta palestinorum. Et mihi enim ipsi nullum potius quam hoc: nullum clarius munus erit. Sed et mee filie multo solennius honoribus est precipuum: viro tali et tanto testimonio de hostium triumphis decorato posse coniungi. His verbis delatis ad se dauid gauisus: quasi saul studeret eum sibi cognatione coniungere: neque consilium expectauit: nec si possibile aut difficile esset: opus presens animo cogitauit: sed repente cum sociis ad hostes pro nuptiarum pollicitatione profectus est. Deus enim erat qui cuncta facilia dauid et possibilia faciebat. Cumque multos interemisset: abscidens sexcenta capita venit ad regem. Et harum rerum probatione facta nuptias exigebat. Saul autem cum non haberet vnde promissa refugeret: et mentiri pessimum iudicaret: aut per

Magna gloria dauid

insidias eū occidere: cum forsitā etiam in hoc frustrari suo cōsilio posset: dedit ei suaȝ filiam nomine michol. Capitulū. XII

Cum ergo saul nō esset recta volūtate mansurus: videns etiā dauid ꝛ apud deū ꝛ apud hoīes approbari: expauit eum: ꝛ metū celare nō valēs: timore magnaꝝ reꝝ id est regni simul ac vite: ne priuaret vtroqꝫ: cogitauit eū crudeli calamitate pimere: eiusqꝫ morté ionathe filio: ꝛ reliquis familiaribus delegauit. Filius aūt admirans pmutationē patris circa dauid: cū nō post multā eius deuotionē nō mediocriter in eū: sȝ ad morté vsqꝫ seuiret: ꝛ cum iuuenē diligeret eiusqꝫ virtuté: dixit ei secreto voluntaté patris sui: suasitqꝫ ut die futuro se custodiret: ipse vō salutaturū se patré dixit: eiqꝫ p eo opportuno tēpore locuturū: causamqꝫ cognituꝝ: ꝛ ei exprobrare: q̄ occidi voluisset iniuste q tanta bona fuerat operat⁹: qui etiā si valde peccasset veniā pmereri debuisset: dixitqꝫ ei se post hec patris indicare sentētiā. Dauid aūt cōsilio benigno obediēs: egressus est a rege. Altera vō die ionathas venit ad saul: ꝛ dum eum letum ꝛ exultanté aspiceret: cepit de dauid pferre sermonē dicēs. In qua maiori uel minori iniquitate inueniēs culpabilē dauid: pcepisti eū pr̄ interemi: virum qui tibi q̄dem magne salutis causa fuisse probatus ē: palestinis aūt valde suppliciū: ab illusiōe ꝛ iniuriȷs simul eripiens populum hebreoꝝ: quas diebus. xl. sustinuit nullo vtiqꝫ p̄sumēte puocationis certamina sustinere: ꝛ qui post hec iussiōe tua deferens hostiū capita: sororé meā pmio accepit vxoré: cui⁹ mors tibiipsi grauior erit: nō propter solā virtuté eius: sȝ etiam pp̄ter ipsam cognationē: quando eius morte etiam filia tui vexabitur pene añ gaudium coniugȷj: veniēs ad viduitatis opprobrium. Hec ergo cogitās pater: ad clemētiam cōuertere nihil cōmitrēs in virum: primū quidem q̄ nobis magnū bñficiū p̄stitit tue salutis: quando malo spiritu ꝛ demonib⁹ in te residentib⁹: illos expulit: pacēqꝫ tue aīe condonauit: secundo aūt: quando ꝛ in tuis hostibus vltus ē. Hec eteni obliuisci: turpissimū est. His ergo sermonib⁹ mitigatus saul: iurauit filio: nihil dauid iniuste fore passurum. Sermo eni iustus: ꝛ iracundiā regis subiecit: ꝛ metū. Ionathas aūt euocato dauid: indicauit ei de sua salute: quaȝ impetrarat a patre: eumqꝫ deduxit ad regē: ꝛ erat in conspectu eius sicut prius. Eodē vō tēpore: palestinis bella gerētibus denuo sup hebreos: saul contra hostes dauid cum exercitu destinauit. Et congressus aduersus eos multos eorum pstrauit: victorqꝫ reuersus ē ad regē. Quē saul nō sicut spabat post bella suscepit: sȝ potius eius felicitate cōtristatus ē: tāqꝫ illius bonis actib⁹ videret ipse deceptus. Cūqꝫ regē rursus puerȷ astantibus demon ageret: spiritusqꝫ turbaret: vocans dauid in domo in qua iacebat tenens lanceam: eum psallere ꝛ hymnos cantare pcepit. Quo iussa faciente: insurgēs in eum: lanceam iaculatus ē: eāqꝫ dauid puidens declinauit: fugitqꝫ in domū suam ꝛ in ea tota die pmansit. Nocte vō mittens rex: iussit eum vsqꝫ ad diluculū custodire: ne latenter effugeret: quaten⁹ mane deductus ad publicū traheret ad morté. Michol aūt dauid cōiunx: filia regis: cognita volūtate patris: dauid indicauit: dubiā spē eius vite conspiciens: ꝛ de anima sua pariter diffidēs. Neqꝫ enim se credebat posse habere vitam: si fuisset illius amore priuata. Et ergo dixit. Non te hic coniux solis ortus inueniat: nam te vlterius non videbo: sed fuge citius: dum tibi prebet nox fuge p̄sidium: faciatqꝫ tibi hanc dominus longioré. Scito enim te a patre meo si inuentus fueris occidendum: Quo dicto: eum p fenestram deposuit ꝛ dimisit. Deinde constituit lectulum quasi egrotantis: ꝛ sub saga iecur spirans capre supposuit. Die vero secundo misit pater eius ut dauid deduceretur ad eum. Illa vero nuncians: eo q̄ nocte fuisset factus infirmus: ꝛ ostendens eis lectulum coopertum: dum iecur quod sb saga iacebat palpitaret: egrotum vere eē ꝛ dormire dauid qui missi fuerant crediderūt. Renūciātib⁹ aūt illis infirmū factū eē nocte: iussit eū sic adduci: se velle eum pimere

[Io]natha patrem suum Saul redarguit

[...]ndida Michol filia Saul [...] coniux David ut vir[...] [s]uu amore salvaret

dicens. Qui venientes ad lectulum: discooperientes et deceptionem invenientes factam ab eius uxore: renũciauerũt regi. Quã dũ rex culparet pater: eo q eius quidẽ liberauerit inimicũ: illum vero decepit: satisfecit ei verisimile loquẽs: quasi eam ad hec non cõsentientẽ: dauid occidere voluisset: et hoc pro salutis sue timore fecisset: pro quo ei deberet ignoscere: quia hoc necessitatis cã non volũtatis efficeret: adijciens atq3 dicens Arbitror ego pater: q ita voluisti illũ pimere: sicut me potius liberar. Et saul equidẽ veniã puelle dedit. Dauid ergo declinauit a piculo: et venit ad samuel pphetam in ramatha: eiq3 regis insidias idicauit: et q iaculo eius pene fuisset extinctus: dũ neq3 circa eum extiterit inimicus: neq3 circa hostiũ certamẽ infirmus: sed in oibus pronus et felix: q magis cã dauid inuidiã generauit. Cognoscẽs itaq3 ppheta regis iniustitiã: ramatham ciuitatẽ reliquit: et deducẽs dauid ad quẽdam locũ nomine galboa: cõmorabatur illic cũ eo. Cũq3 nunciatũ fuisset saul eo q dauid eẽt apud pphetam: misit armatos: eũq3 ad se cõprehendẽdum iussit adduci. Qui cũ venissent ad samuel: inueniẽtes ecclesiam pphetarũ: participãti sancto spiritu pphetare ceperũt. Saul autẽ audiens hoc: sup dauid alios destinauit: et illis idem faciẽtibus: denuo misit alios. Prophetãtibus aũt et ipsis qui tertio fuerãt missi: ad vltimũ iratus ipse prexit. Cum vero iam erat in pximo: anteq3 eũ videret samuel: ppphetare cepit: veniensq3 ad eos saul: spiritu vehemẽti cõpulsus: amens factus est: et exutus veste tota die canebat et nocte: dauid et samuele vidẽte. Jonathas vero saul filius occurrente sibi dauid: et de patris eius insidijs ingemiscentẽ et dicentẽ: quia dũ nihil inique gessisset neq3 peccasset: eũ pater eius occidere festinaret: rogabat vt nihil suspicaret tale: neq3 derogantibus siqui forte huiusmodi eẽnt crederet: sed vt ad se respiceret et securus eẽt: nihil tale in eo cogitante patre. Nam si cogitasset: ei sine dubio pandidisset: dũ pater eius vtiq3 cõsilium eius omne nõ celaret. Porro dauid iurauit ita eẽ: et supplicabat vt credẽs puidẽtiã eius haberet: potius q3 eum sperneret quasi mendacẽ: eiq3 renũciaret quicquid a rege p se aut cognosceret aut videret: dicebatq3 ideo nõ ei de se dixisse patrẽ: q sciret illum circa se amicicie affectũ habere. Cõtristatus ergo ionathas: eo q dauid huiusmodi patris eius eẽ circa se crederet voluntatẽ: interrogauit eũ quid velit vt faceret. Ille autẽ: noui inquit omnia te mihi cõferre et prestare velle. Crastina die initium mẽsis ẽ: et habeo consuetudinẽ sedens comedendi cu3 rege. Si tibi videtur a ciuitate egredior et maneo in campo latẽter: tu vero querẽti saul responde me pfectum eẽ in regionem bethleem in tribũ meam: ad festiuitatẽ ibidem celebrandam: adijciens etia3 q tu me ire pmiseris. Et siquidem vt assolet dici de canticis proficiscẽtibus: cum bono vadat aut aliquid simile dixerit: scito nihil in eo circa me fore dolosum nec inimicum: si vero aliter responderit: hoc tibi erit indicium: quoniã aduersum me fuerit cogitatũ: et renũciabis mihi voluntatẽ patris: misericordie hoc et affectui cõmuni distribuens: p quem fidem a me accipere: et idem tu domine famulo tuo dare voluisti. Si vero inuenis in me malignum aliquid: ipse me perime: vt sic pficiscaris ad patrem. Que verba nouissima a dauid ionathas non egre suscipiens: promisit se ea que prius poposcit esse facturum. Et siquidem triste aliquid: aut q eius odium panderet pater responderet: ei renunciare: et vt eum potius securum redderet: egressus sub diuo: nihil se ptermissurũ pro dauid salute iurauit dicens. Nunc deum quem magnũ esse vides et vbiq3 psentem: et anteq3 mentem meam sermonibus prodam: iam prescientem eum: in cõmuni pacto testem promissionis adduco. Quoniam non cessabo frequenter tentans patris animu3 cognoscere: donec mihi eius animi secreta pandantur: que cum didicero: nõ celabo: sed protinus tibi nunciabo: siue mitis circa te: siue sit valde crudelis. Nouit aũt hoc deus qualẽ eũ circa te sẽp eẽ exoro: qui et nũc tecũ ẽ: nec te dereliqt: faciatq3 te inimicoꝝ tuoꝝ: siue pr meus ẽ: siue ego: eẽ meliorẽ: tu qt boꝝ esto memor: et l3 me finire

vitā cōtingat: filios meos serua: ⁊ pro rebus p̄sentibus illis tuā retribue benignitatē.
Dūq̃ iurasset hec: dimisit dauid: ⁊ ad quēdā campi locū ire p̄cepit: in quo erat solit⁹
se exercere: quecūq̃ cognouisset a patre nūciatur⁹ se ei ꝑmittēs hoc modo ut deduce
ret puerū ⁊ mitteret sagittas tres: ⁊ si iuberet puero sagittas afferre q̄ an̄ eum iacerēt:
cognosceret: nihil esse apud patrē malicie: si diuersi aliq̄d audiret: illo dicēte a rege cō
traria similiter expectaret: securitatē se ei p̄bitur⁹ dicēs: ne quid sustineret incōgruum
utq̃ felicitatis tēpore boꝝ memor esset ⁊ vtilitatē eius filiis exhiberet. Dauid itaq̃
a ionatha hanc fidē accipiēs: ad locū ꝓximū est ꝓfectus. Altero v̄o die cum eēt men
sis initium purificatus solenniter rex ad cōuiuiū venit: ⁊ sedētibus circa eum filio io-
natha a dextris: ⁊ p̄ncipe militie abner a sinistris: vidēs eē locum dauid vacuum ta-
cuit: suspicatus eum nō eē a coitu mundum. Cūq̃ secūda die noui mēsis nō affuiss&:
requisiuit a filio ionatha: vbi iret transacto die: ⁊ p̄nti conuiuio iesse filius nō adess&.
Ille v̄o ait abisse eum se ꝑmittēte b̄m solēnitatē ad ꝓpriam regionē: eo q̄ tribus eius
festiuitatē ageret: ⁊ rogatū se p̄iter: ut etiā ipse cū eo ad sacrificia celebrāda cōcurreret
Et si p̄cipis inquit p̄r: ⁊ ego post eum vado: nosti enim quō illi deuotus sum. Tunc
igitur ionathas saul iniquitatē circa dauid agnouit: ⁊ apte volūtatē eius aspexit. Nā
iratus saul: blasphemauit eum: natūq̃ de muliere viro vltro appetētē: ⁊ proprii ho-
stē dixit: ⁊ sociū dauid ⁊ cooꝑatorē eius: ⁊ nec ipsum erubescere nec eius matrē talia
faciētē: nec volētē intelligere: q̄ donec dauid viueret: regnū eorum eēt in cautum: di-
xitq̄ ut eum vocaret: quatenus penas exolueret. R̄ndente v̄o ionatha: quid iniquū
fecit ut puniatur: non ad v̄ba iam ⁊ blasphemias irāq̃ saul accessit: s& arrepta lācea
sup eū ut r̄ndētē interficeret insiluit: ⁊ hoc quidē non impleuit ꝓhibitus ab amicis.
Manifestū aūt apparuit: saul iniciū esse dauid ⁊ q̄ eum desideraret occidere: ita ut
ꝓpter illū pene ꝓpria manu filiū interficere voluisset. Tunc ergo regis filius decli-
nato ꝑiculo: ⁊ nihil aliud p̄ tristicia valens: s& deflens eo q̄ ⁊ ipse pene mortuus fuerit
⁊ dauid necē definitā esse cognouerit: matutino facto ꝓrexit: ⁊ quasi exercitatur⁹ exi-
uit in campū: ut amico sicut c̄stituerat regis ꝓderet voluntatē. Fecit ergo ionathas si
cut pollicit⁹ ē: ⁊ sequētē puerū i ciuitatē dimisit: ut dauid i deserto loco ad faciē loque
ret. Quo viso dauid cecidit ad pedes ionathe eūq̃ adorans: saluatorē anime sue vo-
cabat. Quē ionathas eleuauit a terra: ⁊ alterutros āplexātes valde: semetipsos oscu
labant ⁊ flebant etatē suam inuidie malignitate consumptam: ⁊ futurā seꝑationem
q̄ nihil differret a morte. Deinde q̄escētes a gemitu: ⁊ memoriā iurisiurādi apud alte
rutros cōstare poscētes diuisi sunt.

Capitulū. XIII.

Et dauid quidē fugiēs saulē ⁊ imminētē ab eo mortē declinans: venit in ciuita-
tē nobe ad abimelech sacerdotē. Qui dum eum solu& venire vidisset: ⁊ nec ami
cum: nec famulū cum eo esse p̄sentē: miratus est: ⁊ causam cur nemo esset cū eo q̄siuit
Ille v̄o causam ait sibi secretā iussu regis iniunctā: ad quā non eū habere multos co
mitatus oportere dicens: q̄ constituisset ad quēdam sibi locum famulos occursuros:
petebatq̃ ut ei itineris necessaria non negaret: ꝑ que opus amici faceret: ⁊ presentib⁹
necessitatibus subueniret. Quibus adeptis: etiam arma sibi dari si qua essent p̄ mani
bus postulabat. Aderat autem illic seruis saul: genere quidem syrus: nomine doech
qui mulas p̄ascebat saul. Tunc ad dauid sacerdos ait nihil equidem se tale habere
sed esse lanceam Golie: quam ipse illo perempto deuouerat deo: eamq̃ sumens da
uid: ex omni hebreorum regione fugit in geth: que est in regno palestinorum: vbi re-
gnauit achis. Cumq̃ cognitus fuisset a famulis regis: eiq̃ manifestatus illis dicē-
tib⁹: quō dauid esset q̄ multa milia palestinoꝝ peremisset: metuēs dauid ne ab eo neca
ret: ⁊ ꝑiculū q̄ declinauerat a saul ab illo susciperet: simulauit se eē furiosū: ⁊ rabidū ita
ut spumas ex ore ꝓiciēs: ⁊ alia q̄ furiosi sunt faciēs: fidē regi vere passiōis ostēderet.

Qui famulis indignatus: eo q̄ vesanū hominē apud eū introduxissent: velociter a se dauid iussit expelli: ꝛ ita liberat⁹ de terra geth: venit in tribū iuda: ꝛ habitās in spelunca circa ciuitatē modollā misit ad fratres suos: eiq; vbi esset ipse mādauit. Illi vero ad eum cū omni cognatione sua venerūt. Sed ꝛ alij quibus aut odiū aut timor erat regis saul: ad eū pariter cōcurrerēt: facturosq; se quecūq; placerēt illi dicebant: fuerātq; oēs simul quadringēti. Tunc ille securus q: auxiliū ei fuisset adiectū: surgens inde venit ad regem moabitaꝝ: rogauitq; eū vt parētes eius donec ipse de suo fine cognosceret: in regione sua susceptos haberet. Quo ānuente: parētes eius omni tēpore quo apud eū fuerunt: dignis muneribus honorati sunt. Precipiēte vero ꝓpheta vt desertū quidē dauid relinqueret: ꝛ ad tribū iuda ꝑgens ibidē habitaret: eidem obediit: ꝛ de moab reuersus: venit in ciuitatē sarmut: ꝛ in ea moratus ē. Saul āt audiēs dauid visum cū multitudine: nō in timorē fortuitū corruit ꝛ tumultū: sed sciēs viri prudētiam atq; ꝑsumptionē: q̄ non ex eo sibi paruus timoris sonus exurgeret: q: ꝛ dolūz ꝛ labores inferret: cōuocans amicos ꝛ ꝑncipes tribus ex qua ipse erat: in collez vbi regnū habebat: ꝛ sedēs in segete: sic enim locus ille vocabat: dum circa eū esset ordo ciuilis piter ꝛ armigeri: cūctis ait. Uiri cōtribules: noui quidē q̄ meorum bn̄ficiorum nō estis imemores: quoniā ꝛ agroꝝ quosdā dominos feci: ꝛ honores populares: ꝛ officia ꝑbui. Interrogo ergo vos si maiora his dona ꝛ ampliora iesse filiuz vobis dare cōfiditis. Noui qm̄ oēs illi potius cōsentiatis: quādo meus filius etiaz ionathas ita sapit: ꝛ vos ad talia ꝑsuasit. Non enim ignoro q̄ iusiurandū cuz dauid ꝛ federa celebrauit: necnō q̄ ꝯtra me ionathas tractator eius ꝛ coopator existit: nulliq; vestrū cure est: sed tacētes rei exitū sustinetis. Cūq; rex tacuisset: alius quidē presentiū nemo respondit. Doech ꝟo syrus pastor mulaꝝ eius ait: q̄ vidisset dauid in nobe ciuitatez venisse ad abimelech sacerdotē: vt futura sibi ꝓpheticāte cognosceret: ꝑceptisq; ab eo sumptibus: ꝛ hasta golie: ad quos ire volebat ab eo fuisse directū. Tūc vocans sacerdotē ꝛ cunctā eius generationē saul ait. Quid mali passus a me: seruū inutilē iesse filium suscepisti: eiq; sumptus dedisti ꝛ arma: cū mei regni nimius inimic⁹ existat. Cur etiā futuroꝝ ei responsa ꝑbuisti. Non eni te latuit q̄ me fugeret: ꝛ odio meā domum haberet. Sacerdos āt que facta fuerāt nō negauit: sed cū fiducia se hec ꝑbuisse confessus ē: nec se dauid ꝑstitisse sed regi dicēs: nō eum tuū nouimus inimicū: sed fidelez sociū ꝛ precipuū seruū ꝛ millenariū: ꝛ q̄ horū maius est generū pariter ꝛ cognatum: et hec nō inimicis hominib⁹ ꝑstiti: sed ei qui circa te opus sue deuotiōis exhibuit. Prophetā autē ei nō modo solum: sed sepius. Dicente nāq; cū magna festinatōe fuisse se directū: si ei quibus egebat minime ꝑbuissem: nō illi putarer: sed potius tibi restitisse. Quapropter nihil dolosuz aduersum me cogitare debes: neq; in his que nūc audisti meā tunc fuisse debes credere voluntatē. Amico namq; ꝛ regis genero ꝛ millenario hec impendi: nō hosti. Hec dicēs sacerdos: nequaq; satisfecit regi saul. Qui cuz eēt in magno terrore: neq; veram confessionez crederet: iussit armatis circūastantibus vt eum cū sua cognatione perimerēt. Cumq; illi nō presumerēt cōtingere sacerdotē: sed diuinitatē formidarent: potius q̄ regi parere vellēt: tum syro doech rex sacerdotis impauit interituz. Qui sumens sue malicie similes: occidit abimelech eiusq; ꝓgeniem. Erant aūt oēs quadringēti quinq; al's trecenti. Quo facto iussit quoq; saul in ciuitatem sacerdotū nobam: ꝛ omnes occidit: nō mulieri: non infanti: non alie pepcit etati: eamq; succendit. Unus filius inde abimelech tantūmodo abiathar nomie liberatus est. Hec siquidē cōtigerūt sicut deus sacerdoti heli ꝓphetauit: ꝓpter iniquitates duorū filioꝝ eius: dicēs ꝓlem eius radicitus euellendā. Porro saul rex crudele sic op⁹ efficiēs: ꝛ totā generatōez sacerdotalē iterimēs: ꝛ neq; īfantib⁹ miam: nec senib⁹ reuerētiā hn̄s: sz ꝛ ciuitatē disꝑdēs quā ꝑriaz sacerdotū ꝓphārūq; nutricē diuinitas elegerat

ꝛ solaꝫ tales viros habere decreuerat. Hoc actū oēs fecit agnoscere: ꝛ hūano modo cōsiderare: ꝙ donec fuerint aliqui simplices ꝛ humiles: nec fuerint abusi natura: nec volūtatē suā iplere psūpserint: mās̄ueti sūt atqꝫ mites: sectātūrqꝫ solaꝫ iusticiā: ꝛ circa eā oēm studēt habere deuotionē: tūc etiā in diuinitate cōfidūt: q oib⁹ q̄ fiūt i hac vita pn̄s est: ꝛ nō solū opa: sed etiā mētē vnde pcedūt hec anteq̄ȝ fiant apte cōsiderat: cuꝫ vo ad ptāē veniūt: ꝛ supbie cumulo dilatāť tūc oib⁹ illis virtutib⁹ exuti: ꝛ velut insce na: vult⁹: ꝛ mores: et moderationē actuū reponentes: suscipiūt audiciā: supbiā: ꝛ con tētū rerū humanarū ꝛ diuinaꝝ: et dum pcipue pietatē iusticiāqꝫ spernūt: ꝛ in oib⁹ que cogitāt aut agūt sibimet arrogauerūt: tūc q̄si nō videat eos de⁹: aut certe potestatē eo rū nō habeat: pessimis grassanť in actib⁹: ꝛ qcqd aut audire metuūt: aut odio hn̄t re spuūt: q aūt irrationabiliter diligūt: hec grata: firma pa: ꝛ hoib⁹ placita simlr ꝛ deo cre dūt. De futuris vero reb⁹ null⁹ eis fit sermo: sed eos q ptulerūt multas laboꝝ mise rias exhonorāt: ꝛ eos habētes odio sil' inidiā his cōflāt: deducentesqꝫ eos ad mediū nō solū adeptos honores eis auferunt: sed p calūniā etiā vita eos priuare nitunť: pu niuntqꝫ nō pter opa digna supplicio: sꝫ derogatiōib⁹ ꝛ accusationibus nequaq̄ȝ exa minatis extinguūt: nō quos oportet hec pati: sed in quib⁹ iniuste nitunť vlcisci. Hoc igiť nobis saul fili⁹ cis q prim⁹ post illū ducē optimū rempublicā regebat i israel ma nifestū esse monstrauit: occidens tricentos sacerdotes pphetas: p suspitione quā ha buit in abimelech: deijciens etiā eoꝝ ciuitatē: ꝛ studens quodāmodo de⁹ sacerdotib⁹ pphetisqꝫ priuare: dū tantos sil' occideret: ꝛ neqꝫ patriā eoꝝ manere pmitteret: ut p⁹ illos aliqd posset oboriri. Abiathar itaqꝫ abimelech fili⁹: qui sol⁹ fuerat de sacerdo tib⁹ a saul interfectis erept⁹: fugiēs ad dauid: erūnā suorū omniū: ꝛ patris interritum declarauit. Qui ait: nō se hec eis ignorasse futura: sꝫ videns doech: suspicatū fuisse: ꝙ sacerdotē regi declararet: seqꝫ dolebat quasi huius calamitatis auctorē: ꝛ poscebat: ut cū eo decetero cōmaneret: tāq̄ȝ q in alto loco latere nō posset. Eo itaqꝫ tēpore au diens dauid palestinos ceilanoꝝ puinciā deuastare: cōsuluit deū p pphetā: si eū pu gnare pcipet. Quo dicente: ꝙ diuinitas victoriā pmisisset: cū socijs palestinos hostes inuasit: multāqꝫ eoꝝ cedē effudit: ꝛ pdā tulit. Cūqꝫ apud ceilanos esset: donec areaſ suas fructusqꝫ sine timore colligerēt: regi saul nūciatū est: ꝙ apud eos habitaret. Op⁹ ei illud ꝛ magn⁹ effect⁹ apud quos gestū ē celari nō potuit: sed fama etiā ad extraneo rū auditus aduenit: ꝛ ad regē vsqꝫ delatū est. Gauisus ergo est saul cū audissꝫ da uid in ceila cōmorari dicens: deū illū ei⁹ manib⁹ tradidisse: qn̄ coact⁹ sit venire in ciui tatē: murū ꝛ portas: ꝛ seras habētē: iussitqꝫ oi pplo: ut ad ceilam vnanimiter cōueni rent: ꝛ obsidētes eā: capiētesqꝫ dauid interimerēt. Hec itaqꝫ sentiēs dauid ꝛ agno scens a deo: quō eū forēt saul tradituri ceilite: sumēs q̄dringētos q cū eo erant: de ciui tate pfect⁹ est in desertū ꝫyf. Et rex cū audisset eū fugisse de ceila: ab ei⁹ psecutiōe ces sabat. Dauid aūt surgēs exinde: venit i quēdā locū ꝫifim: qui vocať noua: vbi io nathas filius saul veniēs ad eū: ꝛ osculatus securū esse dixit: ꝛ spem bonā habere fu turoꝝ: nec presentibus rebus eum debere deficere: quoniā regnaturus foret habita turusqꝫ sub se hebreorū omnium potestatē: quomodo gratiora essent: quecunqꝫ ma gnis laboribus euenirent. Et rursus iusiurando celebrato inter alterutros pro deuo tione vita totius ꝛ fidei: ꝛ deum vocans testem ionathas: maledixit sibi: si transcēde ret constitutum ꝛ in contraria mutaretur. Tunc ionathas dauid ibidem relinquens: paululū a timore ꝛ sollicitudine releuatū: ad saul ipse reuersus est. At ꝫiphei vo lentes gratiā prestare saul: indicauerant ei: apud se commorari dauid: promiserūtqꝫ ei: ut si veniret: illū contraderēt: quē scilꝫ dum angustia ꝫiphenoꝝ apprehēdisset: non posset vlteri⁹ alibi deuiare. Quos laudauit rex: ꝛ grās egit: indicantib⁹ inimicū: eisqꝫ pollicitus est: non tardare eorum recompensare deuotionem: misitqꝫ qui quererēt

dauid: ⁊ desertū omne pscrutarent̄: dicēs etiā se ɔtinuo secutoꝝ. Et illi qdē q directi fuerant ꝑ iuestigando ⁊ capiēdo dauid: precedebāt regē studētes fauore suo nō solū nūciare inimicū: sed etiam manifestatū in regiam potestatē cōtradere. Hi tamē iniusta ⁊ malignissima volūtate frustrati sunt: qui cū nihil mali sustinere potuissent: si non hūc indicassent sauli: ꝓpter blandimēta regia virū religiosuȝ: ⁊ ad mortē iniuste quesitum: ⁊ qui latere poterat ꝓdiderūt: ⁊ se eū tradere ꝓmiserunt. Cognoscēs āt dauid maliciā ziphenoꝝ ⁊ regis inuasionē: angustias quidē illius regionis dereliquit: fugit āt ad petrā maximā in deserto maon cōstitutā. Cūq3 saul eū ibi psequeret̄: cognouit in itiner̄ dauid ab illis āgustijs discessisse: quasi ad aliā petre partē. Et cū saul ex alia parte cōsisteret: vt eū pene iā cape potuisset: audiēs saul palestinos hebreoꝝ regioneȝ valde vastare: a dauid psecutiōe discessit: ⁊ cōtra eos qui naturaliter hostes erāt dimicandū magis necessariū iudicauit: q̄3 inimicū ꝓprium psequēdo: vastationē sue terre despicere. Sic ergo dauid iopinabiliter declinato piculo: venit in āgustias engaddi. Cū vero saul expulisset alienigēas: venerūt qui nūciarēt ei dauid in engaddi mōtib⁹ habitare. Qui sumēs tria milia armatoꝝ abijt sup eū: ⁊ cū nō eēt ꝓcul a locis illis: vidit circa iter speluncā ꝓfundā atq3 rotundā multa lōgitudie ⁊ latitudie nimis aptaȝ: in qua dauid cū q̄dringētis erat abscōsus. Dūq3 saul naturaliter vētris purgādi necessitate cogeret̄: ingressus in eā solus ē. Quē dū vidisset quidā hominū dauid: ⁊ dixissȝ in eius inimicū tēpus a deo datū: ⁊ suaderet vt vltiōis cā saul caput abscideret: q̄ten⁹ graui psecutione ⁊ miseria priuaret̄: surgēs dauid abscidit quidē summitatē vestis solūmodo: qua saul erat indut⁹: ⁊ repēte penitētia tactus ait: nō eē iustū vt suū occideret dominū: ⁊ qui.s.a deo fuerat regnare p̄ceptus. Nā licȝ iste inquit circa nos malign⁹ existat: me tñ apud eū nō decet eē talē. Cūq3 saul de spelūca fuisset egressus: accedēs dauid exclamauit a lōge: petēs vt saul audiret. Cōuerso āt rege adorauit eū ƀm morē ꝓstratus in terrā: ⁊ ait. O rex nō te oportȝ malignas ⁊ falsas derogatōes cōfingētib⁹ aures accōmodantē illis credere: ⁊ in suspitōne diligētes te viros hr̄e: sed magis operib⁹ affectū cōsiderare cūctoꝝ. Derogatio naq3 multoꝝ ē: deuotiōs v̄o clara ꝓbatio actuū v̄itate cōsistit: ⁊ ƀmo quidē cuiuslibet in vtroq3 hītus: tenet similitudinē v̄itatis ⁊ falsitatis: opera v̄o nudū hn̄t v̄itatis intuitū. Cōsidera igit̄ ex istis qualis ego circa te tuāq3 sim domū: ⁊ q̄ mihi oportet credi: ⁊ nō accusantib⁹ ⁊ dicētibus ea q̄ neq3 aio cōcepi: neq3 facere potui. Cur apponis psequi aiam meā: ⁊ nihil die noctuq3 cogitar̄ nisi aime mee interitū: quā iniuste psequeris. Quō enim nō falsam opinionem de me sumpsisti: quasi occidere te voluerī: aut quō nō impie agis in deo occidere cōcupiscēs ⁊ inimicū tuū credēs hominē qui ptāteȝ hodie hūit punire te: ⁊ a te penas exigere: sȝ noluit: cū tēpore ad hoc vsus eēm oportuno. Q̄ si ɔtra me tibi idē licuisset: nequaq̄3 sic captus p̄terissem. Quando eni tue vestis incidi partē: potui etiā caput auferre. Et ostendēs pannū vestis eius: rei fidē exhibuit. Et ego quidē iustā inquit vltionē retinui: te v̄o iniustū cōtra me habere odiū noueris. Sed deus hec iudicet: ⁊ vtriusq3 nostrum arguat volūtatē. Saul āt suā inopinabiliter admirat⁹ vitā fuisse ƀuatam: ⁊ humilitatē iuuenis naturā eius obstupescēs ingemuit. Cūq3 ⁊ dauid hoc fecisset: respōdit cū gemitu saul illū potius eē iustū. Tu inquit cā bonoꝝ mihi fuisti: ego vero tibi calamitatū: ⁊ ostēdisti hodie priscoꝝ te habere iustitiā. Quis eni inimicos suos in deserto cōprehensos saluādos eē duxerit al's dixerit: Confido itaq3 q̄ deus regnū tibi construet: ⁊ omniū hebreorū te potestas expectat: sed da mihi iurisiurādi fidē: ne meū genus extermines: neq3 habēs maloꝝ memoriā: studeas meū nomē eradicare: sȝ vt meā domū ⁊ salues ⁊ ƀnes. Iurāte v̄o dauid vt poposcerat: saul quidē ad ꝓpriū reuersus ē impiū: dauid āt cū suis abscessit in āgustias maspha. Hoc itaq3 tēpe ⁊ samuel ꝓpheta defunctus ē: vir qui nō fortuito honorē apud hebreos habuerat: cuius

Conq̄r̄ Dauid de saul.

virtus etiã apparuit in hoc ope qđ ꝑ eius deuotiõe populus multo tempore luctum duxit circa sepulturã eius: atq3 solẽnis largitatis studiũ magnũ cõpetenter exhibuit. Sepelierũt aũt in patria sua in ramatha: multisq3 fleuerũt eũ dieb⁹: nõ incõmuniter hoc faciẽtes: velut in extranei morte: s3 tanq̃3 ꝓpriũ singuli quiq3 lugẽtes. Fuit enim vir iustus: ⁊ natura benign⁹: ⁊ ꝓpterea magis amic⁹ deo: qui pfuit populo sol⁹: post mortẽ quidẽ sacerdotis heli annis duodecim cũ saul vo rege annis decẽ ⁊ octo. Et samuel quidẽ huiusmõi habuit finẽ. Erat igit quidã ziphenoꝝ: de ciuitate maon: di nes ⁊ multa pecora possidẽs: triũ nãq3 miliũ ouiũ gregẽ habebat in pascuis: ⁊ mille capraꝝ. Has ergo dauid illesas: ⁊ sine vexatiõe custodire suos pcepit: ut neq3 deside rio: neq3 egestate: neq3 ꝓ loco debito: ⁊ vbi potuisset latere aliqs eoꝝ vexare psumeret Sup hec aũt illud seruandũ dicẽs: ut nihil iniustũ fieret: ⁊ aliena tangere pessimũ iu dicarent: neq3 deũ offenderent. Hoc aũt docebat eos: homini bono pstare se credẽs ⁊ dignũ eũ esse: beneficiũ huiusmodi ꝓmereri. Erat eni illi nomẽ nabal: vir durus ⁊ studijs malignissimus: habẽs vitã detestabilẽ: cui erat vxor bona: simul ⁊ casta: ⁊ spẽ nimis eximia. Igit ad hunc nabal tẽpore quo tondebat ouẽs misit dauid viros decẽ ut eos salutarẽt: ⁊ optabat ut hoc multi ãnis efficeret ⁊ qđ esset sibi possibile ab eo p beri poposcit: cognoscẽs a suis pastorib⁹ q nihil eos aliqñ nocuerint: s3 etiã custodes eoꝝ gregũq3 fuerũt dũ multo tẽpore in deserto pariter habitassent: ⁊ q nõ eũ penituerit siqđ dauid sua largitate pberet. Nabal aũt his q missi fuerant inhumane nimis ⁊ du re respondit. Dum eni interrogasset eos quis esset dauid: ⁊ respondissent: filiũ iesse: ait. Nũc video: quia valde in semetipsis supbiunt fugitiui: ⁊ gloriant suos dños re linquẽtes. Qđ dum fuisset dauid renũciatũ: iratus ⁊ q̃dringentos quidẽ armatos seq se pcipiens: ducẽtis ad rerũ custodiã derelictis: ibat cõtra nabal: iurans illa nocte domũ se ⁊ oẽm possessionẽ ei⁹ exterminare. Non solũ vo ob hoc iratus est dauid: qa videret ingrat⁹: ⁊ nihil dedisset eis qui multã benignitatẽ circa eũ habuerant: s3 etia3 q blasphemasset: ⁊ maledixisset eis: a quib⁹ in nullo fuerat cõtristatus. Interea q dã seruus ⁊ custos ouiũ nabal dñe quidẽ sue: illius vo coniugi dixit: q miserit dauid ad virũ eius nõ solũ nec aliquid vile pceperit: sed etiã iniurias ⁊ pessimas in eum di xerit blasphemias dum omni ꝓuidentia ⁊ custodia circa eos fuerit vsus in gregibus affirmans hoc i malũ domini sui ⁊ ipsius ꝓfuturũ. Quo dicto: abigail vxor nabal eij tiens decẽ asinos: ⁊ onerans eos multis munerib⁹: nihilq3 marito dicens: eũ p ebrie tatem ipse sensu careret: profecta est ad dauid. Cui ascendenti montis angustias da uid occurrit: cum quadringẽtis viris veniens sup nabal. Quem cum vidisset mulier de asina exiliuit: ⁊ ꝓstrata in faciẽ adorauit: supplicans: ut nequaq3 nabal verba respi ceret: qui vtiq3 nabal recte vocaretur: quod nomẽ dementẽ lingua significat hebrea. Satisfaciebat aũt dicens: non se eos vidisse qui ab eo fuerant missi: ⁊ debere se veniã ꝓmereri: utq3 magis ipse ageret deo gratias: q eũ a sanguinis humani pollutione ꝓ hibuit exorabat. Nã cũ tu inqt benign⁹ sis: ille vindicat a malignis. Que eni nabal inquit mala sustineat: sup caput inimicoꝝ tuorum eueniãt. Esto mihi ꝓpicius qdem ⁊ iudica me dignã: p quã hec dona suscipias: irã vo atq3 furorẽ quẽ sup maritũ ⁊ eius habuisti domum: mihi remitte. Hec eni te decent: cum sis placidus atq3 clemens: ⁊ quod maius est regnaturus. Susceptis aũt illis munerib⁹ ait. O mulier: ꝓpici⁹ te hodie ad nos deus adduxit. Non futurũ videris diẽ: cum iurasset domũ nabal hac nocte disperdere: ut nullus vestrũ penit⁹ remaneret: cum vtiq3 sit vir ille ingratus ⁊ cal lidus circa me ⁊ socios meos: nũc pueniisti: ⁊ meũ curãte deo mutasti furorẽ: ⁊ nabal quidem licet modo ꝓpter te relinquat inultus: nõ tñ effugiet penas: sed alia causa q̃ ei cõpetit eueniet. Hec dicens dimisit mulierẽ. Illa domi reuersa est: ⁊ inueniẽs virũ cũ multis vino solutũ: ⁊ i ebrietate iacentẽ: tũc quidẽ nihil hoꝝ q̃ gesta fuerãt indicauit

maon ziphenor: ciuitas

aliena tangẽ pessimum est et offendit deus

Vara auis in terris nigro q3 simillima cigno

nabal vir durus et inhumanus

abigail vxor nabal

nabal lingua ebraica idẽ est q3 demens

digna mulieris ex oratio ad veniam expostulandam

Cui altera die cūcta significauit:sicqꝫ eū tristē reddidit:⁊ ad solutionē mēbrorū: ⁊ pe
ne ad mortē vsqꝫ deduceref:⁊ nō āplius qꝫ decē dies postea viuēs nabal defūctus
ē.Dauid aūt audiēs mortē eius:vltū sequidē a deo dixit:nabal ꝓ ꝓpa malignitate
defūctū:dedisseqꝫ illi pēas:⁊ se ab ei⁹ custodisse sāguie:mūdā bēnē dextrā.Tūc ēt
agnouit:eo ꝙ maligni diuinit⁹ vrgeanf:⁊ null⁹ inter hoīes despiciat a deo:qui dat q
dē bonis filia:malis vero refert digna supplicia. Et mittēs ad eius vxorē:petit:quo
eā sibimet copularet.Jlla vero bis q missi fuerāt:dicēs se nō dignā fore vt illi⁹ vl pe
des tangeret:tamē cū oī ꝓprio apparatu vēit:eiqꝫ cōiuncta ē:que ad hūc honorē ve
nire ꝓmeruit:tā ꝓ mō castitatis qꝫ ꝓ spē sue forme.Habuit autē dauid vxorē: quā
ṗmitus duxerat de ciuitate ebisar. Michol aūt Saul regis filiā que fuit dauid vx
or:pater eius faltim filio lais cōiunxit:qui erat de ciuitate gallim. Cūqꝫ hec fuisset
gesta:quidā zipbenorū veniētes indicauerūt saul ꝙ rursus dauid essꝫ in eorū regiōe
⁊ posset violēter eū comṗhēdere si sua ṗberet solatia.At ille cū tribus milib⁹armato
rū sup eū egressus ē.Cūqꝫ supueīsset nox castra posuit in loco quodā qui dicif ceila
Audiēs vero dauid cōtra se vēisse saul missis exploratoribus:iussit sibimet nunciari
ad quē locū iā vēissꝫ.Quibus dicētibus i ceila eū eē:surgēs nocte:ita vt lateret suos
vēit ad castra saul:ducēs secū abisai natū sororis sue sarive:⁊ achimelech gethēū.Sa
ul itaqꝫ dormiēte:⁊ circa eū p circuitum armatis:⁊ abner ṗncipe militie ꝯstitutis:da
uid igressus castra eius:nec ipse pemit eū iueniēs ei⁹ stratū:⁊ lāceā q erat fixa ad ca
put eius:nec abisai pmisit volētē eū occidere: ⁊ in hoc vehemēter instantē:sed dicēs
ordinatū a deo regē occidere eē nimis iniquū:lꝫ ille sit malus vēturāqꝫ ei penā opor
tuno tēpore ab eo qui ei ṗbuit regnū:retinuit ipetū eū volētis occiderē:⁊ ꝓ signo ꝙ eū
potuissꝫ eū interimere:⁊ potius abstinuerit:sumēs eius lanceā ⁊ vrceolū aq apposi
tū dormiēti saul nullo sētiēte in exercitu:cūctisqꝫ iacētibus latēter egressus est:cū oīa
facere potuissꝫ:que ⁊ ipsū tēpus offerret:⁊ cōtra regē digna ṗsūptio suaderet.Tran
siēs vero torrētem:⁊ in verticē montis ascēdens:vnde potuissꝫ audiri clamans voce
magna militibus saul ⁊ abner principi militie:excitauit eos a somno. Hūc.n.voca
uit ⁊ populum.Audiēte vero principe militie:⁊ requirēte quis eū vocassꝫ: dauid ait
Ego sū filius quidē iesse:vester vero fugitiuus. Cur inquit cū sis magnus:⁊ apud
regem honore precipuus corpus eius ita custodis:vt sonus sit tibi dulcior:qꝫ illi⁹ sa
lutis affectus.Hec quippe digna morte sunt atqꝫ supplicio. Dudum enim ingres
sus ē quidā in vestrū exercitū super regē:⁊ sup alios vniuersos: ⁊ nō agnouistis.
Quere lanceā regis:⁊ vrceū aque:⁊ agnosces quantū malū vos latuit intrinsecus cō
stitutos. Saul aūt cognoscēs dauid vocē: ⁊ videns quia dum eū captiuū habuissꝫ
sopore confectum:custodibus negligentibus non occidit:sed pepcit ei:quē iuste peri
mere potuissꝫ:pro salute sua gratias egit:⁊ rogauit vt cōfidens:nihilqꝫ ab eo mali iā
metuēs iret:ad propria affirmans credere se ꝙ nec semetipsū aliquis ita diligeret: si
cut Saul a dauid amaref:⁊ accusās seipsū:ꝙ eū quidē qui illū custodiř posset: ⁊ mł
ta indicia circa eū sui fauoris ostenderet:persequeref iniuste:⁊ tanto tēpore dubitan
tē de anima sua degere in fugā compelleret:ab amicis ⁊ cognatis desolatū:ipse vero
ab eo sepius liberatus non quiesceret:sed eius aīam apte desideraret auferre. Quo
facto aľs dicto:dauid iussit vt aliquis puerorum eius veniēs:tolleret lanceā: ⁊ vrce
um aque dicens.Deus vtriusqꝫ nostre voluntatis ⁊ actuum iudex sit qui nouit ꝙ ēt
presenti die cū te occidere potuissē:tui misertus abstinui. Et Saul quidem secū
do dauid manus effugiens ad regnum propriū remeauit. Metuens autem Da
uid si permanens ibi aliquando in Saul manus incideret:decreuit ad palestinos de
scendere:⁊ illic habitare. Tunc cum sexcentis qui erant circa eum venit ad achis
regem geth.Erat autem hec vna quinqꝫ palestinorum vrbium. Cumqꝫ eum rex

Malignus diuinitus vrget̄ & nullus inter homines despicit̄ a deo ·

Regē occidē ē iniqu·

ſuſcepiſſꝫ cũ viris: ⁊ habitaculum prebuiſſꝫ: habẽte eo ſimul ⁊ duas vxores achino
em ⁊ abigail: morabatur in geth. Saul autem hec audiens vlterius voluntatem
non habuit: vt mitteret ſuper eum: aut ipſe forſitan properaret: cum ſecundo pene ta-
le periculum pertulerit: vt ab illo potius potuiſſet comprehẽdi. Porro dauid nõ
placuit vt in ciuitate geth: habitaret: ſed regẽ rogauit qui eum clemẽter exceperat: vt
ei locum aliquem in prouincia donaret: vbi cum ſuis degere potuiſſet: pudori eſſe di
cens: vt ſi in ciuitate maneret: ſe ei oneroſum exiſtere. Cui dedit rex quendam vicũ
ſicelech nuncupatum: quẽ vicum ita dilexit: vt cum regnaſſet dauid: eum ipſe ⁊ eius
pueri quaſi primam poſſeſſionem honorarent. Sed de his in alio loco dicemus. Tẽ
pus itaqꝫ quod commoratus eſt dauid in ſicelech paleſtinorum fuit menſium qua-
tuor: ⁊ viginti dierum. Unde latenter inſurgens contra paleſtinos in vicina regione
conſtitutos ſerritas ⁊ amalechitas: eorum prouinciam deuaſtabat: multaqꝫ predam
iumentorum ⁊ camelorum ſumens: reuertebatur ad propria: ⁊ ab hominibus abſti-
nebat: metuẽtes ne eum diuulgarent ad regem: partẽ tamen ei prede domum mitte-
bat. Cum vero requireret rex quos vaſtaſſꝫ: predamqꝫ tuliſſet: dicẽdo eos qui ad
auſtrum iudeos conuerſabantur: ⁊ in campeſtribus habitabant ſe eſſe depopulatum
ſatiſfecit regi: ſperabat enim ꝙ dauid odio haberet propriam gentem: ⁊ ſeruus eius
foret donec apud eum conſiſteret. Capitulum. XIIII.

Eodẽ tempore paleſtinis circa iſraelitas pugnare volentibus: ⁊ mittentibꝰ ad
omnes amicos vt eis adeſſent in bello in ſela: vbi congregati erant exituri ſu-
per hebreos: anchus ſeu achus rex geth: dauid rogauit: vt cum ſuis armatis ei ſola-
tium contra hebreos preberet. Illo vero gratiſſime promittente ⁊ dicente inueniſſe
ſe tempus: in quo ei beneficiis reſponderet: ⁊ ſuſceptionis munus exolueret: promi
miſit rex cuſtodem ſui corporis poſt victoriã ⁊ belli certamen eum ſe eſſe facturum
honoris ⁊ fidei promiſſione volens voluntatem eius augere. Saul itaqꝫ rex he
breorum omnes diuinos ⁊ ventriloquos: ⁊ omnem huiuſmodi artem de ſua expule
rat regione abſqꝫ prophetis. Audiens autem paleſtinos iam eſſe preſentes: ⁊ iu-
xta ſuna ciuitatem in campo poſitam: caſtra fixiſſe ad eos cum omni exercitu ſuo ꝓ-
fectus eſt. Cũqꝫ veniſſꝫ ante montẽ quendam gelboe: ⁊ vidiſſet e diuerſo hoſtium
multitudinem: timore fortuito conturbatus eſt: dum eſſet eorum exercitus potior: ⁊
multo melior deumqꝫ conſuluit ꝑ prophetas: vt ei de prelio ⁊ eius fine prediceret.

Deo autẽ non reſpondẽte Saul magis expauit: ⁊ animo corruit: malum ſibi ap-
te imminere proſpiciẽs: cum vtiqꝫ deum arbitraretur ꝑſẽtem ſibi non eſſe: iuſſitqꝫ ſi-
bi queri mulierem ventriloquam habẽtẽ ſpiritum: ⁊ vocantẽ animas defunctorum:
uid sit ventriloqus et q significat
vt valeret agnoſcere: ſi in rebus imminentibus preualeret. Genus. n. vẽtriloquorũ
euocando mortuorum animas: ꝑ eas ſolet poſcẽtibus futura ꝑdicere. Cumqꝫ fuiſſet
a quodam famulo ei nunciatum: eſſe huiuſmodi mulierem in ciuitate endor: latenter
omnẽ exercitum relinquẽs: exutus veſte regali: ſumẽs duos famulos: quos nouerat
fideliſſimos venit in endor ad mulierẽ: rogauitqꝫ eam vt diuinaret: ⁊ animam ſuſcita
ret: cuius ipſe dixiſſꝫ. Muliere vero repugnante atqꝫ dicẽte non ſe poſſe regẽ ſper-
nere: qui genus hoc diuinantium expuliſſꝫ: ſꝫ nec illũ bene facere: qui dum nihil per
eam fuiſſꝫ leſus: ei pararet inſidias: vt prohibita faciẽtẽ pene contraderet iurauit: ne
cuiqꝫ eius diuinationẽ proderet: nec periculum fore. Cumqꝫ iureiurando ſatiſfeciſſꝫ
non eam debere metuere: ſi ei animam Samuel euocaret: illa neſciens quis eſſet ſa
muel: eam ex inferno euocabat. Cumqꝫ apparuiſſꝫ vidẽs mulier virum ſanctũ deo
decibilem: conturbata eſt: ⁊ tunc eius faciẽ obſtupeſcẽs: nonne tu es inquit rex ſaul
Hoc. n. ei Samuel indicauerat. Quo confitẽte: ⁊ perturbationẽ eius querente: ait vi-
diſſe ſe virum ſimilẽ forma deo: eoqꝫ iubẽte imaginẽ eius: formam ⁊ ſtatum eiꝰ quẽ

viderat explanare:significauit se senē iā gloriosū:τ sacerdotali pallio vidisse circūa micttū. Ex qbus ɔgnouit rex hūc Samuel esse:τ procidēs in terā salutauit τ adora uit. Anima vero Samuel inquirēte cur eam commonuissz:saul ingemiscebat necessi taté incūbere:τ hostes sibi grauiter iminere:τ eē in hesitatōe rerū presentiū cōstitutū a deo vtiqz derelictū:τ neqz respōsum promereri:neqz p prophetas: neqz p somnia: τ propterea inquit ad te qui mihi sēper pius extitisti confugi. Samuel autē vidēs eum fini vite iam proximum:ait. Superflue a me aliquid vis cognoscere: cum a deo sis derelictus. Sed regnum quidē tuum ad dauid transfereť:quod in hoc bello sciaś eē vēturum:te vero tuumqz principatum cum vita esse finiēdum:quō inobediēs fue ris deo in amalechitarum bello:τ eius nequaqꝫ mandata seruaueris: sicut viuēs ti bimet prophetaui. Igitur scito te subdēdum:τ populum inimicis:τ te cum filijs tu is die crastina in bello cadētes:mecum esse mansuros. Hec audiēs Saul tristi tia faciēte loquēdi amisit officium:τ prostratus est in terra propter dolorē qui ei fue rat indicatus potius:qꝫ propter abstinētiam. Quia enim precedēti die aut nocte ci bum non susceperat:facile non valebat exurgere:vix tamē recipiētem spiritum coe git mulier vt gustaret:hoc munus petēs sibimet repēsari pro diuinatiōe:quam sui pe riculo ei pparabat:cum ei propter timorē ipsius non licuisset. Que licet ignorasset q fuerit tamē ei preualuit vt concederet pro quibus rogauit appositum cibum sumere: quatenus recepta virtute:ad castra propria remearet. Cunqꝫ ille refutaret:τ nimis aduersaretur in angustia constitutus compulit τ psuasit ei:τ habēś vnum vitulū mā suetum a se domi nutritum:in quo solo requiescebat occiso:τ carnibus preparatis:ei vt comederet:eiusqꝫ seruis apposuit. Quo facto Saul noctanter ad sua castra reuer sus ē. Justum ē autem laudare mulieris largitatem:quia licet eius ars a rege fu issꝫ exerceri prohibita:tamē dum venisset in domum eius quos nunqꝫ viderat prius non habuit mali mēoriam vituperando eum qui eius prohibuerat disciplinaꝫ:nec a uersata ē pegrinum:τ cuius consuetudinē nequaqꝫ habuerat:sed condoluit:τ conso lata ē:dum eum cognouissꝫ regē:τ circa quē potuerat animo ingrata consistere:eū po tius vt comederet inuitabat:τ qͤ ei solummodo in paupꝛtate fuerat: hoc libēter largi terqꝫ conferebat:non aliquam retributionē eius expectans:non munus aliquod au cupans:quippe quē proxime moriturū agnouerat:cum plerunqꝫ natura sit homi num:boni aliquid aut repēsaturis beneficium exhibere: aut a quibus aliquid se cre dunt accipe:bis mutuaŕ. Bonū ē ergo illā imitari mulierē:τ bñfacere cunctis egēti bus:τ nihil arbitrari melius eē:nec amplius aliqd generi hūano cōpetere potiusqꝫ hoc vt deū ppiciū:τ bōi largitorē sēp hēamus. Igit de illa muliere dixisse sufficiat. Sermonē vero nūc faciam⁹ ciuitatibus τ populis τ gētibus pfuturū:τ bonis oībus cōgruū:ex quo puocētur vniuersi sectari virtutē:τ eterne decus appeteŕ glorie:sed τ q sapiētibus τ regibus gētiū:τ pncipibus populorū multū desideriū:τ studiū rerum bonarū adijciat:τ p salute patrie ad picula mortis libēter adducat:τ cūcta q vidētur grauia doceat eē contēnēda. Habeo rei huius auctorē saul hebreorū regē. Hic enīꝫ lꝫ futura iā nosset: τ mortē sibi iminere ppha pdicēte cognosceret:nō fugit:nec amo re vite suū exercitū prodidit iimicis:nec regie cōtueliā intulit dignitati:sꝫ potius cuꝫ oī sua domo semetipsuꝫ tradēs sił τ filijs:optimū iudicauit cū eis magis cadere pro subiectis pugnādo:τ filios vna pire:lꝫ bōi τ fuissēt:qꝫ eos in incerto relinqre:quasi regni successionē τ generis habituros. Js ergo τ iust⁹:τ castus:τ fortissimus solus mihi eē videtur: τ siquis fuit talis:aut fuerit cūctorū testimonio virtutis adoptione dignissim⁹. Nam eos q sub spe victorie proficiscunť ad bellū:τ incolumes se redire cōfidūt:qꝫuis gesserint clarū nō vidētur bñfacere q eos fortes voluerint appellare: quod de talib⁹ in historijs:τ alijs cōscriptionib⁹ inueiť:qꝫuis τ illi sint approbandi

Aīa samuelis: ubi ... p ... euocata: ... regi Saul ...

De magnanimitate Saul...

magnanimes ãt ꝛ grãdia ꝓsumentes: ꝛ rerũ terribiliũ cõtẽptores: soli dicẽdi sũt oẽs q saul imitant̃. Illi nanqꝫ q nesciẽtes quod in bello futurũ est nequaqꝫ animo defi ciũt: sꝫ in icertũ semetipsos emittũt: ꝫ aliqd grande faciãt: nõ tamẽ valde mirãdi sũt Cũ vͦo vtile nihil ventũ aio cogitat̃: sed iã mors futura ꝓscit̃: ꝛ solũmõ hoc passuri dimicant aliq: ꝛ neqꝫ terrẽt̃: neqꝫ ꝓ mortis piculo obstupescũt huiusmodi viros pfe cte fortitudis eẽ decerno. Hoc igit̃ fecit Saul ostẽdẽs ꝙ cũtos desiderãtes glie pal mã hr̃e: post mortẽ talia cõueĩt adimplere: ꝛ maxie reges quos pp cumulũ pncipat⁹ nõ solũ malos nõ licet eẽ circa subiectos: sꝫ neqꝫ mediocriter eẽ bonos. Plima quidẽ de Saul magnanimitate potui dicere: maximã mihi hoc argumẽto pbẽte ma teriã: sꝫ ne diu eius laudib⁹ videar inherere: denuo ad ea revertor: vnde egressus eẽ agnoscor. Palestinis igit̃ castra sicut pdiximus metãtib⁹: ꝛ p singlas generatões ꝛ tribus ꝛ satrapas exercitũ disponẽtib⁹: ibat cũ suo exercitu rex achis: ꝛ p⁹ euꝫ da uid cũ sexcẽtis armatis seq̃bat̃. Et cũ duces palestinorũ viderẽt inter eos hebreos: qui cũ dauid in auxiliũ regis venerãt: pcõtabant̃ a rege: q nã eẽnt. Qui dixit dauid eẽ qui fugerat Saul dñm suũ: quẽ ad se vẽientẽ ipse susceperat: ꝛ nũc velle sibi euꝫ bñ ficia repẽdere: ꝛ saul interficere: ꝓpterea in solatio ipi⁹ aduẽisse. Quo dicto culpatus ẽ a ducib⁹ palestinorũ: eo ꝙ virũ inimicũ ad solatiũ adduxerit: eũqꝫ redire suadebant: ne forte latẽter mali aliqd circa eos efficeret: hñdo tẽp⁹ ꝛ cãm: p quã suũ dñm placa re possꝫ: sꝫ si vellet ei ꝓspicere: remitteret eũ cũ suis ad locũ quẽ dederat illi pri⁹. Adijciebant aũt. Nõne h ẽ dauid: de quo cantabãt vͥgines hebreorũ: qa multa mi lia pemissꝫ. Et cũ audissꝫ rex geth vilr̃ dicta cognoscẽs vocauit dauid: ꝛ ait. Ego q dẽ cũ sim testis studij tui circa me atqꝫ deuotiõis: ꝓpterea te ad solatiũ meum addu xi: pncipib⁹ aũt nõ places. Sꝫ facto die pge ad locũ quẽ dedi tibi: ꝛ ibi meaꝫ custodi ꝓuinciã: ne quis hostiũ ad eã accedat: es. n. aio meo ps magna solatij. Dauid itaqꝫ iubẽte rege geth: vẽit sicelech. Eo tẽpore quo fuerat egressus ad solatiũ palestinorũ gẽs amalechitaꝝ igrediẽs: sicelech fortissime cepat eã: q̃ incẽsa: multaqꝫ pda ex ea ꝛ alijs palestinorũ regiõib⁹ sũpta discesserat. Inueniẽs ergo dauid vastatã oẽm ꝓ uinciaꝫ: ꝛ oia fuisse direpta: ꝛ duas vxores suas: ꝛ eos qui cũ eis erãt vna cũ filijs in captiuitatẽ ductas: cõtinuo vestẽ scindẽs: flẽs ꝛ gemẽs cũ socijs ꝛ amicis: ad hoc vsqꝫ puenit: vt ẽt dolẽtibus captiuitatẽ vxorũ ac filiorũ lachryme nimie eoꝝ fletu deficerẽt Sꝫ ꝛ ipse piculũ passus ẽ: ita vt a socijs dolẽtib⁹ captiuitatẽ vxoruꝫ ac filiorum pene lapidaret̃: ipsũ. n. solũ rei pncipẽ: ipsũ vnusquisqꝫ malorũ dicebat auctorẽ. Igit̃ ster nebat̃: ꝛ mẽtẽ suaꝫ ad deũ cõuertẽs: rogauit abiathar põtificẽ: vt indut⁹ veste sacer dotali cõsuleret deũ ꝛ ꝓphetaret: si psequẽs amalechitas: comphẽderet eos: ꝛ libe raret vxores ac filios: ꝛ vlcisceret̃ in hostib⁹. Sacerdote vͦo iubẽte vt eos psequeret̃ cõsurgẽs armatos psecutus ẽ hostes. Cũqꝫ vẽisset ad torrẽtẽ besor inuẽit virũ erran tẽ egyptiũ genere ethiopẽ: ꝛ fame defectũ qui trib⁹ dieb⁹ in deserto sine cibo pmanẽs pmũ cibo potuqꝫ eũ cõfortãs: ꝛ refici faciẽs inquirebat: cui⁹ essꝫ aut vnde. Tũc ille quidẽ se genere significat egyptiũ: ꝛ pp infirmitatẽ a suo dño derelictũ: eo ꝙ nõ vale ret sequi: pariter ẽt esse indicauit se ex eis qui incendissent: ꝛ diripuissẽt iudeã simul ꝛ si celech. Hũc ergo dauid habẽs ducẽ sup amalechitas: apprehendit eos in terra ia centes: ꝛ alios quideꝫ prãdentes: alios iã ebrios ꝛ vino solutos: ꝛ de re acta: ꝛ de ca ptiuitate vxorũ ac filiorũ gaudentib⁹ ꝛ fruentib⁹: deosqꝫ suos laudãtibus repente ir ruit sup eos: ꝛ leticia q̃ gaudebãt frustrauit. Nudi. n. ꝛ nihil huiusmodi suspicantes sed ad potũ ꝛ ad epulũ cõuersi: oẽs remissiores erãt. Et alij quideꝫ eorũ mensis ad huc appositis: apphensi sup eas extincti sunt: ꝛ sãguis eorũ cibo pmixtus est: alios vͦo inuicem se ad pocula inuitãtes occidit: multos etiã in soporeꝫ ꝯuersos extinxit: quicũqꝫ vͦo occurrere ꝛ armis iuolui: ꝛ ex aduerso cõsistere potuerunt: hi etiã facilius q̃ꝫ illi

qui iacebāt nudi pēpti sūt. Quos ab hora pma iterficiētes vsqȝ ad vesperā pmāserāt ita vt amalechitarū nō remāerēt āpli⁹ qȝ quadrigenti: qui tamē i camelis curracib⁹ ascēdētes vix euadere potuerūt. Eripuit ergo dauid alia oia q̄ tulerūt hostes: sȝ et vxores suas ⁊ sociorū. Cūqȝ reuertētes venissēt ad locū vbi ducētos qui eos nō po tuerūt sequi reliq̄rāt ad castra custodiēda: ⁊ illi quidē q̄drigēti partē pde eos accipe nō cēsebant: qui secū nō fuerāt: cū vtiqȝ deberet sufficere: si vxores cū filijs: aliaque suppellectile mererēt suscipe: seqȝ meliores ⁊ digniores: q ppe qui laborē sustinuissēt hostesqȝ peremissēt pda direpta. Dauid aūt malignā hanc ⁊ iniustā dixit eē sñiaȝ cū eēnt digni deo pbēte: vt ⁊ vlciscerētur in hostib⁹: ⁊ oēm pdam cū his qui vna ad pse quēdū egressi fuerāt: ex equo diuiderēt: quādo ad diuersorȝ custodiaȝ remāsissēt: ⁊ ex illo lex ista permansit: vt tantū accipiāt qui custodiūt castra: q̄ȝtū illi qui pugnāt. Ve niēs aūt dauid in sicelech: oibus in iudea amicis: ⁊ necessarijs ptē prede dixerit. Et vastatio quidē sicelech: ⁊ amalechitarū hmōi fuit iterit⁹. Palestinis igit̄ dimicanti bus: ⁊ pugna graui cōmissa palestini quidē vlciscūt̄: ⁊ multos suorū hostium peme rant. Saul aūt rex israelitarū: ⁊ ei⁹ filij fortiter decertātes: ⁊ vtētes oi fiducia tāqȝ gloria eorū in hōa morte: ⁊ in hostiū dimicatiōe cōsisteret: nihilqȝ hoc pciosius eē iudi cantes: oim inimicorū cohortē cōtra se cōuertētes vndiqȝ circūdati: piter sūt extincti: multos tamē palestinorū forti dimicatiōe peremerūt. Erant vero saul ⁊ ionathas: ⁊ amminadab: ⁊ melchis. His ergo cadētibus hebreorū populus cōuersus ē in fu gam: ⁊ turpitudo ⁊ ꝯfusio facta ē ex interitu Saul: ⁊ de grauissimis hostib⁹ vndiqȝ sup eos igruentib⁹. Saul aūt hoc mō pemptus ē. Dū essȝ hostiū multitudie consti patus: palestinis crebro sup eū iacula dirigētibus: oib⁹ pene pstratis: paucis exide fugientib⁹: ipse clarissime decertat⁹ ē: qui vulnera i se multa gerēs: ita vt nequaqȝ iā possȝ tolerare: nec ferre plagas: semetipsū quidem pimere erat inualid⁹: iussit aūt ar migero: vt eū gladio educto pimeret: vt nequaq̄ȝ viuū eū compbenderēt hostes. Ar migero nō presūenti dñm suū occidere: ipsū gladiuȝ suū educens: ⁊ in terra cōfigēs irruit in mucroneȝ: ⁊ cū nequiret sibi vi vltie mortis iferre: nec ferrū ei⁹ mēbra transi ret: cōuersus ⁊ videns quendā iuuenem requisiuit qs essȝ. Quem cuȝ cognouisset amalechitā: rogauit vt educto gladio eū morte q̄ vellet occideret. Quod cuȝ fecisset sublato auro ex ei⁹ brachijs: ⁊ corona regali fugit. Vidēs aūt armiger ei⁹ Saul ex tinctū: occidit ⁊ semetipsū: nullusqȝ de custodib⁹ corporis est relict⁹: sed oēs cecide rūt in mōte qui dicit̄ gelboe. Audiētes aūt hebrei qui hitabāt in cōualle trās ior danē: ⁊ qui in cāpestrib⁹ ciuitates hēbant: ꝙ Saul cecidissȝ ⁊ eius filij: ⁊ oīs cū eo pe rissȝ exercitus: relinquētes ppas citates: ad loca occultissima fugierūt. Palestini inuenientes vrbes derelictas atqȝ desertas habitauerūt in eis. Cūqȝ venissent ho stes exuere: inuenerūt corp⁹ Saul ⁊ filiorȝ eius. Quos expoliātes eorū capita trunca uerūt: ⁊ in oēm puinciā puulgauerūt hostes suos cecidisse. Quorū arma quidē ꝯse crata sunt in astaroth tēplo: corpa vo suspēderunt sup murū ciuitatis bethsan: q̄ nunc scytopolis appellat̄. Cum ergo audissēt hitatores citatis iabes galaad die tertio ꝙ truncassent Saul mortuū ⁊ ei⁹ filios palestini: crudele iudicātes euȝ isepultū despi cere: egressi viri fortissimi: ⁊ psumptiōe precipui: cum ipsa citas ⁊ corpib⁹: ⁊ aialibus viros habuerit valde robustos: tota nocte iter agētes: venerūt ad citatē bethsan: ⁊ ac cedētes ad muros hostiū: ⁊ deponētes corp⁹ Saul ⁊ filiorū eius: detulerunt i iabes hostibus pp fortitudinē eorȝ nequaqȝ phibere valētib⁹ aut presumētib⁹. Viri āt ia bes cū oi populo flētes sepelierunt corpa eorū in optio loco puincie: quē segetē ap pellāt: ⁊ ieiuniū septē dierū cuȝ mulierib⁹ ⁊ infātibus sup eos celebrauerūt tōdētes pectora ac lugētes regē ⁊ filios eius: ⁊ exercitū dñi: nec cibum desiderantes gustare vel potum. Hunc itaqȝ finē Saul prophetantē samuel habuit: quia obēdiēs deo nō

Lex [illegible] ista hodie [illegible] servatur.

Saul et filiorum suorum mors.

fuit propter mandata que contra amalechitas accepat: et quod abimelech sacerdotis generationē: et ipsum abimelech: et sacerdotum vna peremit vrbem. Regnauit ergo saul samuel quidē viuente annis decē et octo: moriente autem samuel alios duos q huiusmodi habita conuersatione defunctus est.

Incipit liber septimus.

Redictū itaqꝫ prelium gestū ē die qua dauid victis amalechitis reuersus ē in sicelech. Et cū iam ibi duos habitaret dies: tertia die venit quidam liberatus a pugna: que contra palestinos fuerat gesta: et qui Saul interemerat scissa veste: et asperso capite cinere. Qui dum adorasset dauid: interrogatus: vnde tali modo venerit: ait: ab israelitarum pugna: quibus infelicē terminūꝫ ꝓuenisse dicebat: et multa quidem hebreorum milia fuisse necata et regē pariter eorū saul cū filiis interēptum: significabatqꝫ vidisse

se & hebreorum fugam: & fugienti quoque regi fuisse presentem: quem etiam ne comprehenderetur ab hostibus ipse se rogatus ab eo iugulasse fatebatur: quia dum gladio suo incubuisset propter vulnerum magnitudinem non valebat seipsum occidere. Cum hec dixisset signa mortis eius ostendit aurum brachiorum regis & coronam: que cum expoliasset: mortuum saul ei detulerat. David itaque cum iam non discrederet: sed apta signa mortis eius inspiceret: vestem quidem repente disrupit: deflens autem & lugens cum suis totam diem in fletu & lamentatione protraxit: cui maior tristitia nata est pro morte ionathe: qui fidelissimus amicus fuerat: & ei causa salutis extiterat. Tantam enim sui virtutem david circa devotionem saul ostendit: ut non solum finem eius luctuose satis habuerit: licet sepius per eum mortis pericula passus sit: sed etiam punierit eius interfectorem. Nam cum dixisset ei: quia ipse sui accusator erat qui regem occiderat: & eum cognovisset: quia de genere amalechitarum esset: repente eum precepit interimi. Conscripsit autem epitaphium sicut fieri assolet in sepulchris quod lamentationes contineret: & laudes saul & ionathe: quod etiam usque ad meum permansit tempus. Cum vero hoc modo regi exhibuisset: planctum eius finito luctu per prophetam consuluit deum quam ei civitatem daret ad habitandum de tribu iuda. Cumque dixisset daturum se ei ebron: derelicta sicelech venit ad eam deductis duabus uxoribus suis: & qui erant cum eo cunctis armatis. Ad quem convenientes omnis populus illius tribus eum constituere regem. Qui cum audisset quod saul & eius filios sepelissent viri iabes habitatores galaditis: misit ad eos: laudans & approbans eorum opus: & virtutem: & agens gratias pro studio: quod circa defunctos habuerant: pariterque dicens quod tribus iuda eum constituisset regem. Abner itaque princeps militie saul: filius autem ner: vir efficax: & optimus valde natura: cum vidisset cecidisse regem: & ionathan: & duos alios filios eius: veniens ad castra filium saul qui relictus fuerat nomine bisboseth abripiens regem super eos qui trans iordanem erant: & totius populi pariter ordinavit: preter tribum. s. iuda: statuitque regnum eius in terra: que secundum patriam quidem linguam vocatur manaim: secundum grecos dicitur castra. Abner ergo exinde promovit electum exercitum nimis ut congrederetur cum tribu iuda: irascebatur. n. adversus eos a quibus rex david fuerat ordinatus. Huic autem occurrit missus a david ioab filius sarine sororis eius de patre sar natus: hic enim erat contra abner constitutus militie princeps. Cum quo etiam fuerant & sui fratres abysai: & azabel: & omnes armati david. Itaque veniens ad quendam fontem in civitate gabaa aciem constituit ad pugnandum. Dicente vero abner ad eum velle se probare: quis eorum robustiorem haberet exercitum: convenit inter utrosque ut duodecim viros pugnaturos mitterent: & procedentes inter medias acies: qui ex utraque parte ducum fuerant ad certamen electi: eductisque gladiis viri david: & tenentes capita hostium eorum lumbos & latera suis gladiis perforarunt: donec omnes quasi ex uno constituto perimerent. His autem cadentibus etiam reliquus direptus est exercitus: & dimicatione fortissima procedente: abner populus victus est: fugientesque ioab persequi non cessabat: precipiens armatis ut post eorum vestigia festinarent: & nequaquam occidendo deficerent. Cuius etiam fratres decertati sunt promptissime: inter quos clarior precipue fuit iunior asabel: qui tantam gloriam habuit in pedum velocitate: ut non solum homines: sed etiam equos ad currendi certamina superaret. Is igitur persequebatur principem abner: recto gressu in neutram partem declinans Cumque respexisset abner: & considerasset impetum se sequentis: & dixisset ut unius militis arma sumens ab eius persecutione quiesceret: & rursus ille nequaquam a suo conamine penitus abstineret: monente illo denuo ut recederet: ne coactus eum percuteret: & ante eius fratres ulterius fiduciam non haberet: verba eius illo despiciente: fugiens post tergum lanceam coactus emisit: eumque repente mortali vulnere penetravit. Hi vero qui cum eo persequebantur abner: cum venissent ad locum ubi iacebat asabel mortuus circumstantes nequaquam persecuti sunt hostes. Ioab autem & frater eius abysai pertranseuntes viderunt ca

Asahel pedum velocitate clarus

dauer illius: ⁊ maiorem ire fomitem contra abner habentes: pro morte fratris magna vsi velocitate vsq; ad locũ quendã noie gabaon psecuti sũt abner. Et cũ sol occũbe ret: ascẽdens in quendam collẽ cũ tribu beniamin: expectabat hostes simul ⁊ abner Qui dũ clamaret ⁊ diceret ad ioab: nõ eũ oportere viros cõtribulos tanto certamine plĳ exacuere: sed ẽt fratrẽ eius asahel deliqsse: q dũ eũ mõneret vt a psecutiõe cessaret nec acqesceret: ppterea pcussus occubuiss;: sapiẽter faciẽs ioab: ⁊ hec verba satisfa ctionẽ eẽ decernẽs: missa tuba reuocauit exercitũ: ⁊ ab vehementi psecutiõe retinuit Et ioab quidẽ in illo loco moratus ẽ: abner autẽ tota nocte iter faciẽs: ⁊ transiẽs flu uiũ iordanẽ vẽit ad castra ad saul filiũ hisboseth. Altera vo die dinũerãs ioab corpora defunctorũ: sepeliuit vniuersos. Ceciderũt aũt de exercitu quidẽ abner milites qua si trecẽti ⁊ sexagita: de dauid vero decẽ ⁊ nouẽ: ⁊ azahel. Cuius corpus reportantes ioab: ⁊ abysai in bethleem: ⁊ in monumẽto pñno sepeliẽtes: ad dauid regressi sunt in ebron. Cepit igit ex illo tẽpore bellũ intestinũ inter hebreos fieri: ⁊ multo tẽpore per mansit: pficiẽtibus sẽper eis qui cũ dauid erãt: ⁊ amplius ad bella crescẽtibus: filĳ vero saul exercit⁹ pene quotidie defluxit. Quo tẽpore nati sunt dauid filĳ nũero sex: ex totidẽ mulieribus. Quorũ senior quidẽ qui de achinoe mre pgenit⁹: appellatus ẽ ammon: secũdus aũt de vxore abigail noie eliab: terti⁹ absolon q natus ẽ de maa cha filia tholmai regis gessur: quartũ vero habuit de muliere agit: quẽ vocauit adoni am: qntum habuit de saphatia filiũ habital: sextũ ietraam de egla natũ denominauit Cumq; intestina bella cõsisterẽt: ⁊ sepi⁹ ad opa belli cõtra se vẽissent vtriusq; regꝫ ex ercitus: abner princeps militie filĳ saul: cũ eẽt sapiẽs: ⁊ valde populũ videret hre de uotũ egit vt oẽs cũ hisboseth eẽnt: qui ẽt cũ eo magna deuotiõe cõstricti multo tẽpo re pmanserunt. Post hec aũt abner in quodã crimie cõprehẽsus: cui⁹ hec causa fu it: q cũ saul cõcubina cõcumberet: noie respha filia abia culpatus ẽ a rege. Unñ do lens ⁊ grauiter idignat⁹: q nõ iustã retributiõe; mereret ab eo p quo tanta instantia laborans interminat⁹ ẽ regnũ se translaturũ ad dauid: ⁊ oñsurũ: q nõ sua fortitudine sapiẽtiaq; regnaret hisboseth sup eos q erãt vltra iordanẽ: s; illi⁹ potius opibus atq; fide. Tũc mittẽs in ebron petĳt vt a dauid fidei iusiurãdũ accipet: ⁊ eũ sociũ ⁊ amicũ hret: pmittẽs se suasurũ populo: vt a saul filio recederet: ⁊ ipsũ regẽ totius puincie cõstitueret. Dauid aũt q poscebat ipleuit. Letatus. n. in his q abner apud eũ egiss; pmũ initiũ federis hoc petĳt vt ei suã vxorẽ reduceret: quã magnis bellorũ picalis cõpasset: qppe p qua sexcenta capita palestinorꝫ saul obtulerat regi. Et vxorẽ qde; ei⁹ michol sublatã falthi: cui tũc erat copulata remisit abner ad dauid. In q re etiã hisboseth coopator accessit: scripserat. n. ⁊ illi dauid: vt vxorẽ iuste recipet suã. Conuo catis itaq; seniorib⁹ plebis ⁊ tribunis ⁊ millenarĳs vba hec abner retulit ad eos di cẽs. Sepi⁹ qdẽ patos vt ab hisboseth recederetꝫ: ⁊ ptigeretis ad dauid: ab hac vos ego volũtate retinui: nũc aũt si vultis hec iplere: pmitto: sciẽs q de⁹ p samuelẽ pphã; da uid pmisit hebreorũ oium regnũ: ⁊ pdixit q palestios ille vastaret: ⁊ subiectos effice ret. Hec audiẽtes seniores ⁊ pncipes: q ⁊ abner pnceps militie volũtatẽ cũ sua quã et pmit⁹ hũerãt circa rꝫ effect⁹ hret: vnanimes ɔsẽserũt: vt dd se regno traderẽt. Cũq; ad tlia ɔspirassẽt: ɔuocauit abner tribũ bẽiami: oẽs. n. ex ea custodes corpis erãt hisbo seth: qb⁹ ẽt ista locut⁹ ẽ. Cũq; nullũ videret sibi resistere: s; magis ad oia: q vellet ipos patos hret: sumẽs ex eis. xx. vẽit ad dd vt pmissã iurisiurãdi religiõe; firmaret: fide liora. n. erũt q p nosipos geri⁹ q; q p alios p nobis agũt vt hec vba q cũ eo hret: pnci pib⁹ diceret vt ad oẽ; tribũ q ipse p se gereret idicaret: quẽ du; splẽdide suscepiss;: ⁊ p mltos dies opulẽtꝫ ⁊ pciosoɔuiuĳs rfeciss;: petĳt vt dissus ab eo dduceret ad eũ ppl; quo pñte atq; vidẽte: ei traderet pncipatũ. Cũq; dd dimisiss; abner: adh eo ad ebrõ ñ

ꝓcul abeūte vēit ioab q erat ꝓ eo militie pꝛīceps:ꝛ agnoſcēſ qꝛ veniſſet ad regē abner ꝛ ante paululū dimiſſus eſſet federibꝰ celebꝛatis ꝓ regno dauid:metuēs ne illū qdem in honoꝛe pꝛimi oꝛdinis cōſtitueret:aut haberet regni pꝛīcipē:ꝛ cū in rebus alijs eēt aſtutus:ꝛ ꝓuidus ille certis ꝓficeret tēpoꝛibus:ipſe vero decreſceret:ꝛ militie amitte ret pꝛincipatū:viā pessimā ꝛ malignissimā cogitauit:ꝛ pꝛimū quidē temptauit:vt ei detraheret apō regem monēs vt ſe cuſtodiret ꝛ ꝓmiſſiōes nō reſpiceret abner:hec facere dicēs illum:vt ſaul filio ꝯfirmaret imperiū:ꝛ qꝛ ꝑ fallacijs atqꝫ dolo veniſſet ad eū ꝛ vellet ſpē ꝛ diſpēſatiōem regni eiꝰ agnoſcere ꝛ ſic ad ꝓpꝛia remeare. Cū vero his ꝫ his non potuiſſet pſuadere regi:nec eū videret exacui deterioꝛē ruinā rurſus aggreſſꝰ eſt. Et cū deliberaſſet:vt abner interimeret:miſit qui ſequerenť eū:ꝛ cōpꝛehēſum ex dauid nois ꝑceptione reuocarēt:tanquā eſſet aliqua ei detecturꝰ:que ipo pñte videbatur oblitus. Abner aūt dum hec audiſſet a nuncijs:appꝛehēderāt eni eū in quodā loco noie ſyra:qui aberat ab ebꝛon ſtadijs quaſi ꝟginti:nihil metuens futuroꝝ regreſſus eſt. Cui occurrens ioab ante poꝛtā ꝛ ſuſcipiēs eū quaſi maxime deuotꝰ pꝛiter ꝛ amicus:ſepe enim fingunt vere ſe eſſe bonos:ꝛ maligne ſuſpitionis extraneos:qui aliquid iniquū tentare pſumūt:ſegregauit quidē eū ab alijs hoibus:tanquā in ſecreto ei locuturꝰ:ꝛ in locū poꝛte deſertioꝛem ductū:cū eſſet ipe ſolus ꝛ abyſai frater eius:euaginato gladio eius latus effodit. Et abner quidem hoc modo ioab dolo ꝑemptus eſt ꝓ moꝛte quidē ſicut ipſe dicebat fratris aſabel:quē pſequētē ſe interemerat abner i pugna facta in gabaon:ſed vt tūc veritas habuit:ꝓ metu ſui ꝑncipatus ꝛ honoꝛis quem habere putauerat eum apud regē. Ex his itaqꝫ debet cōſiderare quilibet:quāta ꝛ qualia pſumūt hoies ꝓpter auaritie zelum:ꝛ ꝑncipatꝰ affectū:cū nulli hec cedere volunt. Nā ꝯcupiſcētes hec adipiſci ꝑ mlťa mala ad ea ꝑueniūt. Que rurſus metuētes amittere:multo deterioꝛibꝰ actiōibꝰ:vt ea retineāt implicātur:tanquā nō ſit equale malum adipiſci velle tīmnō magnitudinē ꝑtātis ꝛ dum aſſueuerit quilibet eiꝰ boniſ vti:ea rurſꝰ amittere cū i retinēdo potiꝰ excellioꝛ fit erūna:ꝓpterea crudelioꝛa moliūť:ꝛ ꝑ timoꝛe ne amittāt q adepti ſūt:ꝯmittere grauioꝛa pſumūt. Sꝫ de his quidē bꝛeuiter idicaſſe ſufficiat. Poꝛro dauid audiēs interitū abner:anio qdē grauiſſime doluit:ꝛ coꝛā oibꝰ teſtificatꝰ ē:tēdens ad deū dexterā ſuā:ꝛ clamās ꝙ nō fuiſſꝫ in abner īteritu cōſentiēs:nec eiꝰ mādato aut cōſilio fuiſſꝫ extinctꝰ:ꝛ maledicta poſuit valde grauiſſima ꝯtra eū q illū occiderat:ꝛ domū eiꝰ vniuerſam:ꝛ eos qui hoc egerant:ꝓ defūcto peniſ eſſe fecit ſubiectos. Erat enim ſollicitus:ne cōtra fidē ꝛ iuſiurandū ageret quod exhibuerat abner. Pꝛecepit autem deflere ꝛ lugere ꝛ lamentationes fieri ſuper virum:ꝛ eius coꝛpus ſolennibus honoꝛare obſequijs:cum ꝛ ipſe veſtem diſruperit ingemiſcens:ꝛ ſacco videretur indutus. Hec quidem facere pꝛecepit pꝛecedentes loculum:ipe autem lugens ꝛ deflens ſequebatur cum ſenioꝛibus atqꝫ pꝛoceribus:oſtendēs deuotiōē circa viuos:ꝛ triſtitiā circa defūctos:ꝛ ꝙ nō eiꝰ ꝯſilio fuiſſꝫ extictꝰ. Sepelierūt āt eū i hebꝛō:ve dicētes:ꝛ ꝯſcribēs lamētatiōes ſup eiꝰ ſepulcꝝ:ipe ſtās ꝑmitꝰ ſup monumētū fleuit:ꝛ alijs hoc celebꝛare ꝯtradidit. Sic ei moꝛs abner afflixit:vt neqꝫ cibū cogētibꝰ amicꝭ ſumeret:ſꝫ iuraret nihil ſe guſtatuꝝ vſqꝫ ad ſol' occaſū. Hoc itaqꝫ factū deuotiōē ei ppli adiuxit. Nā amici abner honoꝛē collatū moꝛtuo gratiſſime ſuſceperūt:ꝛ dō cuſtodē fidei crediderūt:ꝛ ꝙ oi dignitate:ꝛ rebꝰ ſolēnibꝰ eū tāquā ꝑentē ꝛ amicū colere potuiſſet:cui non vt inimico cōtumeliam fecerat:nec turpi eum:aut neglecte ſepulture tradiderit. Omnes ergo pꝛo optima ꝛ mitiſſima regis natura letabantur vnoquoqꝫ credente talem futuram regis in ſe pꝛouidētiam:qualem eū in abner moꝛte videbant. In his ergo geſtis Dauid pꝛecipuam gloꝛiam habere videbatur. Unde factum eſt:vt nullus ſuſpicaretur:abner voluntate eius occiſum.

Locutus ergo ē ad populū: ꝙ ipī quidē tristitia nō fortuita ꝓuenisset: optimi viri morte sauciato nec ꝑua detrimēta fore hebreis: illi⁹ virtute ꝑuatis: qui eos cōsilijs optimis ꝛ virtute manuū cōtra hostium fortitudinē defendere potuisset. Sed deus inquit cui cura est rerum oim: nō huius sanguinē deserat indefensū. Ego noui ꝙ ioab ꝛ abysai sarine filijs nihil ꝑualeo facere: cum sint meipo potētiores: sed vicē eis reddat ꝓ hmōi ꝑsumptione diuinitas. Igitur hoc modo abner defunct⁹ ē. Ca. II.

Audiēs mortē eius saul fili⁹ hisboseth: nō leuiter est afflict⁹: cū fuisset cognato ꝑuatus: ꝛ qui ei causam regnādi ꝑbuerat: multūqꝫ condoluit: ꝛ mortē abner vehemēter ingemuit. Sed nec ipe multo tempore sup eū vixit: sed a filijs remmon: idest bana ꝛ reccbab passus insidias interemptus est. Isti enim cū essent genere beniamite in priori ordine cōstituti cogitauerūt: ꝙ si pimerēt hisboseth: maxima dona a rege dauid ꝛ principatū militie: aut aliud qōdam munus accipere mererētur: solūqꝫ eū reperientes meridie dormiētem: ꝛ neqꝫ pñtes esse custodes: neqꝫ puellam q̄ ianuas erat obseruare solita vigilātē: sed ꝛ ipam labore ꝛ opere cōsueto simul ꝛ estu in soporeꝫ fuisse cōuersam: ingressi domū: in qua saul fili⁹ dormiebat: occiderunt eum: eiusqꝫ caput abscidētes tota die iter egerunt ꝛ velut fugiētes eos quos leserāt: ꝛ festināntes ad euꝫ cui erāt sua bñficia prebituri: ac per eū adeptari securitatē: venerūt in hebron oñdentesqꝫ dauid caput hisboseth: cōmēdabant semetipsos quasi deuotos: ꝛ interfectores inimici ei⁹ ipērij. At ille nō sicut sperabāt eoꝝ scelere delectat⁹ ait. O pessimi viri ꝛ vltiōeꝫ repente suscepturi: nescitis ꝙ ego interfectoreꝫ saul pemi: qui eius mihi coronā aureā deportauit: licet ille rogatus hoc fecisset: ne saul ꝯprehēderēt hostes. An certe mutatū me: ꝛ nequaquā esse hmōi credidistis: sꝫ quasi letarer cuꝫ malignis hoībus: ꝛ munus crederē pessimas actiones interfectoꝝ ꝓprij dñi ꝛ necantiū in suo lectulo virū iustum qui nihil opatus est mali: ꝛ vosipsos multa ꝓuidētia ꝛ honore glorificauit. Quaꝓpter illi quidē nunc debetis penas: a me excipiētes digna supplicia: qui putastis me libenter mortē illi⁹ habiturū. Non eni aliter gloriam meaꝫ fedare potuistis: q̄ꝫ vt me talia velle crederetis. Cūqꝫ dixisset hec: omni eos tormēto puniri iussit: caput vero hisboseth in tumulo abner honore maximo sepeliuit. His igit̄ finitis: venerunt omnes maiores natu hebreoꝝ ad dauid in hebron: ꝛ millenarij ꝛ duces eorum: tradiderūtqꝫ semetipsos: deuotiōeꝫ quā circa eum adhuc viuēte saul habuerāt recordantes: pariter ꝛ honoreꝫ quē ei cū esset millenari⁹ ꝑbuissent: necnō ꝛ quō p samuelē ꝓphetā a deo rex fuerat ordinatus ꝛ quō hebreoꝝ ꝓuintiā eius dimicatiōe cōtra palestinos habita: de⁹ liberari cōcesserit. Ille vero hūc fauorē gratie suscipiēs: rogauit vt in hac voluntate ꝑsisterent: nec eos huius rei causa peniteret. His ergo cōuiuijs opulentissime sagi natis: misit vt oēm populū vndiqꝫ conuocarēt. Et cōgregati sunt ex tribu quidem iuda: quasi sex milia octingenti ferētes arma: ꝛ scuta: ꝛ lanceas: isti nāqꝫ saul filio ministrabāt: quibus ꝑtermissis: tribus iuda regē fecit dauid: ex tribu aūt symeon: septē milia centū: ex tribu leui: quatuor milia septingēti: habētes principē iudā: cum quib⁹ erat princeps sacerdotū sadoch: cū viginti ꝛ duobus cognatis ꝛ ducibus: de tribu aūt beniamin: armati quatuor milia: hec eni tribus adhuc sustinebat: credēs quēquaꝫ de saul genere regnaturū: de tribu aūt effrem viginti milia ꝛ octingenti: potētissimi: ꝛ summo robore ꝑcellentes: de dimidia vero tribu manassen: sedecim ꝛ octo milia: de tribu aūt isacbar ducēti quidē ꝑnoscētes futura: armati vero viginti milia: de tribu aūt zabulon armati electi: quinquaginta milia: hec eniꝫ tribus sola ad dauid tota cōuenit: isti siquidē eadem arma habuerāt que ꝛ trib⁹ gad: ex tribu auteꝫ neptalim: viri insignes ꝛ princeps mille armis vtētes: scuto simul ꝛ lancea: quos sequebat̄ tribus sua: q̄ numero ꝯphēdi non poterat: ex tribu aūt dan: electi vigiti septē milia sexcenti: ex tribu azer quadraginta milia: ex duabus aūt tribubus: ꝛ media manasses: que trans iordanen

habitabant:armati scutis:⁊ lanceis:⁊ cassibus:⁊ loricis:⁊ gladijs:centum viginti milia:sed ⁊ reliq̄ue tribus gladijs vtebantur. Hec itaqꝫ multitudo cōgregata ē ad dauid in hebron:cum multo apparatu panis ⁊ vini:⁊ oīm que ad cibū ꝑtinere noscunt̄: ⁊ vno decreto dauid confirmauere imperium. Cumqꝫ tribꝰ diebꝰ festiuitatem populꝰ celebrasset:⁊ in hebron epulas habuisset:exurgens exinde dauid cū oībꝰ venit in hierosolymā.

Capitulum tertium

Iebuzeis aūt habitātibus ciuitatē:qui erāt ex genere chananeoꝝ: ⁊ claudētibꝰ ei portas:cecos aspectu:⁊ claudos:oēsqꝫ leprosos:ad derisiōem regis constituentibus sup̱ murū ⁊ dicētibꝰ:ꝙ ꝓhiberēt eū ceci ingredi ciuitatē:q̄ agebant despicientes eū ꝓxima munitiōe muroꝝ:iratus rex:hierosolymā obsidere cepit:⁊ m̄lto studio ⁊ labore conari:vt eā caperet:quatenꝰ in ipso principatꝰ initio suā fortitudinē demonstraret. Interminatꝰ itaqꝫ ⁊ ipsis:⁊ alijs siqui forte haberent aduersus eū resistēdi conamen:inferiorē ciuitatē magna virtute cepit. Cūqꝫ adhuc arcē obtinere nō posset:cepit honores ⁊ munera ꝓmittēdo rex pronꝰ ad opus bellicuꝫ cōmilitones ꝓuocare: vt quicunqꝫ p̱ subiectos colles in arcem cōscenderet:eāqꝫ caperet:principatū militie totius populi possideret. Cunctis itaqꝫ cōscendere festināribus:⁊ nullo labore ꝓ muneris ꝓmissi retributiōe tardantibꝰ:sarine filiꝰ ioab p̄uenit vniuersos:⁊ ascēdēs in cacumine:clamauit ad regē:exigēs militie p̄ncipatum. Expulsis itaqꝫ rex de summa arce iebuzeis:⁊ reedificās ciuitatē:eam hierosolymā nūcupauit: ⁊ omni tempore in ea sui habitauit imperij. Tempꝰ aūt quo super tribum iuda habuit principatū in hebron fuerunt āni septem:⁊ menses sex. Cunqꝫ regnū suū cōstituisset hierosolymis:rebꝰ potius clarioribus vtebat̄:deo semper ei meliora ꝓuidente:⁊ gloriā eiꝰ latius ampliante

Inter hec autem misit ad eum yram rex tyri:⁊ amicicias cum eo societatemqꝫ firmauit:misitqꝫ ei etiā dona:idest ligna cedrina:⁊ artifices viros:fabros lignarios: ⁊ instructores:qui regiā domū in hierosolymis cōstruxerūt. Dauid āt sup̱iorē muniēs ciuitatem:eiqꝫ copulans arcem:vnū vndiqꝫ corpus effecit: ⁊ cūcta muro circundedit sup̱ opus autem muroꝝ cōstituit esse ioab Primus itaqꝫ dauid iebuzeis expulsis hāc ciuitatē hierosolymā nūcupauit. Nā sub abraā nr̄o p̱ente solima vocabat̄. Quidā vero dicunt:⁊ ꝙ homerꝰ poeta hierosolymā nūcupauit. Hierō eni hebrea lingua munitio est. Fuit āt hec extranea ab hebreis oē tempꝰ:ab illo quo iesus princeps israelitarū contra chananeos pugnauit eisqꝫ deuictis:terras eoꝝ diuisit hebreis: preter hierosolymā:vn̄ nō potuerūt israelite expellere chananeos: vsqꝫ duꝫ eos dauid obsedisset:annoꝝ quingentoꝝ quindecim. Faciā memoriā cuiusdā noīe ofni:viri quideꝫ inter iebuzeos valde locupletis:qui tn̄ in possessiōe hirl'imoꝝ nō fuerit interfectꝰ a dauid:ꝓpter fauorē quē habuerat apud hebreos:⁊ qōdā bn̄ficiū vel studiū qō etiā circa ip̄m regē on̄disse videbat̄ q̄ tn̄ post paululū oportunius declarabo. Accepit antē dauid extra eas quas hūit:alias vxores:⁊ ꝯcubinas:⁊ filios genuit numero nouem quos etiā noīauit:amnā:elluneban:Natbā:Salomonē:iebar:Helieb: Falna:ina fininbas:Hellifal:necnō ⁊ filiā Thamar:quoꝝ nouē q̄dē ex generosis feīs erāt nati:duo vero quos vltimos noīauimꝰ:de cōcubinis. Porro thamar cōsanguinea fuit abessalon.

Caplm quartum.

Cognoscētes itaqꝫ palestini regē dauid factū ab hebreis:venerūt sup̱ eū in hierosolymā:⁊ app̄hēdētes ꝯuallē q̄ vocat̄ gigātū:ē ei locꝰ n̄ ꝓcul ab vrbe:illic castra posuerūt. Rex āt iudeoꝝ:quō nihil absqꝫ ꝓphia deiqꝫ iussiōe faciebat:volēs eius volūtatē agnoscere:⁊ velut astipulatorē eū habere:p̄cepit principi sacerdotū:vt q̄d deo placeret:⁊ qualis terminus foret in hoc bello cōsulto prediceret. Quo ꝓphetāte victoriam:contra palestinos eduxit exercitum:⁊ habita pugne congressione: ipse post tergum irruens super hostes: alios robore magne virtutis occidit: alios effugauit.

hierosolyma dicit
quid significat hieron
lingua ebrea.
orne

Nemo tamē credat modicū venisse palestinorū exercitū super hebreos: eo q hostes fuerit sic facillime supati: et aut nihil aut nō forte dignum aliqd memoria fecerint: sed cuncti sciant oēm syriā: et vniuersaz fenicē: et sup hec alias multas: et pugnaces gētes fuisse cū eis hac dimicatiōe cōes. Cui⁹ rei hoc maximū erit inditiū: q: cū sepi⁹ iā palestini deuicti fuissent: et de suo exercitu multa milia pdidissent: sine dubio cū maiori veniebāt virtute sup hebreos. Deniqz et hoc plio victi: denuo cū triplici manu sup dauid venerūt: et in eo loco castra posuerūt. Quo facto: rursus israelitaꝝ rex cōsuluit deuz de plio huius euētu: pphetauitqz sacerdos: vt in silua que vocat planct⁹: retineret exercitum: erāt aūt non pcul ab hostib⁹: et nec pmit⁹ se moueret: nec incipet dimicare: donec arbores vento flante mouerent. Cū vero silua pcussa fuisset: et tēp⁹ qd ei pdixerat de⁹ aduenisset in nullo morat⁹: egressus est: quasi iā ad pparatam certāqz victoriā. Cuius ipetū nō potuit multitudo hostiū sustinere: sed mox: ad pmā pgressiōem in fugā puersos: passim psequendo pstrauit. quos etiā psecut⁹ est vsqz ad ciuitatē gazaihenā: q eorū terminat regiōez. Diripuit aūt eoꝝ castra: in quib⁹ multas diuitias pperit et deos eorum simul exterminauit. Hoc igit bello hmōi qlitate finito: placuit dauid habito cōcilio cū seniorib⁹: et principib⁹: et millenariis: vt ex oi puintia: et ex oib⁹ tribubus cunctā iuuētutem ad se faceret euocari: deinde sacerdotes atqz leuitas: et euntes in cariathiarim: arcā dei exinde in hierosolymā deducerēt: et culturā ei debitā exhiberent sacrificiis et honoribus: quib⁹ mos est placari diuinitatē: qd si regnāte adhuc saul egissent: nihil mali poterāt sustinere. Igit oi populo pgregato sicuti tractauerāt: venit etiā rex ad arcam. Quā portantes de domo āminadab sacerdotes: et iponentes super vehiculum nouū: eā ducere fratres suos ac filios cū bobus pmiserūt. Rex aūt pcedebat arcam: et cuz eo ppls vniuersus: ymnū dicētes deo: et totius puintie modulatione cantantes: cū vario sono pcussionū: et diuerse saltatiōis ingenio: necnō et psalmis: et tubis simul et cimbalis: arcā deducētes in hierosolymam. Et cū venissent ad quendam locū: qui vocat area chedon: accedēs ad arcā oza: ira dei repēte pcussus est Nā cum boues declinassent arcā: extendēs ille manū suā et volēs eā retinere cuz sacerdos non esset: quō eā attingere presumpsit: extinctus est. Et rex quidē: et populus vniuersus: in morte eius affligebant. Locus aūt in quo defunct⁹ est: ozie cōcisio hacte nus appellat. Metuēs aūt dauid et cogitās: ne forte hoc pateretur ipse: si apud se susciperet arcā in ciuitate qd oza ptulerat: qui eo q solūmō manū ad eā protenderat: ita videbatur extinctus: arcā quidē non suscepit ad semetipm in ciuitate: sed pcepit: vt in agro viri cuiusdam: nomine obidam genere leuite reconderetur: que tribus mensibus ibi mansit: domumqz obidam nimis amplificauit: cui deus per eam bona multa concessit. Audiens autem rex: quō hec prouenissent obidam: et ex priori paupertate et humilitate: opulentie magna vbertate polleret: ita vt zelum circa eū omnes inspicientes haberent: securus quia nihil pateretur mali: arcam ad suā regalem vrbem reportauit. Quam sacerdotes quidem deferebant: septem vero chori quos rex constituerat pcedebant. Ipse autem ludebat in cithara atqz plaudebat: ita vt etiam vxor eius michol saul filia primi regis: videns eum facientem talia derideret. Deferētes autez arcam: posuerunt in tabernaculo: quod ei dauid constituerat. Tunc immolauit hostias copiosas atqz pacificas. et omnē populum ad conuiuia conuocauit: ita vt et mulierib⁹ et viris: et puulis distribueret collaridas panis: et assaturā: et liganum frixum et partez immolationis. Cunqz populis huiusmodi epulas prebuisset: dimisit eos: ipse vero domum propriam venit. Cui dum astitisset filia saul michol vxor eius: pro aliis quidem rebus orauit deum: vt ei bona preberet: que ipse propitius conferre potuisset: culpauit vero illū: eo q tant⁹ rex ludēdo saltatiōibus aū seruos et famulas fuissz turpiter renudat⁹. Cui dauid rńdit: non se vereri facere: q deo placerēt q vtiqz eū preposuisset

recuperatio arche pp David

ꝛ patri eius: ꝛ ceteris: ꝛ ludere sepius ꝛ saltare: ꝛ nihil quod famulis ei⁹ vel ei turpe videretur attendere. Hec itaque michol ex dauid quidem filios minime procreauit: iuncta vero ei cui illā pater su⁹ tradiderat dauid abrepta: quinq₃ filios genuerat de q̄b⁹ loco ꝓprio declarabim⁹. Uidēs aūt rex pene quotidie dei volūtate sua negotia ꝓmoueri: delinquere se putauit: si ipse quidē habitaret in domib⁹ cedrinis ꝛ excelsis: ꝛ optima ꝯstructiōe decoratis: arcā₃ vero dei in tabernaculo despicere commorari. Ob quā rem voluit tēplū edificare deo: sicuti p̄dixerat moyses. De quib⁹ reb⁹ cū locutus fuiss₃ nathā ꝓphete: ad faciēdū op⁹ aggressus est: tanquā de⁹ ei in oībus cooperator existeret. Et cū haberet iā p̄paratā ad fabricā tēpli materiā: illa nocte de⁹ nathā ꝓphetā₃ visitauit in somnis p̄cipiēs: vt dauid diceret q₂ volūtatē quidē eius ꝛ desideriū approbaret: cū null⁹ p̄mit⁹ cogitasset ei templū edificare: ꝛ ipi quidē h̄nti hui⁹modi volūtatē nō cōcedi ꝯstruere tēplū: eo ꝙ m̄ltis p̄lus decertādo eēt hostiū sanguine maculat⁹: p⁹ mortē vero ei⁹ lōga senectute suscipiēdā faciēdū tēplu₃ salomoni ei⁹ filio q ei foret successur⁹ in regno: cuiq₃ se ita ꝓspicere sicut pater filio cōpromisit: ꝛ regnū quidē filiorū ꝛ nepotib⁹ seruaturū ꝛ traditurū: ipm̄ vero si delinqueret: lāguore terre sterilitate puniēdū. Hec ergo audiēs a ꝓpheta dauid: ꝛ let⁹ effect⁹: in eo ꝙ suis nepotib⁹ regnū seruaturū fore cognosceret: ꝛ q₂ firmissime ei⁹ dom⁹ clarior foret: repēte venit ad arcā₃ ꝛ ꝓstratus in facie sua: adorauit deū: ꝛ ex oībus grās egit: tā ꝓ his: q̄ ipi iā p̄stiterat: ꝛ ex humili ac paupere tāta regni magnitudine sublimarat ꝛ ad glorie culmē euexerat: quā ꝓ regno ei⁹ nepotib⁹ ꝯpromisso necnō ꝛ ꝓpter ꝓuidētiā quā hebreis: ꝛ cor₂ libertati ꝯtulerat. Hec cū dixisset: ꝛ deū laudasset abscessit. Capl'm. V.

Intermisso siquidē pauco tēpore: cogitauit vt bellū palestinis inferret: ne vllā₃ pigritiā aut desidiā generari suis rebus inspiceret: ꝛ sicut ei p̄dixerat de⁹ subuersis hostib⁹: in pace decetero relinq̄ret posteris suis iperiū: ꝛ cōuocato rursus exercitu denūciās vt esset bello parat⁹: cūctis rite dispositis: surgēs de hierosolymis: venit ad palestinos. Quos dum bello vicisset: ꝛ multā ꝓuintiā₃ tenuisset: adiecissetq₃ terminis hebreo₂: bellū cōuertit ad moabitas: ꝛ duas quidē p̄tes eo₂ exercit⁹ victas dimicādo cōsūpsit: reliquos aūt captiuos accipiēs: ꝛ annua tributa eis iponēs: rursus cōtra adrazarū filiū quidē arai: regē vero sophine cōuertit exercitū: de cui⁹ acie habita ꝯgressione circa eufraten fluuiū pedestriū quidē p̄emit quasi viginti milia: equestriū quinq₃ milia: cepitq₃ curr⁹ ei⁹: quo₂ plurimos incēdit: centū ꝯmmō reseruauit. Audiēs āt damasci syrie rex adadus: ꝙ dauid expugnasset adrazarū tāquā amic⁹ ad eius solatia cū maxio venit exercitu: cū sicut sperabat ab oppressiōe liberatur⁹: ꝛ cōgressus denuo apud eufratē contra dauid: bello deuict⁹ est. Ceciderūt enī₃ feriētib⁹ eos hebreis de exercitu adadi quasi viginti milia: reliqui vero in fugā versi sūt. Meminit aūt regꝫ ꝛ nicola⁹ in quinto historiarū libro sic dicēs. Post hec aūt trāsacto iā multo tēpore: q̄dā ꝓuintialiū noīe adadus: valde fortissimus in damasco ꝛ alia syria p̄ter phenicē imperauit: ꝛ habuit cōtra dauid iudee regē. Cūq₃ multis p̄lijs dimicasset: nouissime circa eufraten vict⁹ est: qui tūc optim⁹ regū robore ꝛ fortitudine videbat̄. Ad hec autem etiā liberos ei⁹ dicit q₂ p⁹ illi⁹ mortē suscipiebāt ab alterutris ꝛ regnū ꝛ nomē: his verbis. Siquidē illo moriēte: ei⁹ nepotes vsq₃ ad decimā generatiōem regnauerūt: singulis quibusq₃ a patre mox in ipo principio nomē accipiētib⁹: sicut in egypto ptolomei quorū₃ terti⁹ valde potens: ꝛ reparare volens aui perditione₃: bello illato iudeis: vastauit prouintiam: que modo samaria nuncupatur. Non est autem historiographus veritate priuatus. Is est vtiq₃ adadus: qui pugnauit in samaria: regnāte achab: apud hebreos: de quo post hec loco suo narrabimus. Igitur dauid castrametatus ad damascū: oēm reliquā syrie regiōem sue ditioni subiecit: ꝛ munitiōes i ꝓuintia vniuersa ꝯstituēs: tributaq₃ eos iferre decernēs: euersus ē: aureāq₃ pharetras ꝛ arma diuersa

q̄ custodes corpis adadi gerebāt: deo dicauit in hierosolymis: q̄ postea egyptiorū rex sesach dū pugnasset cōtra eius nepotē roboā cepit: & multas alias ex hierosolymis se cū diuitias ad ꝓpria deportabat. Hec itaqꝫ dū in loco ꝓprio venerimꝰ: singula queqꝫ narrabimꝰ. Rex igit̄ hebreorū deo sibimet cooperāte: & oīa bella subdēte: etiā ꝯtra alias adrazari regis ciuitates castrametatꝰ est: idest bachā & machoneas quas capiēs magna virtute vastauit. Inuētū ergo i eis ē aurū multū: necnō & argētū: isup & es: qđ auro meliꝰ eē dicebāt ex quo etiā salomon illud magnū vas qđ mare vocabat̄ effecit: optimos cantharos: cū deo tēplū edificasset. Cūqꝫ rex emathenꝰ audissꝫ adrazar & eius exercitū fuisse vastatum: metuēs ne dauid sup eū quoqꝫ veniret: amicicijs & fide eū voluit obligare: misitqꝫ ad eū adarā filiū suū: egitqꝫ grās ꝙ iimicꝰ eiꝰ adazar fuerit expugnatꝰ: vtqꝫ societatē cū eo & amicicias faceret exorauit. Cui etiā magna munera direxit: idest vasa antiqua opatiōe facta aurea & argētea simul & erea. Dauid autē facto federe cū thou rege emathenō: eiusqꝫ dona suscipiēs: filiū ipsius cū honore ꝯpetenti vtriusqꝫ dimisit: ea vero que ab illo fuerāt destinata: & aurū aliud & argētuꝫ qđ de ciuitatibus diuersis & gētibꝰ habuerat subiugatis: secū portās dicauit deo. Non autē ipsi solūmō dimicāti: & exercitū ꝓducēti victoriā cōtulit deus: sꝫ etiā misisset abessa fratrem ioab cū magna manu in idumeā: p illū quoqꝫ victoriā ei ꝯcessit: idumeorū quoqꝫ decē & octo milia viros abisai dimicādo pemit. Tūc eni oēm idumeā rex in sua ditione pcipiēs tributa ꝓ terra & ꝓ vniuscuiusqꝫ capite ab eis accipiebat. Erat āt & naturaliter iustꝰ: & iudiciorū cōtēplatiōe ꝑissimus. Principē vero totiꝰ exercitꝰ habuit ioab: ad cōscriptiōes aūt gestorū iosaphat filiū agilud. Instituit aūt de domo finees pncipē sacerdotū abiathar: qui eius amicꝰ erat: scribā vero fecit saraiam banaie aūt filio ioiade custodiēdorū corporū pbuit pncipatū. Seniores āt filij eius circa corpꝰ & eiꝰ custodiam erāt. Recordatꝰ aūt est etiā federis: & iurisiurādi qđ habuerat cuꝫ ionatha filio saul: & amiciciarū atqꝫ studij illiꝰ oblitꝰ nō ē. Nā inter alia bona memor etiā erat eorū: qui ei pterito tpe bn̄ficia pbuissent. Precepit ergo requiri: si aliqs de saul genere supesset: cui retributiōis debitū ꝓ ionathe amicicijs repensaret. Et cum quidā fuissꝫ adductus de domo saul qui potuisset scire siqs adhuc genere supesset: interrogauit eū: si aliqu ē nosset viuere de cognatiōe ionathe: vt ꝓ bn̄ficijs illiꝰ ei sua munera repensaret Qui rn̄dit relictū eiꝰ eē filiū: noie mēphibos: vestigijs claudicātē. Is eni dū pater eiꝰ & auus nunciati fuissent in bello cecidisse: a nutrice sua raptus: & ea fugiēte lapsus eiꝰ ex humeris: gressus valde vexauerat. Dūqꝫ ꝯgnouisset: vbi vel apud quē nutriret̄: misit ad machir in ciuitatē lodabar: apud quē ionathe filiꝰ alebat̄. Quo facto: veit mēphibos ad regē: & ꝓstratꝰ in faciē adorauit eū. Dauid aūt iussit eum habere fiduciā: & sperare meliora: deditqꝫ ei domū paternā: & oēm sbstātiā: quā saul auꝰ eiꝰ habuerat: fecitqꝫ eū cōuiuā suū: pcipiēs: vt i illo die ab eiꝰ mēsa recederet. Cūqꝫ puer adorasset: & retulisset grās ꝓ verbis pariter & ꝓ donis: vocauit dauid siba: dicēs: paternā se domum & oēm saul substātiā ionathe filio cōdonasse. Illi vero pcepit: vt oparet̄ terrā: & collectos redditꝰ vniuersos i hierosolymā deportaret: atqꝫ quotidie ad mēsam regis deduceret̄ puer: ipmqꝫ sibā & filios eiꝰ numero qndeci: & famulos numero vigīt mēphibos filio ionathe donauit. Hec itaqꝫ ꝯstituēte rege: siba famulꝰ adorās: & cūcta se ꝓmitiēs facturū eē discessit. Ionathe ergo filiꝰ in hierosolyma habitauit: habēs cū rege cōuiuiū: cui oēs diligētia veluti filio regis exhibebat̄. Habuit v̄o & filiū quē appellauit michā. Ergo qui relicti fuerāt de genere saul & ionathe hunc honorē apud dauid habuisse noscuntur

Caplm. VI.

Illo itaqꝫ tempore naas amico dauid āmonitarū rege defūcto: eiqꝫ filio in regno succedēte: misit dauid ut eū cōsolaretur: mortē patris leuiter ferre monēs: atqꝫ i amicicia quā cū patre eius habuerat pmaneret. Qđ pricipes ammonitarū mala volū

dauid hauid ... beneficia [handwritten marginal note]

tate: ꝛ nō secūdū dauid cōsiliū susceperūt: exacuerūtqꝫ regem suū: dicentes: exploratores misisse dauid qui eoꝝ ꝓuinciam ꝛ exercitum clementie occasione cognoscerent ꝛ cauenda eorū colloquia suaserūt: ne incaute periculuꝫ alicui⁹ calamitatis incurrerēt. Hec itaqꝫ credens bene tractasse suos iudices ammonitaꝝ rex: legatos qui a dauid missi fuerāt: grauissimis affecit iniurijs. Radēs eni medietatē barbe eoꝝ: ꝛ vestiū eorū medietatē abscidēs: relaturos opibus ꝛ non verbis dira responsa dimisit. Rex aūt israelitarū hec cognoscēs indignat⁹ ē: ꝛ iniuriā factā sibi nequaquā despiciēs: contra ammonitas pauit bellū: vt cōtumeliā que fuerat legatis suis imposita: regis piculum vindicaret. Porro necessarij regis āmonitaꝝ ꝛ principes vidētes qꝫ federa disrupiscent: ꝛ penas pro tali p̄sūptiōe luere deberēt: semetipsos ad prelia p̄parabant. Tum vero mittētes ad syrū mesopotamie regē mille talenta: sociū eum sub hac mercede fieri poposcerūt. Habebat autem iste rex pedestriū viginti milia. Cōduxerunt aūt ꝛ regē ꝓuītie maacha: ꝛ quartū noīe abistob. Sed ꝛ isti habebāt duodecim milia armatoꝝ. Dauid aūt nō expauit: neqꝫ horū solatiū: neqꝫ āmonitaꝝ exercitū: securus de deo qui iuste cōtra eos erat ꝑ hmōi iniuria pugnatur⁹. Et cū dedisset ioab principi militie florē toti⁹ exercit⁹ misit eū cōtra illos ad preliū. Qui circa metropolim ammonitaꝝ charan achan veniens castra fixit. Igit̄ hostib⁹ egrediētib⁹: ꝛ aciē nō simul: sed in duas ptes disponētib⁹: quoꝝ auxiliatoꝝ quidē man⁹ in campo curio constituta esse videbat̄: ammonitarū aūt exercit⁹ circa portas aduersus hebreos: vidēs hoc ioab cōtraria molitione tractauit: ꝛ fortissimos quidē viros eligēs: se opposuit syro: ꝛ regibus qui cū eo erāt: reliquā vero partē fratri suo abisai tradidit: vt cōtra ammonitaruꝫ aciē dimicaret: dicens: vt si videret syros sibi ꝛ p̄ualere ꝛ fortiores esse: acie conuersa ferret ei solacia: si antem illū ammonite cōprimerēt: ipse eū similiter adiuuaret. Cūqꝫ inuitasset fratrē: atqꝫ rogasset: vt magnanimiter ꝛ fiducialiter ageret vniuersa: ꝛ graueꝫ verecūdiā metuēs decertaret: illū quidē cum āmonitis pugnatuꝝ dimisit: ipe autē syros aggressus est. Qui primo quidē fortiter restiterūt: multos tn̄ eoꝝ pemit ioab: omnes autem ꝯuertit in fugā. Qd̄ vidētes ammonite: metuēsqꝫ abisai ꝛ eius exercitū nō restiterūt: ac suos imitati: in ciuitatē repente fugierunt. Hostib⁹ ergo ita deuictis ioab ad regē cū claro triūpho in hierosolymā remeauit. Hec ergo deuictio non p̄suasit āmonitas: vt a bello qescerēt: neqꝫ dū cognoscerēt dauid victorē a pl̄ijs abstinuerūt: sꝫ mittētes ad regē syroꝝ adadezer trās eufratē: eū ad solatiū ꝯduxerūt: q habebat qui deci p̄ncipes militie sabbatoꝝ: pedestriū vero octogintamilia: ꝛ equitū mille. Cognoscēs āt rex hebreoꝝ rursus āmonitas tantū supra se exercitū ꝯgregasse: nō iā aduers⁹ eos p duces suos pugnare decreuit: sed ipse cū omni virtute trāsiēs iordanē fluuiū eis occurrit: ꝛ ꝯgressus i pugna vicit egregie: ꝛ iterfecit milia pedestriū quadragita: eqtuꝫ v̄o vsqꝫ septingētos. Prostrauit aūt in acie principē militie chadā noīe sobach: cum quo vulnere mortu⁹ esse nosciť. Mesopotamie vero dū pugna fuissꝫ h̄ mō terminata tradiderūt se dauid: ꝛ dona miserūt ei. Et ille quidē sol⁹ ē reuers⁹ i hierosolymā. Cuꝫ āt ver icboassꝫ: misit dauid p̄ncipē militie ioab: vt cū āmonitaruꝫ gēte pugnaret. Ille v̄o ꝓficiscēs: oēꝫ eoꝝ depopulat⁹ ē regiōeꝫ: ꝛ ip̄os i metropoli rabath clausos obsedit

Ca. VII.

C Ontigit igiť ea tēpestate dauid pessimū viciū: cū eēt natura iust⁹: atqꝫ religios⁹ ꝛ patrias leges magna v̄tute seruaret. Is eni dū hora meridiana iam ad vesperā d̄clinātē: in supiora r̄galia solito more deābularet: vidit mulierculā sp̄ē valde pulcherrimā. ꝛ cūctis feīs p̄ponēdā i domo ꝓpria aqua frigida se lauārē: noīe bethsabee. Cui⁹ mulieris pulchritudine stupēs: ꝯcupiscētiā retinere nō potuit. Quā dū vocari fecisset: cum ea concubuit. Que concipiens: misit ad regem: ꝛ vt cogitaret insinuauit: quatenus commissum scelus potuisset abscondi ne secundum leges patrias moreretur adultera. Dauid autem virum eius nomine vriam qui erat ioab armiger.

quibꝫ iniurijs Rex ammonitaꝝ affecerit legatos Regis Dauid ad eum missos.

Adulteriū Regis Dauid cōmissuꝫ cū bethsabee vxore vrie qui erat ioab armiger

de obsessiōe bellica fecit euocari. Quo veniēte: de exercitu ac de obsessiōe requirebat.
Illo autē referente oia ei ꝓspere ꝑuenire: tollens epulas de suo cōuiuio dedit ei: iussit
qȝ vt pergēs ad suam cōiugem: in eius recūberet amplexibus. Vrias aūt hoc quidē
nō fecit: dormitauit aūt inter alios armigeros regis. Quod dū cognouisset rex: requi
siuit: cur post tantum temp⁹ ꝓpriā nō venisset ad domū: nec ad vxorē: dum oēs de pe
regrinatiōe remeantes: hāc habeāt volūtatē. Cui respōdit: nō esse iustum vt dū comi
litones eius: ꝛ dux in terra castroꝝ ꝛ in hostium regiōe dormitarēt: ipse cū vxore ꝓpa
requiesceret: ꝛ epulis indulgeret. Et cum hec ille dixisset: ꝑcepit: vt illa die ibi mane
ret: altera vero die ꝑgere dimitteret ad ducē. Vocatus ergo rursus ad cenā vrias a
rege: ꝛ ad ebrietatē vsqȝ ꝑduct⁹: inuitāte eo studio se rege frequēter ad copulā: nihilo
minus iterū dormiuit ad ianuas regis: nullo desiderio concitat⁹ vxoris. Quo facto: ni
mie rex ꝯtristatus: scripsit ioab vriā quasi in eo deliquerit ꝑcipiēs puniēdū. Significa
uit etiā vltiōis modū: ne fieret ipe in suo scelere manifestus dicēs: vt ꝑte qua eēt hostiū
grauis manus: ꝛ posset pugnando ꝑiculum sustinere: ibi eum poneret: ꝛ cōmisso ꝑlio
iuberet cunctos ab eo recedere: vt sol⁹ in mortis ꝑiculo remaneret. Et cū hec scripsis
set: ꝛ suo signaculo munisset: epl'am ioab deferēdā dedit vrie. Ioab aūt litteras su
scipiēs: ꝛ volūtatē regis agnoscens: ad locū vbi hostes nouerat fortiter imminere vriā
cōstituit. Dedit itaqȝ ei quosdam milium optimoꝝ: seqȝ dixit oim virtuti solatia ꝑbi
turum: si forte possent ꝑtē muri deiicere: ꝛ ad interna ciuitatis intrare. Quē petit: vt cū
esset miles valde fortissimus: ꝛ haberet grām apud regē ꝛ oēm exercitū: ad hoc non
dedignaret ad hostiū incursiōeȝ accedere: sed potius huiusmodi res agere ꝯgauderet
Cūqȝ vrias fiducialiter accessisset: ioab seorsuȝ cū eo pugnaturis dixit: vt eum solū fa
cta hostiū incursiōe desererēt. Hebreis igit ad ciuitatē accedētib⁹: ammonite metuen
tes: ne illo loco vbi vrias ꝯstitut⁹ erat veniētes inimici muros ciuitatis ascēderent: eli
gentes fortissimos viros: ꝛ repente portas aperiētes magno cursu ꝛ impetu inimicos
aggressi sūt. Quod dū vidissent: oēs qui erāt cum vria sicut eis ꝑdixerat ioab recessere
post tergū. Vrias aūt dum confunderet fugere: aciēqȝ deserere: sustinuit hostem: ꝛ im
petū eorum sua viuacitate suscipiēs: ꝑemit quidē nō paucos. Circūdatus aūt ꝛ capt⁹
in medio vulneratus interiit: cū quo etiaȝ quidam alii de sociis sunt extincti. His
ita gestis: nuncios ioab misit ad regē: ꝑcipiēs eis vt dicerēt: q studuissent quidē cape
ciuitatē: ꝛ cū accessissent ad murū: multis ibi cadētib⁹ abscessissent: ꝛ siquidē irascere
tur: vrie mortē ꝑiter indicarēt. Hec igit audiēte rege: ꝛ grauiter ferēte: ꝛ dicēte eos
icaute fecisse: vt ad muꝝ vrbis accederēt: cū magis deberēt ꝑ cuniculos aut alias ma
chinatiōes cape ciuitatē: dū vtiqȝ exēplū haberēt filii gedeon abimelech: qui dum tur
rim thebes expugnare vellet: violēter a sene muliere petra ꝑcussus ꝓbaretur extinct⁹
et cum esset vir fortissimus: propter difficultatem rei turpiter sit ꝑemptus: qua memo
ria oportuisset eos muros hostium non adire: cum sit optimū apđ oēs: ut ea que gerū
tur in preliis seu bene seu male: memoria teneantur: quatenus alia qdem imitāda sint
alia fugienda. Cumqȝ hesitasset rex: et de casu bellico cogitaret: vrie morte a nunciis
indicata: repente ab indignatione cessauit. iussitqȝ ut reuertentes ioab dicerent: huma
num esse qđ contigit ꝛ bella huiusmodi semꝑ habere naturā mutabilem: ut aliquādo
quidē inimici suꝑiores sint: aliqñ vero subiecti: decetero đo i obsidiōe ꝓuidēdū: ne de
nuo in aliq̄ ꝑte deliquerēt: sȝ vall' ꝛ molitiōib⁹ diuersis obsiderēt: ꝛ ꝑualētes ciuitatē
quideȝ omnino subuerterēt: ꝛ habitatores oēs ꝑiter trucidarēt. Nūcius itaqȝ ioab ea
que fuerāt a rege dicta portabat. Vxor autē vrie bethsabee mortē sui viri cognoscens
multis eum diebus fleuit. Quiescēte vero tristicia eius ꝛ lachrymis: mox eaȝ accepit
vxorē: ꝛ fili⁹ masculus ex ea ꝓcessit. Qual nuptias de⁹ nō libēter inspexit: sȝ irat⁹ ꝯtra
dauid: apparuit in somnis ꝓphete nathā: regem culpans in his que male cōmiserat.

...omō Dauid misit Vriaȝ necandū ab inimicis vt ipse potiretur adulterio betsabe vxoris sue.
...vrie mors et extinctio.
...omō Dauid in vxorē accepit betsabe post mortē vrie.

Nathan ergo cū eēt vir vrbanus ꝛ sapiens: ꝛ cogitaret q2 reges dū in iram incitā tur:amplius eam:ꝙ iusticie iura respiciunt:interminationes quidem dei tunc tacere decreuit:ꝛ alia viro verba vtilia loqui disposuit:ꝛ dicens ei huiusmodi cām : quid de ea sentiret:manifestum sibi fieri postulabat.Duo inquit viri in vna ciuitate degebant quorum vnus idoneus erat:ꝛ multos greges iumentoꝝ:boumqꝫ ꝛ ouiuꝫ possidebat alter pauperculus:qui vnam tm̄ agnam habebat quam cū suis filijs enutriebat: cum qua etiā cibis ꝓprijs vescebat:ꝛ ꝙ nō aliter:quā filiā diligebat. Cūqꝫ hospes venis set ad diuitē:nihil de suis pecudibus voluit occidere:vt epulas amico preberet:sꝫ mi sit ad agnam paupis:ꝛ eā sublatā:pegrino conuiuiū ministrauit. Hic itaqꝫ sermo ve hemēter cōmouit regem:malignūqꝫ ꝓnūciauit illum hominē corā nathan:qui talia p petrasset:ꝛ quadruplū dixit ꝓ agna iuste redditurꝫ:ꝛ sup hoc morte multandū. Na than aūt respondēs:aiit:ipm eē quē pati talia decreuisset:q2 opus malum valde cōmi serit:reuelauit ei:ꝛ apte manifestauit iram dei:qui eū regē cunctoꝝ fecerat hebreoꝝ:ꝛ omniū in circuitu gētium multaꝝ atqꝫ magnaꝝ cōstituerat dñm: ꝛ a manib9 saul an tea liberauerat:dederatqꝫ ei cōiuges:quib9 iuste fuerat ꝛ legaliter copulatus:sꝫ quia nūc eū spreuisset:ꝛ impie contēpsisset:eo ꝙ ꝛ alienā vxorem tulisset:ꝛ viꝝ eius necan dū hostibus tradidisset:deo eū penas exoluere:ꝛ vxores eius ab vno dicebat filio vio lētias sustinere:seqꝫ ipsum fore eius insidijs expellendū:ꝛ dū eius peccatum occulte fuisset gestū:illud cunctis vidētibus ageret:moriturūqꝫ piter ꝛ pueꝝ:qui ex ea eēt ꝓ creatus. In his ergo rege turbato:ꝛ valde ꝯfuso:ꝛ cū lachrymis ꝛ tristicia impie se gessisse ꝯfesso:erat eni deicola:vir qui nil oīno in sua vita pter in casu vxoris vrie de liquerat:misertus ē deus:ꝛ reconciliatus ei:seruaturꝝ se eius vitā:regnūqꝫ pollicitus est agēti penitētiam de his:que male gesta fuerant. Cūqꝫ nathan regi ꝓphetasset:do mi reuersus est. Pueꝝ vō qui de vxore vrie fuerat generatus:grauis diuinit9 lan guor inuasit. Pro quo rex nimis afflictus:cū a cibo septē diebus abstinuisset: adhor tantibus sepe famulis nō comedit:sed vestibus atris indut9:atqꝫ ꝓstratus in cilicio iacebat in pauimēto:ꝛ deo ꝓ salute pueri supplicabat:q2 valde eius matrem amabat

Septima ergo die puero moriēte:nō presumebant hoc regi famuli nunciare: cogi tantes:q2 si cognosceret:ꝛ a cibo ꝛ ab alia sui diligētia potius abstineret: tāꝙ in luctu filij cōstitutus:quippe cū eo languēte:talia per tristiciā ptulisset. Sentiens aūt rex famulos pturbari:ꝛ ea pati que precipue solēt aliquid celare volētibus ꝓuenire:intel ligens mortuum pueꝝ:ꝛ vocans vnū de famulis:ac veritatē audiens:repēte surrexit ꝛ lauit:ꝛ sumens candidā vestem:venit ad tabernaculum dei: iussitqꝫ cibos apponi: Quo facto:multus stupor eius cognatos:ꝛ famulos apprehendit:q2 cū nihil hoꝝ pu ero languēte fecisset:eo mortuo:simul hec oia celebraret. Cūqꝫ ab eo huius facti cām requirerent:asserens eos nimis indoctos:ait:adhuc quidē viuēte puero dū spem sa lutis eius haberet hec oia faciebat:credens p hec se placare diuinitatē: quo deficiēte vita:vana tristicia nihil ꝓdesset. Qd cū dixisset:regis sapiētiā laudauerunt. Post hec aūt ingressus est ad mulierem bethsabee. Que cōcipiens:masculum filium ꝓcre auit:quē iubēte nathan ꝓphetā salomon appellauit. Porro ioab ammonitas ob sessione fortiter affligebat:aquā eis auferens:ꝛ reꝝ ceteraꝝ vbertatē:multūqꝫ eos co gebat cibi ꝛ potus inopia laborare. Ex modico nanqꝫ puteo bibebant oēs:ꝛ licet il lis eēt fontis auxilium:ne tm̄ deficeret:nō eo largius vtebant. Quo facto scripsit hec regi significans:ꝛ rogās eū vt veniret ad ciuitatē:qtenus eius nomini victoriam desi gnaret. Qd cū scripsisset ioab:approbans rex eius voluntatē:ꝛ deuotionis fidē:sum pto secū exercitu:venit:vt rabath depopularet vrbē. Quā dū bellica lege cepisset:mi lites eā vastare pmisit:ipse vō tulit coronam regis ammonitaꝝ: habētē pondus auri talētum ꝛ lapides preciosos:ꝛ in medio sui sardonicem: quā semp dauid gestabat in

Nathan propheta ex

parabola seu co[m]paratio

Salamon conceptus et natus ex bethsabee et David

capite. Multa siquidē alia ⁊ preciosa spolia in ea cōperit ac rapuit ciuitate: viros aūt
eius tormētis affecit. Hoc itaqꝫ mō etiā āmonitaꝝ vrbes q̄s cepit euertit.

: al· domus

Euertēte igiť in hierosolymā rege: dn̄s eius turpi vicio ma- Ca. VIII.
culata est. Erat eni illi filia virgo: noīe thamar: pulchritudine valde p̄cipua: ita
vt oēs femīas speciosas euinceret. Huic frater erat absolon: ex vna genitrice ꝓcrea-
tus. Hanc ammō filioꝝ dauid senior ꝯcupiuit: ⁊ cū neqꝫ ꝓpter virginitatē eius: neqꝫ
ꝓpter custodiā suo potiri desiderio p̄ualeret: crudeli ꝑcussus vulnere carpebať. Dū
qꝫ eius corpus interiori languore tabesceret: ⁊ iam dolorē macies ꝑmutaret: innotuit
ionathe cuidā cognato eius ꝑiter ⁊ amico. Erat vir iste sapiens: ⁊ intellectu nimis a-
cutus. Uidens ergo quotidie ammon nō naturale corpus habentē: accedēs interro-
gauit vt ei cām rei huius ediceret: dicebatqꝫ arbitrari se hec illū amoris occasione ꝑ-
ferre. Cunqꝫ cōfessus fuisset ei ammō passiōꝫ suā: ⁊ qꝛ sororē suā cōsanguineā cōcu-
pisset: consiliū ei suū desideriū adipiscēdi hoc mō dedit: monēs vt egritudinē simula-
ret: ⁊ venientē ad se patreꝫ peteret: vt ei sororē exhiberet: vt cōpetens egrotāti ministe
rium destinaret: qđ si fieret: priuaretur citius languore. Ammō ergo ponēs semetip-
sum in lectulo ſm ionathe consiliū simulabat infirmitatē vt dū ad eum visitandū pa-
ter venisset: poposcisset sororem ei dirigere. Quā dum pater incūctanter iussisset addu
ci: ea veniente p̄cepit: vt ei manu sua faceret panes frixos: dicens suauiter se ex eius
manibus cōmessurum. Illa vō vidente fratre cōspersa farina faciens collіridas: eas

...d sit colirida sic

qꝫ frigens obtulit fratri. Et ille q̄dem nequaq̄ꝫ gustauit ex eis: sed iussit famulos vt
oēs a domo repellerēt: vt quasi facta quiete dormiret. Cunqꝫ famuli qđ iusserat im-
pleuissent: iussit sorori: vt ei cibū ad interiorē locū domus afferret. Qđ dū puella fecis
set app̄hendens eam: vt cum eo cōcuberet suadere tentauerat. Puella vō clamabat
dicens. Noli violentiā facere nec impietatē mihi frater inferre: noli leges transcende
re: ⁊ te iniquissima cōfusione misceri: sed quiesce a re tam iniusta: ⁊ ex celeratissimo de
siderio: ex quo obprobriū ⁊ turpitudo nostre domui ꝑpetua cōferať: adijciens: qꝛ si de
hac re loqueret pater cōiugiū eius nō denegaret ei. Et hec q̄dem dicebat: volens ad
p̄ns impetū eius petulantē declinare. At ille nō acquieuit: sed nimietate amoris illi⁹
inflammat⁹: ⁊ robore eius passionis valde ꝑplexus vim intulit ei. Quē repente odiū
post stuprū sororis inuasit: ⁊ iniuria ꝑpetrata: eam surgere ⁊ abire p̄cepit. Cunqꝫ illa
in hoc deteriorē ꝓclamaret iniuriā sibi irrogatā nec vsqꝫ ad noctē eam manere ꝑmit-
teret: repēte eaꝫ discedere iussit in die: vt etiā testimoniū sue cōfusiōis incurreret. Qua
resistēte iussit famulo vt eam ꝓrsus expelleret. Illa vō dolens iniuriā simul ⁊ violen
tiam: disrupto colobio quib⁹ antique v̄gines vtebanť: hn̄te manicas: ⁊ ad talos vsqꝫ
ꝓfusas: ne facile viderenť: ⁊ cinere asperso capite ibat ꝑ mediā ciuitatē: clamās ⁊ in
gemiscens violentiā sibimet irrogatā. Quā dum inuenisset frater absolon: requisiuit
qua causa ꝓueniente hoc ageret. Et cū factā sibi dixisset iniuriam: quiescere ⁊ medi-
ocriter ait ferre germanā: ⁊ iniuriam nō putare: q̄ corrupta esset a fratre. Cui dū satis-
factum fuisset clamare: ⁊ violentiā suā multis indicare cessauit: ⁊ multo tp̄e apud fra
trem absolon vidua tollerauit al's ꝑmansit. Quod dū cognouisset dauid doluit quidē
sed cū ammon seniorem filiū suū valde diligeret eū noluit cōtristare. Quem absolon
crudeliter abhorrebat: ⁊ latenter oportunū tempus vltionis delicti illius expectabat
Igitur secund⁹ iam annus corruptōis sororis eius excesserat: ⁊ cū greges suos tō
surus ascenderet in ciuitatem baasor: est aūt hec in sorte tribus effraim: rogauit patreꝫ
vt cū fratribus ad eius cōuiuiū cōueniret. Quo recusante: ne illi grauis videreť existe-
re vel fratres dirigi supplicauit. Quibus destinatis: iussit absolon famulis ꝓprijs vt
cū viderent ammon ebrietate dissolutū: illo annuēte interficerēt eū: nullūqꝫ metuerēt.
Quo facto fratres cunctos terror grauis ⁊ tumultus inuasit: ⁊ de se quoqꝫ singuli

colobium d sit +

boues.lxx.thauros centū:agnas ducētas. Populis vero ad epulas condonauit boues quidē sexcētos:reliquaq; pecora tria milia:ꝛ omnia quidē sacerdotes ꝯm legis consuetudinē complebant. In his itaq; rex delectatus epulabatur cum populo gratias agens deo. Instantē vero azimorum festiuitatem celebrantes id ē pascha alia decetero sacrificia diebus septē exhibuerunt. Populo vero preter illa que immolata sunt:donauit rex thauros quidē tria milia:pecudum diuersorum septē milia.

Idē autē fecerunt ꝛ principes:mille namq; thauros dederunt ei: ꝛ pecora mille ꝛ quadraginta. Et dū hoc mō a salomōis regis tēpore celebratio nō fuisset effecta: tunc primum splēdide ꝛ largissime probatur exhibita. Cumq; festiuitas fuisset impleta:egressi in prouinciaȝ purgauerunt eam:sed ꝛ ciuitatē ab ydolorum omniū pollutione mundauerunt. Constituitq; rex vt quotidiana sacrificia ex eius proprijs celebrarentur impēsis ꝯm legē:ꝛ sacerdotibus atq; leuitis dicatas dari a plebe decreuit primitias frugum:vt sēper circa religionē obseruarēt:ꝛ a dei cultura separari neqrēt ꝛ populus quidē offerebat oīs fructus:vt moris erat. Domus enim ꝛ cubicula rex edificans:singulis sacerdotibus distribuit ꝛ leuitis:eorumq; filijs ꝛ vxoribus: ꝛ ita ad antiquam dei culturam denuo sunt reuersi. Hec itaq; predicto modo rex statuens:bellum egit aduersus palestinos:eisq; deuictis tenuit omnes ciuitates hostiū a gaza vsq; in geth. Rex autē assyriorum mittens interminatus ē omnē se ei⁹ subuertere principatum:nisi tributa que pater eius dabat prius exolueret. Ezechias autē de interminationibus non curabat:securus de pietate dei ꝛ prophetia Esaye a quo futura omnia certissime cognoscebat. Et de hoc qdē rege hec i presenti dicta sufficiant

Capitulum.XV.

Salmanasar autē assyriorū rex:dum ei nunciatum fuissȝ: quia israelitaruȝ rex Osias latēter misisset ad Susam egyptiorum regē:petens ꝯtra eū ab eo solatia iratus castrametatus est in Samariam anno septimo regis Osie. Et dum eū rex suscipere noluisset:annis tribus obsidens Samariam:cepit eam nono quidem āno regni Osie:septimo Ezechie regis hierosolymorum:ꝛ israelitarum regnuȝ vehemēter exterminauit:ꝛ omnē populum transmigrauit in mediam ꝛ psid am. Inter quos ꝛ regem Osiam viuū cepit atq; migrauit:aliasq; gētes ex quodā loco nomine authi: qui ex flumine psico ita vocatur:in Samaria ꝛ israelitica regione constituit. Migrauerunt ergo decem tribus israelitarum de iudea post annos numero nongentos quadraginta ꝛ septem:a quo tēpore egrediētes ex egypto maiores eorum hanc tenuere prouinciam sub principe iesu:ex quo autē recedētes a roboam qui fuit ex genere dauid:regnum hieroboam tradiderunt:sicut ꝛ prius a me significatum est:anni tūc erant ducēti ꝛ quadraginta:ꝛ menses septē ꝛ dies septē. Hic ergo finis apprehendit israelitas transgrediētes leges:ꝛ prophetis non obediētes:qui eis hanc predixere calamitatē:nec ab impietatibus recedētes. Cepit autē malorum eorum causa fabricari:ex quo seditione facta circa roboam nepotem dauid hieroboam eius seruum fecerunt regem qui in deum peccando fecit eum vniuersis populis inimicum imitantib⁹ suum malum: Et ille quidem q̄ dignus erat exoluit penam. Rex autem assyriorum inuasit pugnando cunctam Syriam:ꝛ phenicem vniuersam. Nomē vero huius regis in archiuis tyri conscriptum est. Pugnauit is aduersus tyrum:cum in ea regnauit hylyseus. De quibus testatur ꝛ menander qui temporum facta conscripsit:ꝛ tyriorum antiquitatem in grecam linguam conuertens sic ait: Hylyseus nomine regnauit annis triginta ꝛ septem:hic recedentibus cetheis nauigans reduxit eos contra quos denuo Salmanasar assyriorum rex insurgens cunctam phenicem bellis inuasit. Qui facta pace cum omnibus post terga sua reuersus est. Recessit autem a tyro ciuitas sydon: ꝛ arce ꝛ antiqua tyrus:ꝛ multe alie simul vrbes: que

semetipsas assyriorum regi tradiderunt. Quapropter tyris non subiectis: denuo rex aduersus eos egressus e phenicibus exhibentibus ei naues septuaginta: et remiges octoginta. Contra quos tyri nauigantes cum duodecim nauibus dispersis hostium nauibus cepere captiuos viros quingetos. Unde honor tyriorum propter hec creuit eximie. Reuertens autem assyriorum rex disposuit custodiam super fluuium: et aque ductus ciuium: vt tyrios haurire pocula prohiberent. Et dum hec quinque annis fuisset factum: tulerunt de effossis puteis bibetes aquas. Hec itaque in archiuis tyrijs de salmanasar assyriorum rege conscripta sunt. Igitur dum fuissent in samaria transmigrati chuthei hoc enim vocabulo hactenus vtebantur: eo quod a prouincia persida: et a quodam flumine quod chuta vocatur migrati viderentur: singuli eorum secundum gente propriam deos in samariam portauerunt: erant autem quinque.

Et cum eos more proprio colerent: ad iracundiam et furorem deum maximum prouocarunt: venitque pestiletia sup eos: per quam corrupti: cum nullam malorum medicinam inuenire possent: deum maximum colere pro salute ceperunt. Mittentes itaque ad rege assyriorum legatos: supplicauerunt: vt sacerdotes eis ex captiuis israelitarum quos pugnando tenuerat destinaret. Quo mittete sacerdotes: leges et dei culturam eos edocuerunt. Et cum cepissent eum in summa deuotione venerari: pestiletia repete cessauit: et hactenus ipsas solenitates celebrare noscuntur. Hi siquide secundum eloquium hebreorum chutei secundum genus: grece autem samarite vocantur: et propter rerum motum sepati sunt: et quando vidert iudeos esse felices cognatos appellant: et quasi de ioseph nati videantur: et ex illo cum eis habeant societatis initium: quando vero deiectos vident: nequaquam eis deuotione aut genere communicare volunt: sed et trasmigratos et alienigeas semetipsos dicunt. Sed et de his quide oportunius dicemus.

HEc insunt in decimo libro iosephi historie iudaice antiquitatis. Ca.i.
Bellum regis assyriorum sennacherib contra hierosolymam: et Ezechie regis oppressio. Capitulum.ii.
Quemadmodum deperijt assyriorum exercitus vna nocte: et rex eorum domi reuersus filiorum insidijs interemptus est. Capitu.iii.
Quomodo Ezechias infirmatus vsque ad mortem quindecim annis adiectis sibi a dño superuixit cu pace deges postea defunctus reliquit successore regni manasse. Ca.iiii.
Quia castrametati contra eum chaldei et babilonij reges: et captum agetes duxerut in babyloniam: et multo tempore ibidem retinetes: remiserunt rursum eum in regnu et de iosia rege: quam religiosus et iustus fuerit: Capi.v.
Quo egyptiorum regem nechaon agentem exercitum contra babylonios: et per iudeam iter faciete prohibuit rex iosias: pugnaque commissa vulneratus reductus in hierosolymam defunctus e: cuius filiu ioachaz rege hierosolymite fecerunt. Capi.vi.
Quemadmodum congressus e nechaon contra babylonie rege circa eufrate fluuium et reuertes in egyptum: vocatum ad se ioacham rege hierosolymorum filium Iosie vinctum duxit in egyptum: fratrem vero eius Elyachim in hierosolymis constituit rege: mutans ei nomen ioachim. Capi.vij.
Bellum nabuchodonosor regis babyloniorum contra nechao rege egypti: quo deuicto: et omni syria sibi subiugata: que ante sub rege egypti erat: venit hierosolymam et regem eius ioachim fecit sibi tributarium. Cap.viij.
Quo tertio anno post discessum regis babylonis: ioachim denuo egyptios est secutus: cui prophetauit hieremias de perditione sua et ciuitatis futura per regem babylonis: que et euenit: nam non post multum tempus nabuchodonosor castrametatus contra eum: et susceptus intra ciuitatem: ioachim quide pemit: filium vero eius ioachim

constituit regem: ꝛ multos captiuos duxit in babylonem: inter quos erat Ezechiel
prophete. Capitulū.ix.
Quō penitentia ductus rex babylonis: eo ꝙ ioachim fecisset regem: misso exercitu:
eum in hierosolymis obsedit: qui accepto iureiurando: vt nihil pateret̄ mali: nec ip
se: nec ciuitas matrē ꝛ amicos tradidit obsides: sed rex babylonis rupit iusiurandū:
naꝫ regē cum matre ꝛ amicis: simul etiam cum omni iuuētute ciuitatis vinctum ꝑce
pit ad se adduci: patruum vero eius sedechiam regē ↄstituit in hierusalem. Ca.x.
Quō etiam hūc audiēs egyptijs prebere solatia: ꝛ amicitias cum eis hr̄e castrame-
tatus contra hierosolymam: forti eam obsessione cepit: ꝛ incenso tēplo sedechiam ꝛ
populum migrauit in babyloniam: in qua transmigratione fuerunt: daniel: ananias
azarias: misael: vasa quoqꝫ sancta: q̄ erant in misterio tēpli asportata sūt. Cap.xi.
Quō godoliam prefecit prouincie rex babylonis: quo ꝑcusso a quodam ismaele: ti-
mētes reliquie israel regē babylonis: intrauerūt egytum: quod non cessit eis in pro-
sperum: nam rex babylonis post tēpus intrauit egyptū cū manu valida: ꝛ subuertit
eā: iudeos vero q̄ illo fugerant captiuos duxit in babyloniam. Ca.xij.
Uisio somniorum nabuchodonosor: ꝛ interpretatio eorum per danielem: triū quoqꝫ
puerorum in fornacem immissio: sed nulla lesio. Capitu.xiij.
Regum babylonicorum inuicē successio: ꝛ ꝑ mortē ablatio regni babylonici sub bal
thazare per cyrum ꝛ darium subuersio. Capi.xiiij.
Dāiel sub dario ī lacū leonū imissio: sꝫ nulla lesio: hō: ꝛ claritas daniel ꝛ ꝓphetie ei⁹
Cōtinet hic liber tēpus ānorū cētū: ꝛ octoginta duorū mensium sex dierum.

Incipit liber .x. antiquitatum.

Um Ezechias duarū tribuū rex quartūdecimū annum habe-
ret in regno assyriorum rex noīe sennacherib cū maxia manu ad-
uersus eū castrametat⁹: forti brachio oēs tenuit ciuitates tribuūꝫ
iuda ꝛ beniamin. Cumqꝫ hierosolymā tēderet: ꝑuēit eū missis le
gatis ezechias ꝓmittēs ꝛ obedire se ei: ꝛ tributa q̄ imparet ex-
oluere. Sēnacherib v̄o cognoscēs que legati ferebant dignū idi
cauit bello desinere: ꝛ ꝑcantiū suscipe dignitatem tunc promisit.
Qui accipiēs trecēta argēti talēta: ꝛ auri triginta amic⁹ discedit:
dans legatis iurisiurandi fidē: quia ei nihil discedēdo noceret. Ezechias autē credēs
ꝛ euacuās thesauros: misit ei pecunias: sperans se a periculo belli ꝛ regni amissiōe
liberari. Assyrius autem hec sumens: ex his que promiserat nihil cogitauit: sed ipe
ꝓfectus ad egyptios ꝛ ethiopas: principē militie rapsachen cuꝫ multo exercitus ro
bore ꝛ duobus alijs ad vastandā hierosolymā dereliquit: quorū noīa erant tharatha
ꝛ arachiris. Tūc itaqꝫ veniētes aū muros castra fixerunt: miserūtqꝫ ad ezechiā pe-
tētes: vt cū ipso posset hr̄e colloquiū. Ille vero ꝑ se quidē ꝓpter metū non abijt: tres
autē necessarios sibi misit amicos: hoc ē eliachim tutorē regni: ꝛ sobaneam: ꝛ ioan: q̄
supra scribas erat. Isti ꝓcedentes e diuerso ꝑncipum militie assyriorum steterunt.
Quos dum vidisset rapsaches princeps militie petit: vt euntes diceret ezechie.
Rex magnus Sennacherib requirit ab eo de quo presumēs atqꝫ cōfidens refugit
dominū suū: ꝛ obedire nō vult: neqꝫ suscipe exercitū eius. An certe ꝓpter egyptios
sperans exercitum suū illorū solatio subleuari. Si hoc expectat fatuus ē: ꝛ filis ho-
mini incūbēti calamo fracto: qui cū ceciderit super eum: manu vexata feriet plagam.
Sciat autem quia etiam voluntate dei contra eum castrametatus est: qui concessit ei
israelitarum vastare regnum: vt eodem modo subiectum ei disperderet regnum. Dū

hec rapsaches hebraica ligua diceret:hẽbat.n.lingue huius experimẽtũ: eliachim me
tuẽs ne populus audiẽs metu corrueret:poposcit vt syro magis loq̃ret eloquio. Il
le vero intelligẽs suspitionẽ eius ⁊ metũ maiore voce amplius clamans respondit
hebraice dicẽs. Audiant omẽs precepta regis:⁊ quod vtile ẽ eligant:⁊ se nobis tra
dant. Palam.n.ẽ quia rex ⁊ vos populum spe vana decipitis:⁊ repugnare suade
tis. Si vero p̃sumitis ⁊ exercitũ nostrum vos repellere dicitis dãte me duo milia e-
quos de exercitu mihi ꝯmisso:totidẽq; ascẽsores p̃bẽtes:vestrũ exercitũ nobis osten
dite:sed nõ h̃tis tot hoies. Quid igitur tardatis tradere vosmetipsos maioribus:q
vos capturi sũt ⁊ inuitos:dũ spontanea traditio securior vobis sit:inuita vero valde
piculosa:vt causa calamitatis existat. Hec audiẽtes:⁊ populus ⁊ legati:dicẽte assy
riorum principe:ezechie renunciauerunt. Ille ergo hec audiẽs indutus veste regali
⁊ indutus sacco ⁊ habitu miserando lege patria prostratus in facie rogabat deũ: vt
se adiuuaret:nullã aliam h̃ntẽ spem salutis:mittẽsq; ⁊ amicos quosdam ⁊ sacerdo
tes ad Esaiam prophetã:poposcit vt oraret:⁊ factis sacrificijs pro salute cõmuni ro
garet deum quaten⁹ spem hostiũ frangeret:⁊ populo suo misericordiam cõdonaret.
Propheta hec faciens mõitus a deo cõfortauit regẽ:⁊ eius aicos p̃dicens: quia si
ne bello deuicti hostes turpiter ab vrbe recederẽt:⁊ nõ cũ fortitudine illa:quã se h̃re
credebant:deũq; prouisurũ vt fortiter vastarẽt. Sʒ ⁊ ipsũ regẽ assyriorũ Sennache-
rib nõ p̃ualẽtẽ aduersus egyptios cũ ad propria remearet:ferrũ periturum eẽ predixit.
Ipso siquidẽ tẽpore scripserat Ezechie assyrius epistolas:in quibus fatuũ eum eẽ
dicebat:credẽtẽ ꝙ eius dñium posset euadere:qui multas gẽtes ⁊ maximas subdi
dissʒ:⁊ interminabat funditus se eũ disp̃dere dum caperet vrbe:nisi portas apiens spõ-
te in hierosolymis exercitũ eius exciperet. Que dũ relegissʒ ezechias: spreuit propter
spẽ quam hẽbat in deo:epistolã vero replicãs in tẽplo reposuit. Rursus aũt cũ deo
vota ⁊ orones effũderet ꝑ ciuitatẽ ⁊ pro salute cunctorũ. Esaias propheta eum asse-
ruit exauditũ:⁊ nec in p̃nti tẽpore eẽ ab assyrijs obsidẽdũ:⁊ in futuro omẽs qui ab il
lo iam capti fuerant eẽ reuersuros:⁊ tertio anno cũ pace opus suum facturos: ⁊ pro
p̃rum possessionũ sine tiore diligẽtiam habituros. Interea p̃uo tẽpore transeunte:
assyriorum ex bello quod egyptijs intulerat frustratus ab hmoi causa sine effectu re
meauit ad propria. Is.n.cum multo iam tẽpore fuissʒ cõmoratus in obsessione pe
lusij:⁊ dũ aggeres ꝯtra muros eleuati fuissẽt:quibus ciuitati nitebant insistere:audi
uit ethiopũ regẽ tharachem cũ multo exercitu ad egyptiorum vẽire solatium:⁊ p de-
sertum iter facere:vt subito in assyriorum castra irrueret. Turbatus ergo est rex sen-
nacherib ad sacerdotẽ qui vulcani castrametati quasi rex iste ad eũ regẽ egyptiorum
vẽisset:qui eẽt vulcani sacerdos:⁊ obsessionẽ pelusij hmõi cã dissoluit. Ca.II.

Orante itaq; rege hierosolymorũ ad deũ:⁊ deus exaudiẽs maximam plagam
misit in eum:⁊ multi p̃empti sũt. Herodotus autẽ errorẽ ideo facit: quia nõ as
syriorũ dicit regẽ:sed arabũ:adijciẽs quia suricũ multitudo vna nocte arcus ⁊ arma
reliqua comedit assyriorum:⁊ ꝑpterea cũ non habuerit rex arcus:exercitũ epulsio
reuocauit. Et hec quidẽ herodotus. Berosus aũt qui chaldaicam conscripsit histo
riam meminit regis sennacherib:⁊ quia regnauit sup assyrios: ⁊ castrametatus ẽ in
oẽm syriã ⁊ egyptũ:ita dicẽs. Reuersus autẽ sennacherib a prelijs egyptiacis ad
hierosolymã:cũ inuẽisset exercitũ quẽ rapsaci dimiserat in p̃iculo pestilẽtie cõstitutũ
deus.n.morbũ populo ei⁹ immiserat:ita vt p̃ma nocte eorũ qui obsidebãt depirẽt cẽ
tum octoginta quinq; milia viri cũ iudicibus ⁊ tribunis ꝑpter calamitatẽ hanc in ni
mio timore ⁊ angustia constitutis:de cuncta iam militia metuẽs effugit:cũ sua ma-
nu ad proprium regnum in ciuitatẽ que appellatur niniue. Et dum modicum tẽpus
ibidẽ commoratus fuisset:dolo a senioribus filijs adramelech ⁊ seleustro est p̃empt⁹.

Esaias propha tpr Ezechie regis hieroso[...]

Adramelech Seleustrus — Filij Senacherib.

in pprio téplo quod dr arasci. Et illi quidé p cede patris effugati ad armeniam di‑
scesserunt: successit auté in regno eius asaracoddas. Terminus obsessiõis assyriorum
cõtra hierosolymitas tali occasiõe prouenit. Capitu: III.

Ezechias aũt inopinabiliter a terroribus liberatus gratificas hostias cũ oi pplo
celebrauit deo: et cognoscés: quia nulla alia cã hostes alios quidé pemisset: ali
os vero timore mortis simul effugasset ab hierosolymis: nisi diuino solatio oi studio
et largitate vsus é circa dei cultũ. Nõ post multũ vero graui lãguore detétus a medi
cis quidé despatus é: nihilq3 nec ipse de se: nec eius amici spei vlterius sustinebant.
Adijciebat auté et alia angustia magna regi: eo q filios nõ hret: et q moriturus eét
desolatã relinqués domũ: nec successoré sui generis habiturus. Dũq3 nimis in hac p
te fatigaret: rogauit deũ vt ei puo tépore vitã cõcederet: donec filios hre posset: et nõ
prius aia puaret anteq3 fieret pr. Cui misertus deus petitioneq3 suscipiés: quia non
dolebat: eo q puandus eét bõis imperij: s3 vt filios hret: qui in eius pncipatũ succe
derét: mittés Ysaiã iussit ei dicere quia ps tertiã dié euaderet casũ lãguoris: post hec
annis qndecim supuiueret: et filios generaret. Et dũ hec mãdata dei ppha dixisset
ppter nimietaté lãguoris: et ea q inopiabiliter pmittebant nõ credés signũ aliquod
et indiciũ petit vt faceret Ysaias: qtenus hec dicéti sibi crederet: et a deo eũ missũ ve‑
re cognosceret. Nã ea q vltra rõné sunt: et spe fortiora vident hmõi rebus credunt eé
veracia. Et dũ ppheta interrogasset eũ: quod vellet fieri signũ: vmbrã solis petijt de
cem gradibus ad ea loca vnde venerat remeare. Et dũ ppheta rogasset deũ vt fieret
audiés rex impletũ eé quod voluit: repéte dissolutus a lãguore cõscédit in téplũ: et ado
rãs deũ vota debita celebrauit. Eo siqdé tépore cõtigit assyriorũ regnũ a medis sol‑
ui: quod tamé in alijs idicabo. Rex itaq3 babyloniorũ baladas misit legatos ad eze
chiam portãtes mũera: et ab eo poposcit vt ei eét socius et amicus. Ille vero legatos li‑
béter excipiés: et thesauros eis ostédés: et armorũ instructioné et aliã copiã quã in au
ro et gẽmis hébat: simul etiã mũera prebés regi balado deferéda dimisit eos. Tunc
Ysaias ppheta véit ad regé: et requisiuit vñ fuissét qui venerãt. Qui dixit de babylo
nia eos a suo rege venisse: et ostédisse se eis vniuersa: vt videtes diuitias et vtutem re
gni cognoscerét: et regi suo renũciarét. Cui ppha respõdés. Scito iquit nõ post mul
tũ tépus ad babyloniã filios tuos: et diuitias trãsmigrãdas: insup et nepotes tuos eu
nuchos eé faciédos: et amissuros virile nomé: et regi babylonie seruituros. Hec.n.
pdixit deus. Ezechias cõtristatus i his que dicta fuerãt ait: nõ se quidé velle suã gé
tem in talibus erũnis incurrere: sed quia ipossibile é q apud deum deliberata sũt posse
mutari: rogabat vt vsq3 ad vitã ipsius pax pmaeret. Meminit auté baladi regis baby‑
loniorũ berosus. Cũ itaq3 ppheta Ysaias idubitãter et mirabiliter de veritate cõfi‑
deret: et nihil falsi péitus loqueret: oia quecunq3 prophetauit: scribens dereliquit in
libris vt ex effectu postea omibus apperet. Et non solus iste ppheta: s3 et alij nũero
duodeci idé fecerũt: et oé siue bonũ siue aduersariũ alias cõtrariũ quod apud nos fit:
ħm illorũ dictum prouenire dinoscit. Sed horũ singula denuo declarabimus. Eze
chias auté rex dum supvixisset tépus quod prediximus: et omne illud spaciũ i pace
deguisset: mortuus é anno vite sue quiqgesimo et quarto: in quibus regnauit viginti et
nouẽ. Cui successit in regno filios pprius nomine manasses: de mre quidé nomine
abbsida: qui a paternis volũtatibus abscisus: et ad diuersa cõuersus: oé genus mali
gnitatis ostédit: et nihil impiũ dereliquit: sed iniquitates israelitarum imitatus est: qui‑
bus in deũ delinquétes affligebãt. Presũpsit ét téplũ dei polluere simul et citatem
oémq3 pariter regioné. Nã spnédo deũ ad hoc vsq3 pueit: vt oés hebreorũ iustos oc‑
cideret: neq3 pphetis parceret: quorũ quotidie singulos pimebat: et eorũ sanguine
hierosolymorũ plateas irrigabat. In his iratus deus misit pphas ad regẽ et populũ

fata mutari nõ poss

Manasses iniqus rex

ꝑ quos itermiat⁹ ē easdē ei future calamitates: in qb⁹ incurrerāt fres eorū israelite: cū
cū ei iniurias intulissent. Illi vō nō credidere eorū v̄bis: quibus lucrari potuerūt
vt nihil mali paterēt: opibus aūt cognouerūt fuisse v̄a q̄ a ꝓphis p̄dcā sūt. Ca. IIII.

Sic dū in eis ꝑseuerarēt: bellū sup eos intulit rex babyloniorū ꝛ chaldeorum
Is. n. misso exercitu in iudeā: ꝛ regionē eorū depopulat⁹ ē: ꝛ regē manassen
dolo captū: ꝛ ad se deductū: habuit ad ea que voluit tormēta subiectū. Manasses
aūt tunc intelligēs in quib⁹ malis eēt: ꝛ horū oim se arbitratus auctorē: supplicabat
deo vt ei hostē suū clementē faceret atqꝫ misericordē: cui⁹ orōnē deus exaudiēs: hoc
ei cōcessit: ꝛ remissus a rege babyloniorū ad sua regna reuersus ē. Cunqꝫ vēisset ad
hierosolymā: p̄orū quidē delictorū que circa deū gesserat pēitens: studebat ēt mēori-
am si eēt possibile ab aīo suo repellere: ꝛ ad seruitiū eius ꝛ oēm cultū diue religiōis
accedere: tēplūqꝫ purgare ꝛ ciuitatē: ꝛ ad hoc solū erat decetero cōstitut⁹: vt grāa deo ꝓ
dono salutis exolueret: q̄tenus in oi vita ei⁹ ei ꝓpicius ꝑmāeret. Hec āt ipse ꝛ po
pulū agere docuit: agnoscēs in qbus calamitatib⁹ icidisset ꝑ ritū qui sācte ꝯuersa-
tiōi erat aduersus: ꝛ edificās rursus altare solēnes hostias imolabat: sicut moyses
diuinā exponēdo culturā. Eodē itaqꝫ mō ꝛ ꝓ hierosolymorūꝫ cautela cogitauit: ita
vt ēt muros āntiquos cuꝫ multo studio repararet: ꝛ alios vltra eos erigeret: ꝛ turres
eminētissimas exaltaret: custodias vō q̄ āte ciuitatē fiunt multa mūitiōe firmauit: ꝛ sic
in oibus a p̄ori cōuersatiōe mutatus ē: ꝛ p⁹ hec habuit beatissimā vitā: vt multi imita
tores ei⁹ eēnt: ex quo cepit dei colere pietatē. Qui cū vixisset annis. lx. ꝛ septē: ꝛ re-
gnasset quinq̄ginta ꝛ quinqꝫ: defunct⁹ ē ꝛ sepult⁹ in ortis suis. Cui⁹ regnū ꝑuēit ad
eius filiū ammō: ꝛ nomē eius mr̄is fuit massclmis de ciuitate iecbabath. Qui dū imi-
taret opa p̄ris ei⁹ que ille in iuuētute sua p̄sūpserat: doloꝫ passus a suis in domo sua
ꝑemptus ē: cū vixisset annos q̄ttuor ꝛ viginti: ꝛ in regno fecisset tres. Populus aūt
eius ꝑemit iterfectores: eumqꝫ cū p̄re sepelierūt: regnūqꝫ iosie eius filio tradiderunt
cū eēt annorū octo. Cuius mr̄ quidē de ciuitate fuit voscheti noie ezi. Erat vero ille na
tura benign⁹: ꝛ ad v̄tutē vtiliter p̄parat⁹: ꝛ in studijs dauid regis: ꝛ intētiōe ꝛ regula
totius dispōnis eius itent⁹. Cūqꝫ ad duodecimū etatis vēisset ānū: pietatē ꝛ iusticiā
in se mirabilē eē mōstrauit. Cunctū nāqꝫ populū correxit ꝛ monuit: vt derelicta ydo
lorū secta q̄si nō eēnt dij colerēt patriū deū: ꝛ opa simul maiorū patrū in quib⁹ deliq̄-
rant velut senior emēdabat: que vō bn̄ ꝛ opportūe facta cognouerat: obseruabat: ꝛ ho
rū imitator erat: ꝛ ꝑ suā sapiam ꝛ intellectū naturalē silia celebrabat: cōsilijs vtiqꝫ bo
nis ꝛ traditionibus tradēs sensū. Sequēs. n. leges velut ordinē ciuitatis: ꝛ pietatem
circa deū gerens: oia prospe gubernabat: ꝛ maxie ꝙ a priorū regū iniquitate recede-
bat. Qui ꝛ oēm ciuitatē ꝛ prouinciā purgauit: ꝛ lucos extraneos qui facti fuerāt ab
stulit: ꝛ ornamēta que in eis a prioribus fuerant ad iiuriā dei oblata depulit: ꝛ tali mō
populū ab hmōi secta retractū ad religiōis diuine iura cōuertit. Qui ꝛ legittias obtu
lit: ꝛ holocaustoꝝ sacrificia altari solēniter rurs⁹ exhibuit: ꝛ i vnaquaqꝫ cā iusticiā nō
minus q̄ꝫ aie sue coluit medicinā: misitqꝫ in totā ꝓuinciā iubēs vt qui vellēt auruꝫ ꝛ
argētū deferrēt ad repatiōem tēpli ꝓ sua volūtate atqꝫ v̄tute. Dū itaqꝫ pecūie allate
fuissēt ad sollicitudinē tēpli ꝛ eius expēsas: preposuit amasiam qui erat ꝛ supra ciui-
tatē scriptorē ꝛ saphan: ꝛ scribā monumētoꝝ ioan: ꝛ pōtificē eliachim. Qui dilatiōnē
nulla segnicie faciētes: sed instructores: ꝛ oia que erāt necessaria p̄pabant: ꝛ hoc mō
reparatiōe templi celebrata pietas regis ostēsa ē. Qui dū octauūdecimū imperij ha
beret annū misit ad heliachim sacerdotē: iubēs vt pecūie que remāserant cōflarētur:
ꝛ fierent exinde crateres: ꝛ libatoria ꝛ phiale ad misteriū dei: ꝛ sup: ꝛ quātūcunque
aurū ꝛ argētū eēt in thesauris: etiā hoc ꝓferret ad crateras: ꝛ ad vasa huiusmodi faci
enda. Proferēs aūt helyachim pōtifex aurū: inuēit librū sacrum moyseos in tēplo

positū quē simul ejciēs dedit scribe sapbe. Qui dū relegisset vēit ad regē: ⁊ dū omia que iusserat fieri: terminū bre significasset: relegit ei ⁊ librū illū. Tūc ille cū vba libri eius audisset: scissa veste sua vocauit pontificē eliacbim: ⁊ ipsum scribā: ⁊ necessarios sit ⁊ amicos: misitq₃ eos ad quādā mulierē ꝓpbetissam noīe boldā vxorē Salomi cuiusdā insignis viri ⁊ nobilitate preclari: iussitq₃ vt euntes cōsulerēt eā: si ꝓpici⁹ fieret deus: cū metueret ne ꝑuaricādo moyseos leges ⁊ mandata maiorū periculū trāsmigrationis incurrerēt: ⁊ ad extraneas terras vēientes vitā agerēt miserabilē. Audiēs autē ꝓpbetissa que fuerāt a rege mādata: iussit vt remeātes dicerēt regi: quia diuinitas quidē decretū quod iā cōtra eos ꝓtulerat ꝑcibus infirmari nō posset: id est vt populus nō ꝑiret: aut nō de ꝓuincia pelleref: aut bōis tūc ꝑsentib⁹ nime ꝑuarētur: dū transgressi fuissēt leges: ⁊ tāto tēpore pēitentiā nō egissēt: ꝓpbetis vtiq₃ monētib⁹ vt sobrie viuerēt: ⁊ impietatis supplicia deuitarēt: que faciēda dicebat vt crederēt: qr deus ē: ⁊ nequaq₃ mētitus in vbis que p ꝓpbetas suos ꝑnūciauit: ꝓpter iusticiā tamen regis retinēdas istas erūnas: ⁊ p⁹ eius obitū definita supplicia populis inferēda. Igit illi qui missi fuerāt muliere ꝓpbetāte: remeātes nunciauerunt regi. Tunc ille mittēs vbiq₃ iussit populū ad bierosolymā conuenire: ⁊ sacerdotes atq₃ leuitas: ⁊ oēm etatē simul adeē ꝑcepit. Quib⁹ cōgregatis: ꝑmū quidē eis sacros legit libros: ⁊ stās in tribunali in multitudie media: coegit cūctos fidē ⁊ iuramēta ꝑbere: vt apud deum flerēt: ⁊ moyseos leges p oīa custodirēt. Illi vo ꝓmptissime ⁊ iurauerūt: ⁊ ꝑcepta regis iplere ꝓmiserunt. Mox itaq₃ sacrificia celebrātes: deū sibi poscebāt eē ꝓpitiū. Rex aūt sacerdoti precepit vt si quod aliud vas a ꝑntib⁹ eius oblatu₃ ydolis aut diis extraneis inueniref vt tēplo ꝓferret. Et dū fuissēt multa collecta: cōburens ea cineres eoꝝ dispsit in fluuiū: ⁊ sacerdotes ydolorū qui ex genere nō erāt aaron interfecit. Dū bec ergo fecisset in bierosolymis: ꝓcessit in vniuersā ꝓuinciā: ⁊ lucos q ab bieroboā rege ad borē deorū extraneorū facti videbanf exterminauit: ⁊ ossa falsoꝝ ꝓpbetaru₃ sup altare quod ꝑus bieroboā cōstruxerat cōcremauit. Ea igif que vēiēs ꝓpbeta ad bieroboā: cū ille sacrificaret: ⁊ popul⁹ audiret que futura esse predixerat: mō terminū pceperūt: qndo ex genere dauid iosias noīe fecit ea q̄ predicta sunt ante annos trecētos sexaginta ⁊ vnū. P⁹ rex iosias profectus ē ad cūctos israelitas q captiuitatē ⁊ seruitiū assyriorū effugierūt: eisq₃ suasit: vt impios act⁹: ⁊ bonores deoru₃ extraneorū relinquerēt: ⁊ patriū maximūq₃ colerēt deū: eiq₃ dicarēt ⁊ domos ⁊ vicos. Perscrutatus ē autē ⁊ ciuitatē: ne quod forte ydolū bñtes intra sua tecta celarent: necnō ⁊ currus qui edificati fuerāt a ꝑoribus regibus: ⁊ queq₃ alia bmōi erāt que velut deos adorabāt: ꝑiter cūcta āputauit: ⁊ boc mō purgata oī prouicia ad bierosolymā oēm pplm cōuocauit: ⁊ ad azimorū festiuitatē que pascba dr: eos adduxit: donauitq₃ populo i pascba nouellos edos ⁊ annos trigita milia: boues aūt ad bolocausta tria milia. Prebuerunt āt ⁊ ꝑmi iudeoru₃ pp pascba sacerdotib⁹ agnos quiq₃ milia ⁊ leuitis agnos duo milia: sexcētosq₃ eorū ꝑsules obtulerūt: boues vo quigētos. Et dū eēt bec abundātia q̄drupedū sacrificia faciebāt moyseos legib⁹ bostias singulas enarrātib⁹ ac mistrātib⁹: nec fuit alia similis festiuitas apud bobreos a samuelis ꝓpbete tēporibus. Cā vo eius festiuitatis bec erat: vt oīa ꝫm legis antiquā traditionē paterne solennitatis efficerentur.

Capitulum. V.

POst bec autē dū iosias in pace atq₃ diuitiis ⁊ gloria sup oēs excelleret: necbao rex egyptiorū castra posuit ad eufratē fluuiū vt cōtra medos ⁊ babylonios dimicaret: qui assyriorū soluerūt ꝑncipatū. Hēbat.n. desideriū vt regnaret in asia. Et dū venisset ad ciuitatē medin: q̄ erat de regno iosie: probibebat eū rex iosias p suā ꝓuinciā cōtra medos iter efficere. Tunc mittens legatos ad eum necbao: significauit nō se cōtra exercitum ducere: sed ad eufraten fluuium ꝓperare: adiciēs q eum non

bolda propheti[ssa]

deberet ꝓuocare ad sua bella: prohibēdo ne aliena iret ad prelia quo tēdebat. Josi as vero nō acquiescebat vbis necbao: sed istabat ne iter suū ꝑ eius faceret regionem reoꝛ vrgebat eū: vt quod imminebat accideret. Nā dum aciē exercitus sui cōpōeret ꝛ in curru vectus a cornu transiret a cornu: quidā iaculatꝰ eum egyptiorum a belli fe stinatione suspēdit. Mox. n. vulnere nimis affectus: iussit exercituꝫ reuocari: ad hie rosolymamq; remeauit. Qua plaga defunctus ē: sepultusq; magnifice i patrijs mo numētis. Qui vixit annis triginta ꝛ octo: regnauit autē ex eis vnum ꝛ triginta: oīsq; populus eum multis diebus magno luctu gemituq; defleuit: sed ꝛ hieremias ꝓphe ta mortis eius carmē lamētabili modulatione composuit: quod hactenus noscit per manere. Hic vero propheta etiā futuram ciuitatis cladē predixit: scriptoq; reliquit simul ꝛ captiuitatem nunc apud nos habitam: ꝛ babyloniorum vna migrationem. Et non solum iste predixit hec populo esse vētura: sed ꝛ propheta Ezechiel ꝑmus de his duos libros conscribēs: plebi reliquit. Erant aūt ambo genere sacerdotes: sꝫ hieremias quidē in hierosolymis ē cōmoratus a tertiodecio anno regis iosie vsque dū ciuitas vastaret ꝛ tēplum. Que vō de hoc ꝓpheta prouenerunt loco ꝓprio decla rabimus. Mortuo siquidē iosia sicut prediximus ei successit in regnum filius iocha cū triū ꝛ viginti eēt annoꝝ. Et hic quidē regnauit in hierosolymis: mr̄em vero habu it amital de ciuitate abana: fuitq; impiꝰ ꝛ scelestus.

Capitulum. VI.

Rex igit egyptioꝝ dū fuisset a pugna reuersus euocauit ioachā ad semetipsuꝫ de ciuitate syrie que dr̄ ematth. Qui dū venisset eū repēte vinxit: ꝛ seniori fratri eius ex eodē patre ꝓgēito noie eliacbim: tradidit regnū mutans ei nomen ioachim. Prouincie vō tributū posuit cētū argēti talēta: ꝛ vnū auri. Joachi ergo has pecūias exoluebat. Joachim āt deduxit i egyptū: q ēt mortuꝰ ē i ea dū regnasset tres mēses: ꝛ dies. x. Joachim vō mr̄ vocabat zabud de citate abunia. Hic vir erat natura iiustꝰ ꝛ valde nequissimus: ꝛ neque circa deum sanctus: neque circa homines māsuetus.

Capitulum. VII.

Cumq; quartū regni haberet annum: babylonie pncipatū quidā nomie nabu chodonosor accepit eodēq; tēpore cū magno apparatu ad circamin ciuitatem venit: que ē iuxta eufraten: pugnaturus cōtra regē egyptioꝝ necbao sub hoc. n. syria erat vniuersa. Dūq; cognouisset regis babylonie volūtatem: necbao penitus nō ex pauit: sed cū magno brachio sup nabuchodonosor ad eufraten venit. Qui facta con gressiōe deuictus ē: ꝛ multa milia varijs rebus belli amisit. Transiēs aūt eufratē ba bylonie rex oēm Syriā vsq; ad pelusiū cepit preter iudeā. Quarto igit anno nabu chodonosor: qui erat octauus ioachim regis hebreoꝝ contra iudeos cū magno exer citu castrametatus ē rex babylonie tributa exacturus ab ioachim: aut certe dimica turus. Ille vero metuēs eius minas: ꝛ pacē hr̄e desiderans: prebuit ei tributa q̄ pre cepat annis tribus.

Capitulum. VIII.

Tertio anno audiēs egyptios denuo cōtra babyloniā pugnaturos tributa non reddidit: sed spe egyptiaci belli deceptus ē. Nā pugnare cōtra eū egyptij mi nime ꝑsumpserunt. Propheta itaq; hieremias quotidie predicebat: q: frustra egy ptioꝝ spe tenerētur: ꝛ quia immineret ciuitati vt a rege babylonio vastaret: ꝛ rex io achim subderet ab eo. Sed hec nulla vtilitate dicebat: quādo qui crederet nullꝰ erat Nā ꝛ populus ꝛ pncipes audiētes hec negligebāt: ꝛ indignātes sup his que dice bant quasi anguriū aduersus regē propheta ferret: accusabant eū ꝛ subiectuꝫ iudicio vt ad suppliciū quoq; traderet: cōtra eū dari sētentiā postulabant: quod multi quidē aduersus eū fieri decreuerūt: seniores aūt recesserūt. Qui ea volūtate qua iuste ꝓphe tā absoluerant: ꝛ ipsa etiam alijs suadebāt ne quid mali fieret hieremie: dicentes: q: nō solū iste ciuitati prediceret futura: sed ꝛ micheas ante eum olim talia predixisset:

τ multos scirent hmōi verba dixisse: quorū nullus a regibus aliquid pertulisset: sed quasi prophete dei honorati fuerant. His itaqȝ vbis mitigātes turbas: eripuerunt hieremiā a diffinito supplicio. Qui oēs prophetias suas scribēs: ieiunante populo: τ in ecclesiā cōgregato in tēplo mēse nono: quinto anno regis ioachim: relegit librū quē de futuris rebus ciuitati τ populis τ tēplo cōscripsisse videbatur. Audientes itaqȝ pncipes tulerunt ab eo librū: iusserūtqȝ eum τ scribā baruch de medio tolli: ne quibusdā ferēt manifestati. Ipsi vero librū portantes regi dederūt. Qui pñtib⁹ amicis iussit scribā suū relegere: τ audiēs que scripta noscebantur in libro: iratus rex dissrupit eū τ igne cremauit: τ requisitos hieremiā τ baruch iussit ad se pūiēdos adduci. Illi siquidē eius tūc irā declinauerūt: nō post multū vero tēpus veniētē contra se cū magno exercitu regē babyloniorū federis iure suscepit ꝓpter metū eorū: que dcā fuerant a propheta credēs nihil se fore passurum: neqȝ per obsessionē neqȝ ꝑ pugnā. Dūqȝ rex babylonie intrasset in citatē: fidē nequaqȝ ƀuauit: sed τ iuuenes fortissios τ pulchritudine decoros hierosolymitanorū occidit vna cū rege Joachim. Quez ēt ante muros in sepultum proijci iussit: filiū vero eius ioachim cōstituit regē vniuerse ꝓuincie. Eos autē qui erant in dignitatibus cōstituti nūero tria milia captiuos duxit in babyloniā inter quos erat ꝓpheta ezechiel cū eēt adhuc puer. Hic ergo finis habuit ioachim regē: qui vixit quidē ānis sex τ triginta: regnauit autē duodecim. Successor vero eius regni ioachim de mr̄e nomine onas: regnauit mensibus tribus τ diebus .x.

Capitulum .IX.

REgē ergo babyloniorū qui ioachim cōcesserat principatū repente timor inuasit. Formidatus ē.n. ne forte habēs mali mēoriā ꝑ nece pr̄na ꝓuinciam eius inuaderet. Et mittēs exercitū regē ioachim in hierosolymis obsidebat. Ille vō cū esset natura benign⁹ τ iustus noluit ciuitatē ꝓpter se videre picula sustinere: sed sumēs matrē τ cognatos tradidit obsides ducib⁹ qui fuerāt a babylonia regeqȝ directi accipiēs ab eis iusiurandū vt nihil mali pateref: nec ipse nec citas: quorū fides nequaqȝ mansit inuiolata. Non.n. seruauit eā babylonie rex: sed pcepit pncipibus suis: vt omēs qui erant in ciuitate iuuenes captiuos sumerēt pīter τ artificesꝫ eosqȝ ad se ligatos adducerent: qui oēs fuerūt decē milia τ octingēti trigīta τ duo: simul τ ioachim cū mr̄e pīter τ amicis: quos deductos ad se habuit in custodia. Patruū vero ioachim noie sedechiā cōstituit regē: accipiēs ab eo iusiurādū vt ei ꝓuinciā custodiret τ nihil hostiliter ageret: nec faueret egyptijs. Sedechias āt erat qdē annorū viginti τ duorū quādo accepit regnū: τ nomē matris eius amias. Fuit.n. cōtra iusticiam supbus: circa quē impij locū maximū habere videbanf. Quapp τ ꝓpheta hieremias ad eū veniēns crebro testabaf dicēs: vt reliqs quidē impietates τ iniqtates desereret: τ iusticie ꝓuideret: τ neqȝ duces qui eēnt maligni respiceret: neqȝ falsis ꝓpheti eū seducentibus crederet: quasi nequaqȝ cōtra ciuitatē babylonie rex dimicaret: quia egyptij cōtra eū bella rursus īferrēt τ vincerēt: quasi hec vba nō eēnt: nec hoc mō ventura forēt. Sedechias aūt dū audiret ꝓphetā hec dicētē: cōsentiebat ei ꝑ oīa tanqȝ vera loquēti: τ qsi ꝓdesset ei: vt eius crederet vbis: sꝫ rursus eius aici subuertebant eius mētez τ a ꝓphete dictis ad ea que voluerāt adducebāt. Prophetauit aūt Ezechiel in babylone futuras populi calamitates: τ hec misit in hierosolymā: sed sedechias eorūȝ ꝓphetijs non credidit ꝓpter hmōi cām. Alia siquidē vniuersa cōsona prophetis edicta sunt: quomō τ ciuitas vastaref: τ ipse sedechias duceref captiuus in babyloniam: discordabat aūt ezechiel dicēs quia sedechias babyloniam non videret cū hieremias dixisset: quia vinctum eū rex babylonie duceret: τ eo ꝙ non idē vterqȝ dixissent: etiam illa que concordabāt: non eē vera dicebat: lꝫ ei omnia ƀm eorum euēirent prophetias: que tamen oppunius declarabimus. Igitur societatem babyloniorūȝ

Baruch propha: scripsit hieremie propham

Joachim rex hiero[sol]

Sedechias supbus rex

propha Ezechiel in babilo[nia]

quã habuit annis octo:diſſoluit:⁊ ſemetipſũ ad egyptios tranſtulit:ſperãs cum illis contra babylonios preualere.

Capitulum.X.

Interea dũ hoc cognouiſſet babylonie rex caſtra mouit aduerſus eũ:⁊ afflicta ꝓuincia:⁊ munitiões eius vna diripiẽs:ad ipſã hieroſolymorũ ciuitaté obſidendam cũ magno véiebat exercitu. Rex ergo egypti⁹ audiẽs quia ſedechias ei⁹ amicus eẽt obſeſſus:ſũpta virtute maxia bellatorũ véit ad iudeã quaſi ei⁹ ſoluturus obſeſſioné. Babilonius aũt receſſit ab hieroſolymis:⁊ occurrit egyptijs:eiſqꝫ cõgreſſus ꝑlio ſuꝑauit:⁊ eos in fugã v̈ſos de ſyria coegit exire. Dũqꝫ diſceſſiſſet babyloniorũ rex ab hieroſolymis:deceperũt falſi ꝓphe ſedechiã dicentes:q: neqꝫ babyloni⁹ rex denuo pugnaret:⁊ cõtribuli eorũ quos de ꝓuincia ad babyloniã demigrauerat cum dei vaſis oĩbus q̃ rex tulerat ad hoc téplũ reuerteréť. Sꝫ hieremias his ꝯtraria atqꝫ v̈a tranſiẽs in mediũ ꝓphetauit:dicẽs:q: male quidẽ facerét illi q regi talia ſuaderét quãdo ꝑ egyptios nihil iuuari poſſét:quos vtiqꝫ deuicens babylonie rex in hieroſolymã remearet:eãqꝫ fortiter obſideret:⁊ populũ fame corrũperet ac reliquos captiuos abduceret:ſubſtãtiaſqꝫ diriperet:ſimul ⁊ tépli diuitias exhauriret:⁊ illud inſuꝑ cõcremaret:ciuitatéqꝫ ſubuerteret:⁊ eẽnt ſeruituri babylonie regi:eiuſqꝫ nepotibus ãnis lxx. A quorũ ſeruitio nos inq̃t tũc remouebũt ꝑ ſe ⁊ medi babyloniorũ deſtruentes impiũ:⁊ ad hãc remeãtes vrbé:edificabim⁹ téplũ rurſus:⁊ hieroſolymã denuo reparabim⁹. Hec dicẽte heremia plurimi quidẽ crediderũt:ꝑncipes aũt ⁊ impij exceſſiſſe eũ a ſua mẽte dicebãt:eũqꝫ ſub hoc fomite deridebãt. Igit̃ cũ ei placuiſſet ad patriã ꝓperare:que dr̃ anathoth:viginti ſtadijs ꝓcul ab hieroſolymis cõſtituta inueniẽs eũ in itinere quidã ꝑncipũ cõprehẽſũ detinuit:calũniã faciẽs ei quaſi ad babylõios iret. Ille mẽtiri quidẽ illũ ⁊ calũniari ſibi:criméqꝫ inferre:ſe v̈o ad patriaꝫ ꝓperare dicebat. Qui ad hec v̈ba nõ flex⁹ vinctũ deduxit ad iudices magiſtratuũ:a qb⁹ oĩa v̈bera ⁊ tormẽta ꝑpeſſus:ad necis ſupplicia reſeruabať:q quodddã ꝑ tẽp⁹ hec q̃ ꝑdixim⁹ iiuſte ſuſtinuit. Anno nono ſedechie regis:decia die mẽſis decimi: babylonie rex ad hieroſolymã caſtrametatus ẽ:⁊ ſedẽs circa eã decẽ ⁊ octo mẽſes:cum ſtudio magne v̈tutis obſedit:obſeſſoſqꝫ hieroſolymitas duo mala alia ⁊ maxia deꝑ̃mebãt morbi lãguor ⁊ fames eiſ vehemẽter iſiſtẽs. Hieremias vero ꝓpheta cũ eſſet in cuſtodia non ceſſabat:ſed clamabat:ꝑ̃dicebatqꝫ apte monẽdo populũ vt regẽ babiloniorum portas aperientes exciperẽt:hoc.n.facto eos cum omni domo poſſe ſaluari: alioquin radicitus aſſerebat euelli:ꝑ̃dicabatqꝫ pariter:quõ ſi qui mãſerint in ciuitate omnino ꝑirent:aut fame conſũpti aut gladijs hoſtiũ. Si vero ad hoſtes cõfugerent: ⁊ inimicos ⁊ mortem quodãmodo declinarent. Principes hec audientes inter ipſa mala conſiſtentes non patiebantur eius verba animo ſuo percipere: ſed cum ira venientes indicauere regi:⁊ accuſantes eum quaſi veſanum occidendum eſſe prophetam poſcebant qui eorum animos frangeret:⁊ malis promiſſionibus audaciam populi valde molliret:quando dum parati eſſent omnes pro eo ⁊ patrie ſalute pugnare ille moneret vt ad hoſtes fugerent vniuerſi:quia ciuitas capienda foret:⁊ omnes in ea pariter perituri. Rex vero ipſe quidem pro bonitate ⁊ iuſticia iratus non eſt. Sed ne principibus tali tempore videretur eſſe contrarius: permiſit eis vt facerent prophete quod vellent. Qui hoc ſibi agere conceſſo: mox ingredientes in carcerem:⁊ ſumentes eum in quendam lacum plenum ceno depoſuerunt: vt morte propria ſuffocatus extingueretur. Ille ergo vſque ad guttur in luto depoſitus in his vegebat anguſtijs. Quidã v̈o ſeruorũ regis hõrib⁹ decorat⁹ genere ethiops erũnas ꝓphete regi nũciauit:dicẽs nõ recte aicos ⁊ ꝑncipes ei⁹ feciſſe vt ꝓphaꝫ i ceno ſubmergerẽt: quod op⁹ oĩ morte ⁊ viculis eſſet amarius. Hec cũ audiſſet rex penitẽtia

[Handwritten marginal notes:] ... ſecundo hieremie prophe... / ...ieremias ꝓpha in ceno ab inimicis vſqꝫ ad guttur poſitus

ductus: quia ꝓphetam pncipib⁹ tradidisset iussit ethiopi: vt sūptis triginta regis mini-
stris ⁊ funib⁹: ⁊ quicquid expediret ad salutis ei⁹ vtilitaté: cū festinatiōe hieremiā ab
straheret. Ethiops aūt sumēs qđ preceperat rex: ꝓphām de lacu reduxit: ⁊ sine cu-
stodia esse pmisit. Euocāte vero eum rege latenter: ⁊ requirēte si quid ei diuinū in re
bus pñtib⁹ posset edicere: ille habere quidē se qđ diceret asserebat sꝫ nō sibi fore credē
dum: nec dū moneret audiēdū: qñ iam q̄si malū aliquid agentē amici pdere decreuis-
sent. Ubi sunt inquit nunc qui babiloniū nequaq̄ dimicaturos esse dicebāt: audiētesq́ꝫ
fallebāt. Sed ⁊ si nūc veritatē dixero: morte me cōdēnabis. Cūq́ꝫ ei rex iusiurandū
prebuisset: quia nec ipse eū pimeret: nec pncipib⁹ supplicij iure cōtraderet: data fide se
cur⁹: suadebat ei: vt babilonijs traderet ciuitatē. Hec eni dicebat ei deū p se ꝓpheta-
re si liberari vellet: ⁊ pñtia picula declinare: ⁊ neq́ꝫ ciuitatē vsq́ꝫ ad fūdamēta deici: nec
templū ab hostibus cōcremari: qđ si nō fieret: ipe maloꝝ auctor ⁊ sibi ⁊ ciuitati huius
calamitatis existeret. Hec audiēs rex: velle se quidē q̄ monebat facere dixit: ⁊ ex-
pedire sibi: sed metuere cōtribules: qui ad regē babilonie prexissent: ne accusantibus
eū picula subiaceret. Quē ꝓpha confortabat: ⁊ frustra suppliciū suspicari dicebat: ni-
hil mali passurū: si babilonijs traderet ciuitatē: nec ipꝫ: nec filios: nec vxores ei⁹: insu
per ⁊ quia templum maneret illesum. Et hieremiā quidē cum hec dixisset dimisit
rex pcipiēs: vt nulli ciuiū que locuti fuerāt ꝓderet: sed neq́ꝫ pncipib⁹ aperiret: q si co-
gnoscētes eūꝫ a rege vocatū requirerēt: vt quid cū eo locut⁹ fuisset: eis quoq́ꝫ narraret
diceret quia poposcissꝫ: ne in vincula aut in carcerē denuo traderetur. Qui scꝫ eis hoc
dicebat: dum veniētes ad ꝓphetam requirerent quid locut⁹ fuisset ad regē. Hec q
dem ita sunt gesta. Babilonius aūt obsessionem grauius inferebat: faciens turres
cum magnis edificijs: ⁊ aggeres ingentes exaltās: ex quibus resistebat de muris pu
gnare intentibus: multasq́ꝫ machinatione erexit equans muris p circuitum ciuitatis.
Illi siquidē qui intra vrbem erant fortiter ⁊ ꝓmptissime resistebāt: neq́ꝫ fame neq́ꝫ lā
guore fatigati: ⁊ licet intus his passionibus angerentur animo: tamē fortes videbant
ad preliū: in nullo adinuentiōes inicoꝝ ⁊ machinamēta expauescētes: sed contrarias
machinationes in oibus que faciebāt illis opponere cogitātes: ita vt magnum certa-
mē eēt babilonijs simul ⁊ hierosolimitis velocitatis atq́ꝫ prudētie: his quidē nihil ar-
bitrārib⁹ ampli⁹ cōmodi q̄ꝫ captiōem illi⁹ ciuitatis: his āt salutē suā nō in alia cā ponē
tib⁹: nisi vt magno studio laborarēt: ⁊ nō desperarēt excogitare quib⁹ modis hostium
machinamēta destruerēt. Et hec passi sūt mēsibus octo ⁊ decē donec fame vastarent
⁊ iaculis q̄ turrib⁹ iaculabant aduersus eos hostes. Capta est ergo ciuitas vndeci
mo anno sedechie regis quarto mense: die nono: ceperūtq́ꝫ eā pncipes babiloniorum
quib⁹ obsessio a rege nabuchodonosor videbatur esse cōmissa. Ipse āt in reblatha ci-
uitate cōmorabatur. Nomina principum qui hierosolymam subdiderunt hec sūt: her
gella: sarrare: matuse: megarus: nabuzardan: saris. Capta itaq́ꝫ ciuitate circa me-
diam noctem: ⁊ principibus hostium ingressis in templum: agnoscens hec sedechias
rex: sumptis vxoribus: ⁊ filijs: ⁊ principibus: ⁊ amicis: de ciuitate fugit per desertum
valde tutissimum. Quod dum a quibusdā traditijs principibus babiloniorūꝫ indica
tum fuisset diluculo eum psequi sunt egressi. Quē dum circa hierichuntem apprehen-
dissent: eum circundederunt. Amici vero ⁊ principes sedechie fugiebant dūꝫ hostes
proximos esse conspicerent: dispersique sunt relinquentes eum: alter ad alium locūꝫ
fugiens ⁊ vnusquisque se liberare cōtendens. Quem comprehensum cum paucis
hostes: cum vxoribus atque filijs duxerunt ad regem. Uenientem quoque ad se
regem: nabuchodonosor impium ⁊ infelicem vocare cepit: ⁊ iurisiurandi in memo
rem quod prebuerat vt ei prouintiam custodiret. Super hec autem cum ob-
iurgauit eum ingratum: quia dum ab eo percepisset imperium quod ab eius

Machinatio: instrumentum ad obsidendum ciuitatem et destruendum

Sedechias hiero[solymorum] rex captiuus ducitur ad nabuchodonosor regem babilo[nis]

fratre tulerat ꝛ illi tribuerat: contra munificum largitorē egisse videbatur hostiliter. Dixitq; post hec. Magnꝰ deus: qui hūs tuā nequitiā odio: nostro te subiugauit imperio. His igitur verbis vsus aduersus sedechiā: filios eiꝰ iussit pariter ꝛ amicos continuo ꝑimi: ipso scȝ sedechia ꝛ aliis captiuis inspiciētibꝰ: deinde oculos eruēs sedechie eūq; vinciēs: ꝑduxit in babiloniā: Hec vero ꝓuenerūt ei q̄ hieremias ꝛ ezechiel ꝓphetauerāt: q: cōprehēsus duceret ad babilonicū regē: ꝛ loq̄ret ei ex ore suo ꝛ videret suis oculis eiꝰ oculos sicuti hieremias dixit: cecatꝰ aūt ꝛ ductus ad babiloniā: eā non vidit: sicut ezechiel ꝑdixit. Hec igit̄ que sufficiēter pūt dei manifestare naturā ne sciētibꝰ explanauimꝰ: quō diuersa est atq; multimoda ꝛ vniuersa ordine suo cōspiciēs ꝛ q̄ cōgruāt agi ꝑdicēs ignorātiā q; hoīȝ ꝛ infidelitatē redarguēs ꝑ q̄ curari nequiuerit ab his q̄ erāt passuri. Nā cuȝ ea q̄ ꝑdicebātur custodire nollēt: calamitatibꝰ noscūtur eē ꝯtraditi: ita vt eēt impossibile vt ab ea declinarēt. Igit̄ qui de genere dauid regnauerūt: hmōi cōuersatiōem habere noscūt. Fuerūt aūt viginti ꝛ vnꝰ vsq; ad vltimuȝ regem: regnaueruntq; oēs annis nōgētis: ꝛ q̄tuordecim ꝛ mēsibꝰ sex diebꝰq; decē. Ex quibus ꝑncipatū tenuit ꝑmus eoꝝ saul ānis viginti: nō tn̄ ex ea tribu cōsistēs. Porro babiloniꝰ misit ꝑncipē militie sue nabuzardā in hierosolymā: vt expoliaret templum ꝑcipiēs: vt ꝛ illud incēderet: ꝛ regalia pariter: ꝛ ciuitatē ad pauimētuȝ vsq; deponeret: ꝛ ppl̄m in babiloniā migraret. Qui dum venisset ad hierosolymā vndecimo anno sedechie regis: ꝛ templū subuertit: ꝛ vasa dei aurea argēteaq; tulit: necnō ꝛ maximū cantarum: quē imposuit salomō: insup ꝛ colūnas ereas: ꝛ capita eaꝝ: aureasq; mensas: ꝛ cādelabra: ꝛ hec auferēs: tēplū quoq; succēdit: mense quīto: initio mēsis: anno vndecio sedechie: octauo decimo aūt nabuchodonosor. Succēdit aūt ꝛ regalia: ciuitatēq; destruxit: ꝛ tēplū ita cōcrematū est: post trecētos ꝛ septuagita annos: ꝛ mēses sex: diesq; decē: exquo illud cōstat edificatū: ab egressu aūt populi: tūc erāt āni mille. lx. duo. mēses sex: diesq; decē. A diluuio vero vsq; vastatiōem templi: omne tempus fuit annoꝝ mille: nongentorum: quinquaginta septē: mēsium sex: dierum decem: exquo vero factus est adam vsq; ad ea que prouenerunt templo: anni sunt tria milia: quingenti tredecim: menses sex: dies decem. Tantus ergo numerus annorū erat. Quecūq; gesta sunt: singula vt ꝓuenere manifestauimus. Princeps itaq; regis babilonis postq̄ hierosolymā ꝛ templum subuertit. sumēs captiuos: migrauit eos: ꝛ pontificē: ꝛ zardā ꝛ sacerdotē iosedech secūdariū eius ꝛ custodes templi: ꝛ tres eunuchos qui erāt sup armatos: ꝛ amicos sedechie septē: ꝛ scribā eius: ꝛ alios ꝑncipes sexaginta: quos oēs cū vasis q̄ depdatꝰ est deduxit ad regē in reblata ꝓuintie syrie ciuitatē. Rex autē pontificis quidē ꝛ principū ibi capita iussit abscidi: ipe vero omnes captiuos ꝛ sedechiā deduxit in babiloniā: vinctū quoq; circūegit ꝛ iosedech pōtificē filiū sacre pontificis: quem occidit babiloniꝰ in reblata syrie ciuitate: sicut dudum iam designatuȝ est.

Igitur quia genus regum explanauimus: ꝛ qui fuerāt: ꝛ eoꝝ tempora cūcta narrauimus: necessarium iudicaui: etiaȝ noīa referare pontificum: qui pontificatum regū temporibus habuerunt. Primus siquidem sadoch pontifex templi fuit: qd̄ salomon edificauit: post eum filius achimaas in eius honore successit: post achimaā zarias: post hunc autem ioram ꝛ post eum anxi ioram: deinde fideas: post fideā sudeas: post hunc hilus: hilo vero successit ioathan: cui rursus vrias: vrie vero nerias: post neriam odeas fuit: post hunc sallom: deinde helchias post hunc zaroch: ꝛ post hunc fuit iosedech: qui captiuus in babiloniā ductus est. Isti itaq; oēs in pontificatum filiꝰ patri per ordinem successerunt: Veniens autem in babiloniam rex: sedechiaȝ habuit donec ad vixit in carcere. Quem dum regaliter sepelisset: vasa que in hierosolymorum templo fuerat depredatus: diis dicauit suis: ꝛ populum in babiloniorum regiōe constituit: pontificem vero soluit a vinculis.

Capituluꝫ.XI.

Ecce immunitas ecce et sacerdotũ eius.

Edictum

Epla.

tas eos legibus proprijs vti: et cum eos ad predicta loca migraueris: ad edificandas sibi domos locum vnicuiqz distribui: terramqz colendam dari: et vitium plantatiões et tributa fructuum terre concedere per annos decem. Accipiant vero vsquequo fructus colligant triticum ad cibum seruorum quod eis sufficiat: vt nostram impetrãtes clementiam: proniores seipsos erga nos prebeant. Preterea prouidentiam faciens eorum gentis secundum possibilitatem: quatenus a nullo molestiam patiantur. De amicitia quidem magni Antiochi et iudeorum: hec a nobis pro testimõio dicta sint. Postea vero vt amicitiam et fedus Ptolomeus cum antiocho composuit: dedit ei filiã suam cleopatram ad nuptum: concedens ei humilem Syriam: et samariam: et iudeam: et Phenicem dotis nomine. Diuisis autem in vtrunqz regẽ tributis: vnusqsqz sublimissimus patrie sue colligens vectigalium summam statutã regi offerebat. Eodem vero tempore samarite infeliciter agentes: multa contra iudeos mala fecerunt: terramqz eorum depopulantes: multos inde captiuos trahebant: que facta sunt sub principe sacerdotum Onia. Nam defuncto Eleazaro principatum sacerdotij patruus eius manasses suscepit: cuius post finem vite Onias eo in honore successit filius existens Simonis: cognomine iusti: qui Simon frater Eleazari: sicut prediximus: erat.

Capitulum. IIII.

Es autem Onias paruulus mente: et pecunijs auarus existens: pro populo regibus vectigal: quod patres eius ex proprijs dabant id est viginti talenta pecuniarũ non reddens ad irã regẽ Ptolomeuz commouit: qui et legatum transmittens ad hierosolymam: culpabat Oniam non reddentem tributa: et intermi nabatur: vt si non acciperent tributa: terram eorum ad iugera metiretur et mitteret ad habitandum illic milites. Audientes vero mandata regis iudei turbabãtur: hunc autem Oniam nihil horum flectebat propter auariciam suam. Ioseppus autez quidam iuuenis etate: sed propter castitatem et suam prudentiam iustitie gloriaz habens apud hierosolymitas: patre Tobia: et ex sorore Onie principis sacerdotum progenitus: mandante matre legati presentiam: dum ille esset ad ficulam vicum: vbi natus erat: veniens in ciuitatem increpabat sacerdotem: non prouidentem innocentie ciuiũ: sed ad pericula mittere volentẽ gentẽ propter pecuniarum priuationez: dum per ipsum populũ dignitatẽ accepisset: et pncipatũ sacerdotalis hõris ipetrasset. Si ãt cupiditate haberet pecunias: ita vt propter ipsas et periculum fieri patrie: et ciues suos afflictos videre pateretur: suadebat ei ad regem ire et petere: vt ei aut omnes pecunie aut pars concederetur. Tunc Onias neqz principatum velle se gentis habere respõdit immo et sacerdotalem honorem si esset possibile paratum se esse deponere: ne tantuz ad regem accederet. Et dum nihil ad se de his pertinere dixissz: ioseppus interrogauit eum: si sibi concederet legationem ad Ptolomeum gerere pro gente. Cunqz cõcessisset Onias: ascendit ad templum ioseppus: et conuocata multitudine ad contionem nihil turbari eos vel timere suadebat propter auunculi Onie circa eos negligẽtiam: sed rogabat: vt deponerent cordis mesticiam: qua pro regis mandatis affligebantur. Nam legationem facturum se ad regem promisit: vt flecteret eum: quo nihil iniquitatis in eos efficeret. Multitudo quidem hec audiens: Ioseppo gratias egit: ipse autem a templo descendens: in hospitium suscepit Ptolomei:

legatum: donauitq; ei magnificentissima munera: et per multos dies munificentissime eum pauit: et ad regem remisit: promittens ei vt et ipse sequeretur. Nam pronior factus erat proficisci ad regem legato inuitante: et concitante eum ad Egyptu͂ peruenire: et promittente omnia que a Ptolomeo peteret per se eum impetraturu͂: quia modestiam morum eius nimis amabat. Cunq; legatus ad Egyptum peruenisset: et regi nunciasset indeuotionem Onie: et vtilitatem Joseppi: quem venturum ad eum dicebat: et satisfacturum pro excessu Onie: qui etiam regem patronum esse confideret: tanta laudum magnitudine pro adolescente vtebatur: vt regem et vxore͂ eius cleopatram prius familiarem faceret habere ioseppum q; eum haberent presentem Joseppus autem mandans amicis ad Samariam: et mutuam ab eis accipie͂s pecuniam: et parans conuenientia profectioni: vestes et pocula et subiugalia: que omia ad viginti milia dragmas essent ad Alexandriam vsq; peruenit. Contigit aute͂ per illud tempus omnes primatus et magistratus ascendere ciuitates Syrie et Phenice: vt vectigalium susciperent exactionem. Nam singulis annis potentibus per ciuitates eam rex committere consueuerat. Uidentes autem hi per viam ioseppum deridebant eius paupertatem et inopiam. Cunq; ad alexandriam peruenisset: in Memphis Ptolomeum esse cognouit: cui occurrere festinauit. Sedente autem super currum rege cum vxore et amico Athenione: qui cum legatione ad Hierosolymam destinatus: et a ioseppo hospitio clementer exceptus est. Uidens Athenio mox regi innotuit: dicens hunc esse: de quo ab hierosolymis veniens nunciauit: q; bonus inquit iuuenis et liberalis. Ptolomeus vero primus eum salutauit: et ascendere super currum fecit. Postquam vero sedit cepit rex Oniam accusare. Tu͂c ioseppus ait. Ueniam ei queso presta propter senectutem. Non enim vos latet q; senes et infantes eandem mentem contingit habere. A nobis autem redditur tibi ratio: vt ei penitus irasci non debeas. Gauisus autem rex de prudentia atq; beniuole͂tia iuuenis: plus eum quippe iam expertum diligere cepit: iussitq; in aulam regiam suscipi: et quotidie sue mense esse conuiuam. Cunq; venisset ad Alexandriam rex: videntes Syrie priores consedentem ioseppum: egre ferebant. Instante vero die quo suscipi habebant vectigalium solenniter exactiones diuersarum ciuitatum nobiles data pecunia sue patrie exigenda fiscalia conducebant: que vsque ad octo milia talenta humilis Syrie et Phenicis et iudee et Samarie colligebantur. Audiens ergo ioseppus culpabat eos qui conducebant: tanq; paruo munere exigenda regi vectigalia promisissent. Ipse aute͂ duplum dare pollicitus est: et fisci iuribus peccantium substantias applicare. Na͂ et hoc cu͂ vectigalibus tradebatur. Rex itaque libe͂ter audiuit q; ad eius erarium expectaret augmentum: et petente ioseppo confirmari sibi vectigalium conductionem interrogauit si s'm promissionem suam vades idoneos habere potuisset. Ille vero facile r͂ndit. Dabo inquit homines bonos et optimos de quibus confidas. Cunq; diceret rex: qui sunt isti vades: quos te dare promittis: ioseppus: te inquit o rex et tua͂ vxorem p vtraq; p'te spo͂sores prebebo tibi. Cuius verba libenter suscipiens Ptolomeus sine fideiussoris vectigalia eum habere p'misit. Quod factum nimis contristauit eos qui de ciuitatibus Syrie ad Egyptum venerant: q; simili non fuerant benignitate tractati: vnde cum magna confusione ad suas vnusquisque prouincias recessere. Joseppus vero accipiens a rege duo milia peditum: petiuerat enim aliquod auxilium vt vires haberet contra contumaces ac rebelles exigere: tunc mutua͂s p'pter expensas suas ab amicis regis q'ngenta tale͂ta de alexandria in Syriam est profectus: qui postq; venit in ascalona͂ vectigalia exigens ascalonitas quo͂ nihil dare volebant: sed etiam contumeliis eum grauib9 afficiebant: capiens priores ipsorum viginti trucidauit: et substantias eorum vsq; ad mil

le collectas talenta regis vtilitatibus applicauit: intimans ei que contigerunt. Mi ratus autem Ptolomeus prudentiam eius: & laudans que facta fuerant: permisit ei agere que vellet. Hec audientes Syri obstupuerunt ascalonitarum contumacie exempla: metuentes ciuitatibus suis: & ideo foribus ciuitatum reseratis deuotis animis aduentum ioseppi sustinebant. Nitentibus vero scitopolitanis contumeliis eum afficere: & vectigalia denegare que prius sine dilatione reddebant: borũ quoqꝫ priores interfecit: substantiasqꝫ eorum fisci iuribus applicauit. Colligens vero pecunias multas: & maximũ faciens lucrum ab exactione vectigalium abutebatur collecta pecunia: vt ei potentia permaneret: occasionem sibi: & causam felicitatis seruare putans ex his que congregauerat: & multa large regi & cleopatre vel amicis eorũ bona dirigebat patrocinia sibi eorum fauoremqꝫ concilians. Potitus vero hac felicitate per annos vigintiduos: & pater factus ab vna quidem vxore septem filiorum: habuit etiam ex filia fratris sui solini vnum nomine hircanum: quam accepit ex tali causa: cum fratre quondam Alexandriam pergens: ducẽte etiam secum filiam nuptiis iam maturam: vt eam coniungeret alicui sublimi iudeorum: dum apud regem cenaret: & intrasset Pantomima ad conuiuium concupiuit eam: fratriqꝫ nunciauit desideriũ suum: petẽs eum celare suum peccatum. Nam apud iudeos lege prohibetur alienigene conuenire mulieri: quapropter petebat vt fideliter causam eius cupiditatis expleret. Frater autem eius libenter ministerium suscepit: ornansqꝫ suam filiam: nocte adduxit ad eum & collocauit. Ille ex ebrietate nesciens veritatem cum fratris filia concubuit: quo sepius facto valde dilexit eam: dixitqꝫ ad fratrem ꝙ vita eius periclitaretur si rex ei minime concederet Pantomimã. Fratre vero petente nihil eum debere metuere: quia dicebat ei frui muliere vxoremqꝫ habere: & veruꝫ aperiens ei: ac dicens magis se velle filiam iniuriam sustinere ꝙ̃ illum videre ad cõfusionem detestabilem peruenire: laudans eum Joseppus de concordia fraternitatis filiam eius duxit vxorem & filium ex ea genuit hircanum vt prediximus. Qui cũ adhuc tertiumdecimum annum agens demonstrabat naturalem fortitudinẽ & prudentiam: vt etiam acerbam emulationem fratribus suis excitaret. Joseppo vero volente cognoscere quis de filiis suis virtute melior existeret: vnumquenqꝫ ad doctorũ sublimiũ studia destinauit. Et ceteri quidẽ desidia disciplinarum indocti fatuiqꝫ redierunt. Post illos autem adolescentulum hircanum direxit: dansqꝫ ei trecenta iuga boum: transmisit viã duorũ dierũ ad solitudinẽ seminare: celans lora quibus ligarẽtur: que nõ habẽs hircanus: aratorũ quidẽ sententiam reprobauit suadentium: vt ad patrẽ mitteret quosdã deferre lora. Tẽpus autẽ non arbitratus non oportere se ꝑdere dum expectaret illos qui transmittẽdi erant: excogitauit virile quoddã & maiꝰ etate sua. Occidẽs.n. decẽ iuga: carnes quidẽ operariis distribuit: pelles vero eorũ incidẽs retinacula fecit: ꝑ que iuga ligauit: & hoc modo seminans terrã quam ei ꝓcepe rat reuersus ẽ ad eum: quẽ pater suscipiẽs nimis dilexit propter prudẽtiam & argutiam mẽtis: & fiduciam eius laudans tanqꝫ solũ proprium filium diligebat: pp quod frẽs eius ꝯtristabant̃. vt vo nunciauit quidã ioseppo ꝑ illud tẽpꝰ filiũ regi ptolomeo genitũ: & ꝙ omẽs ꝓcres syrie: & subiectarũ ꝓuinciarũ celebrarẽt natalis pueri diem: cũ apparatu maximo ad alexandriã ire ipso quidẽ senio ꝓhibebat̃: filios auteꝫ iter rogauit quis illorũ ad regẽ vellet ire: maioribus vero recusãtibus: & ad tales conuẽtus indoctos se eẽ dicẽtibus: fratrẽqꝫ hircanũ posse ad regẽ ire firmantibus consuluit eum. Qui cum se promisissꝫ iturum: dicens se in via non multas opus habere pecunias: dum soleret bibere modeste: & ei decem milia dragme habunde sufficerent: gauisus est de sobrietate filii. Deferens autem parum puer patri suadebat dona quidem exinde ipsi regi non mittere: dare vero epistolam ad dispensatorem

Hircanꝰ prudens filius

in alexandriam: quatenus ei preberet pecunias ad comparationem eorum que optima vel preciosa poterat invenire. Qui opinatus decem talenta sufficere ad sumptum regij muneris: filium collaudans: vt bene admonentem scripsit dispensatori Arioni qui omnes per Alexandriam eius dispensabat pecunias: non minus tria milia talenta existentes. Nam Joseppus a Syria pecuniam ad Alexandriam mittebat. Et constituto die veniente: in quo assignari regi oportuisset. Arioni scribebat: vt eas redderet. Igitur Hircanus suggerens patri: accepit epistolã ad Alexandriamq̃ perrexit. Egresso autẽ eo fratres eius scribunt omnib⁹ regis amicis: vt eum occiderent. Qui vt peruenit ad Alexandriam: porrexit Arioni epistolam. Quo interrogante eum/quanta vellet accipere talenta: nam sperabat eum querere decẽ tantum: aut bis pauco plus: cumq̃ dixisset mille opus habere/iratus increpabat eum: quasi volẽtem luxuriose viuere: et dicebat quẽadmodũ pater eius substantiam collegisset labore vel abstinentia: et imitatorẽ fieri genitoris inuitabat. Dare aũt non plus nisi decẽ talẽta se dicebat: et hec ad regiã donationẽ. Tunc furore cõmot⁹ adolescens in vincula arionẽ misit: cuius vxor ad cleopatram demandans petijt quatenus puerum increparet: nam valde arion apud eam honoribus precellebat: quod etiam ad regis notitiam cleopatra perduxit. Itaque Ptolomeus ad hircanum mittens admirari se dicebat q̃ a patre ad se transmissus non eum vidisset: insuper et dispensatorem ligasset. Venire ergo eum: et causam sibi pro qua veniret indicare precepit: quem ferunt nuncio regis ita respondisse: legem esse penes iudeos: que prohibet communes epulas prius attingere: q̃ in templo dei immolare. Et ideo distulisset ne sine donis a patre transmissis ad regem perueniret. Propter hãc causam non ad eum venisse: seruum autem punisse non obsecutum iussionibus suis dum nihil distaret inter magnum et minorem dominum: sed si taliũ contumacia nõ emendatur: et tu inquit spera similiter a subiectis contemni. Que Ptolomeus audiens ad risum conuersus magnanimitatem adolescentis miratus est. Cumq̃ audisset Arion q̃ ita rex responsum accipiens nullum ei auxilium preberet: dedit adolescenti mille talenta: et a vinculis est solutus. Tres vero differens hircanus dies/regem reginamq̃ salutauit: quem illi libenter suscipientes viderunt: et amicabiliter pauerunt propter honorem patris. Qui latenter ad negociatores accedens comparauit ab eis pueros centum litteras scientes vnumquenque talento vno: et centũ virgines singulas eodem precio. Cumq̃ inuitatus ad regis conuiuium discubuissẽ cũ prioribus prouinciarum: vltimus omnium et tanq̃ puer ab his qui loca s̃m dignitatem habebant contemneretur. Cunque omnes conuiue regis ossa ciborum ante hircanum in mensa proijcerent: ipso tacente Trifon qui ad conuiuia et ad risus conuiuarum erat aptus: rogantibus se conuiuis iuxta mensam assistens regi ait. Vides domine anteposita ossa Hircano. Ex hoc conice q̃ et pater eius sic omnem Syriam denudauit: quemadmodum hec ossa iste carnibus expoliauit. Ridente vero ad verba Trifonis rege: et interrogante Hircanum: cur tanta ante eum ossa iacerent: apte inquit domine: nam canes semper ossa cum carnibus deuorant: sicut isti fecerunt. Idem de accumbentibus dicens: quoniam ista ante eos minime ossa iacebãt homines vero carnes comedunt: ossa autem iactant: quod et ego tanq̃ homo nũc feci. Rex autem miratus eius responsum tam sapienter dictum/omnes plaudere iussit: verbum eius laudantes. Postera vero die ad vnumquenq̃ regis amicum pergens: et ad potentes aule hos quidem salutabat: famulos autem interrogabat: que dona daturi sunt regi die natalis filij eius. Illis vero dicentibus: quosdam decẽ daturos talẽta: alios autẽ nobiles pl⁹ s̃m magnitudinẽ substantie sue: cõtristari se simulauit quasi nõ valẽs talẽ donationẽ offerre: nã pl⁹ q̃ q̃nq̃ talẽta se ñ hr̃e affirmabat:

Hircani astutia

quod serui audiētes dominis nunciauerūt: qui gauisi sūt sperātes iosepp̄ū regē of fēdere: pp mūerū paucitatē: instāte vō die ceteri qdē regi offerētes taleta ñ pl⁹ vigīti: q magnā videbātur offerre munerū quantitatē. hircanus: quos cōparauerat pueros centū ꝛ virgines totidē: vnicuiqꝫ dans talētum portare: obtulit pueros quidē regi: pu ellas autē cleopatre regine: omnibus mūerū magnificētiā admirantibus ꝛ ipsis re- gibus ꝛ amicis eorū: insup ꝛ regis seruiētibus: quia digna dona multis talētis obtu lisset: vnde ēt ꝛ mortis periculū declinauit hircanus: que fratres eius zelo ducti pa- rauerunt. Tunc ptolomeus magnanimitatē adolescētis miratus impabat ei donati onē quā vellet accipere: ille nihil plus petiuit ab eo in se fieri q̄ꝫ vt patri eius scripta dirigeret. Honorās ergo liberaliter: ꝛ donatiōes copiosas prestās patri ꝛ fratribus ꝛ oībus magistratibus scripta transmisit. Audiētes autē fratres eius hircanū a rege talia meruisse: magnoqꝫ cū honore redeuntē in occursū eius se egredi simulantes in terficere illū etiam patre sciēte omnimodo decreuerūt: irascebatur. n. ei pater ꝑpter pecunias quas regi obtulerat: ꝛ nō curabat salutē eius. Et irā quidē quam circa fi- lium ioseppus habebat regē timēs celabat. Cōmittētibus vero aduersus eū fratrib⁹ pugnā: multos eorū qui eos sequebant̄ occidit cū duobus fratribus suis. Ceteri āt ad patrē hierosolymā confugierunt: qui postq̄ꝫ ad ciuitatē vēit nullo se suscipiēte di- scessit trans iordanē fluuiū: vbi remoratus vectigal a barbaris exigebat. Per idē āt tempus regnabat in asia Seleucus qui Sother noiabat̄ filius magni Antiochi: tūc moritur ꝛ pater Hircani ioseppus vir bon⁹ ꝛ magnanimis qui populū iudeorum a pauptate ꝛ debilitate ad clarissimas rerū causas vsqꝫ pduxit: is etiam viginti ꝛ duo bus ānis Syrie ꝛ phenicis ꝛ Samarie tributa dispēsauit. Defunctus ē vero ꝛ auū culus ei⁹ Onias principatū sacerdotij simoni filio derelinquēs. Capitulū. V.

Mortuo quoqꝫ ꝛ isto: fili⁹ eius Onias in hōrē successit: ad quē rex lacedemo niorū aruis legatiōem direxit ꝛ epistolas: quarū huiusmodi cōtinebat̄ exē plar. Rex lacedemoniorū aruis Onie salutē. Legentes scripturā aliquam (margin note: Epistola)
inuenim⁹ ex vno genere iudeos ꝛ lacedemōes extitisse: ꝛ familiaritatē cū abraā so tialiter habuisse. Iustum est ergo cum fratres existatis transmittere ad nos ꝛ petere que vobis necessaria iudicatis: faciēmus vero ꝛ nos idem ꝛ vestra propria simul: ꝛ no (margin note: faciam?)
stra cōmunia reputamus. Portitor litterarum dimotilis epistolas vobis defert qua drangulo scriptas signaculum habentes aquilam: draconem vnguibus deportantē. Epistola igitur a lacedemoniorum rege destinata textum huiusmodi cōtinebat. De functo autem ioseppo populum contigit seditionem pati propter filios eius. Nam maioribus bellum gerentibus contra hircanum vltimū filiorū ioseppi: dissensit ab inuicem multitudo: pluresqꝫ maioribus auxilium ferebant cum principe sacerdotū Simone qui cognatus eorum ꝛ affinis extabat. Hircanus autem redire quidē ad Hierosolymam minime iudicauit. Sedens vero trans iordanem frequēter arabas debellabat. Edificauit ergo turrim fortissimam ex lapide albo construens eam ꝛ totam vsque ad terram sculpsit animalibus diuersis: ꝛ in circuitu fecit magnū ꝛ al tum euripum: id est piscinas. Ex petra autem contrapositi montis cuius incidens (margin note: Euripus. piscina.)
sinistram extensionem speluncas multorum spatiorum in longitudinem ibi consti- tuit. Deinde domos quasdam in ea ad conuiuia ꝛ somnum ꝛ conuersationem fe- cit aptissimam multitudini: cameratas etiam currentium aquarum delectatiōe gra- tissimas ad ornamentum totius aule. Ostia vero speluncarum aperuit minora: vt v- nus ꝛ non multi per ea possint intrare: ꝛ hoc custodie gratia condidit: vt obsessus a fratribus minime periculo subiaceret. Insuper edificauit ꝛ atria magnitudine ex- cellētia: ꝛ paradisis ornauit egregijs: ꝛ talē pficiēs locū tyrū eū noiauit: q loc⁹ ē iter a- rabiā ꝛ iudeā posit⁹ trās iordanē nō lōge a Sebonitide regiōe: pfuit ergo pribus illis p

annos septez oi tpe: quo seleucus syrie regnauerat. Hoc eni iā defuncto: post frater eius Antiochus: q epiphanes vocabat regnum obtinuit. Moritur etiaz Ptolomeus rex egyptiorū: qui similiter epiphanes nūcupabat: relinquēs duos filios minores etate: quorū vnus qui τ maior erat Philometor dicebat: minor vero Fiscon. Hircanus autē videns magnā Antiochii virtutē habentē: τ timens ne tentus ab eo tormentis afficeret pro his que ↄtra arabas egerat: vitā proprie manus internitione ↄclusit: cuius substantiā antiochus suis cōmodis applicuit. Capitulū. VI.

Per idē tēpus defuncto Onia principe sacerdotū: fratri eius antiochus sacerdotij ↄtulit principatū. Nā filius quem onias reliquerat adhuc infās erat. Demonstrabimus autē singula in loco proprio que ad hunc puerū ptinere videbunt. Jesu vero nā hic frater erat onie principatū sacerdotij rex abstulit iratus: τ dedit eū iuniori fratri eorum noie onie. Symoni aūt tres filij hi fuerunt: qui ad tres principatus sacerdotij sicut prediximus puenerūt. Et iesus quidē iasonē se noiauit. Onias autē menelaus ē nuncupatus. Seditionē itaqꝫ prius pricps sacerdotum iesus aduersū menelaū concitauit: τ diuisa in vtrunqꝫ populi multitudine: pro pte menelai filij tobie constabāt qlis consistebāt: populi vero ps pluria iasonem adiuuabat Unde τ laborātes menelaus τ filij tobie ad antiochū discesserunt: ad noticiaz ei⁹ pducētes q̄ vellēt patrias reliquere leges: τ ↄuersationē τ mores obseruare grecoruz Rogauerūt ergo eū vt pmitteret eis edificare gimnasiū hierosolimis. Cumqꝫ cōcessisset circūcisionē suā velauerunt: vt nō apparerēt in denudatiōe grecis eē dissimiles: ceteraqꝫ oia relinquētes: que illis mos patrius ipōebat: aliorum facta gētiū ritusqꝫ seqbant. Antioch⁹ aūt pro suo feliciter impio exercitū ducere deliberauit ad egyptū tract⁹ desiderio ei⁹ ↄtēnens filios Ptolomei vt debiles: ac nequaqꝫ tāta negocia regere pualētes. Perueniēs igit cū magna virtute ad pelusiū: τ dolo philometorē ptholomeū circūueniēs egyptū occupauit. Et cuz adijsset loca mēphitice ciuitatis: eā capiēs ↄtra alexādriā vt obsidēdo ptolomeuz capet ābulauit. Expulsus vero ē: nō ab alexādria tātū sꝫ etiā a toto egypto: romāis sibi denunciātib⁹ vt discederet a prouincia: sicut pri⁹ τ alibi demōstrauim⁹. Exponā ergo p ptes de hoc rege: quēadmoduz iudeā τ tēplū pariter occupauit. Nā in pria mea ↄscriptiōe capitulatim eorum mēoriā feci: nūc necessariū putaui ad certiorē eorum narrationē denuo remeare. Reuersus ergo propter romāorum timorē ab egypto rex antioch⁹ ad hierosolimorum ciuitatez ducit exercitū: quo pueniēs āno cētesimo q̄dragesimotertio: p⁹ regnuz primi seleuci centesima qnq̄gesimatertia olipiade: vicesimo τ qnto die mēsis casleu quē macedōes appelleon noiant: capit eā sine ↄflictiōe cuiuspiā: apientib⁹ ei portas his qui voluntati ei⁹ ↄsentiebāt. Ingressusqꝫ ciuitatē hierosolimorum multos interemit sibi ↄtraria sapiētes: necnō etiā eos q portas apientes ciuitatē ei tradiderūt: propter tēpli diuitias interfecit: multasqꝫ ab eo auferēs pecūias ad ātiochiā reuers⁹ ē. Postq̄ ergo expoliauit tēplū ita vt vasa dei asportaret τ lucernas aureas: τ arā aureā: τ mēsā: τ sacrariuz neqꝫ de velis abstinuit: q̄ ex bisso τ cocco erāt. Exhauriēdo autez τ thesauros nihil penitus relinquens: ad maximū iudeos luctū propter hec vsqꝫ pduxit. Nā τ quotidianas imolatiōes quas deo sm leges offerebāt celebrare prohibuit. Depredās vero totā ciuitatē: quosdā interfecit: alios captiuos cū vxorib⁹ τ filijs deduxit: ita vt nūerus multitudis captiorum vsqꝫ ad decē milia existere videret. Incendit etiā optia eius loca: τ deponens muros arcē edificauit in interiori pte ciuitatis: naz alta τ eminētior erat prius a templo: τ propter hoc muniens muris altis τ turribus custodiā macedonū ibi disposuit. Manebāt etiā in arce nihilominus hoies impij τ moribus maligni a quib⁹ ciues multa τ acerba subinde patiebant. Edificans vo τ i sacrario arā: sup eā porcos imolauit: hostias non legittimas: nec patrie religioni iudeorum congruas.

Scelestissimus Antiochus

Coegit itaq3 eos relinquētes religionē patriam idolum venerari:edificare etiam in vnaquaq3 ciuitate ⁊ vico templa deorum:⁊ aras collocātes imolare super eas porcos omni die precepit:⁊ ne quis circūcideret:aut ne filij eoꝝ. Interminat⁹ est ⁊ tormenta grauissima:siquis preter hec facere inueniretur. Caplm VII.

Constituit itaq3 prepositos:qui cogerēt impalia mandata perficere. Et multi quidem iudeorum sponte:alij vero ꝑpter timores imminētes:regis precepta sequebant. ꝓbatissimi autē ⁊ generosi:detestabile facin⁹ execrantes:patrijs legibus adheserunt. Propterea dieb⁹ singulis penis afflicti:⁊ amara passi tormenta trucidabant. nam ⁊ verberati:⁊ diuersis cruciatib⁹ fatigati:adhuc viuētes crucis patibulo figebant. Uxores vero ⁊ filios quos circūciderūt preter voluntatē regis laqueis suffocabāt:parentū eos ceruicibus illigātes. Nam ⁊ si apud aliquē volumē inuentum fuisset sacrum:aut lex:⁊ is quoq3 crudeli sorte moriebat. Uidentes samarite iudeos hec pati:dereliquo negant se neq3 cognatos ipsoꝝ:neq3 templū super garizim maximi dei vt prius esse fatebantur:consuetudinē sue facientes nature: de qua superius constat expressum:sed dicebant se medoꝝ psarumq3 colonos. Mittentes ergo ad anthiochum legatos ⁊ eplam:que subter sunt scripta significauerūt Regi anthiocho epiphani relatio a sichimitis sidonioꝝ. Nostri maiores ꝑpter crebras ꝓuitie pestilētias secuti priscā quādā superstitiōem: cōsuetudinē fecerūt:colendi que dicit apud iudeos sabbatorū dies:edificātesq3 sine numine in garizim monte tēplu3 offerebant in eo deuotas imolationes. Uobis aūt malignitatē iudeoꝝ digne rependentibus:veniētes iudices vestri:⁊ arbitrati per cognatiōem illorū nos eadē facere: similibus nos penis afficiūt:dum ab initio sidonij esse noscamur qd manifestū eē publicis constat annalib⁹:petimus ergo te beneficium ⁊ saluatore3 denūciare appollonio nostrarum partiū iudici ⁊ nicanori regalia tractanti negotia:vt nihil nos debeant molestare:quasi iudeis aliqua supstitione coniūctos:cum genere ⁊ morib⁹ab eis ꝓbemur alieni. Templum vero edificatū:qd adhuc sine cuiusq3 dei noie constat:greci iouis illud appellatiōe petim⁹ dedicari. Quo facto:vitam⁹ importunas molestias sustinere:operibusq3 sedulo vacantes:tibi soluimus redituū quantitatē. Hec petētib⁹ samaritis:rex ista rescripsit. Anthiochus rex nicanori. Sichimite sidonij porrexerunt mihi publicam relatiōem. Sed quia cogitantib⁹ nobis de statu regni cū amicis:docuerunt ab eis missi. ꝙ criminibus iudeorum in nullo ꝓbant esse pticipes:quādo moribus grecorum viuere potius elegerunt:absoluim⁹ eos a iudeorū pena nocētium:⁊ templū eorum queadmodū petierunt greci iouis appellatiōe dedicet. Eadem ⁊ appollonio partiū iudici scripsit:sexto ⁊ quadragesimo anno. mense ecbato octauodecimo die. Eodem tempore erat habitans aliquis in modin vico iudee nomine mathathias. filius Johānis. filij Simonis. filij Samoni:sacerdos de vice Joab hierosolimitis. Erant autē ei filij quiq3. Johānes qui vocat gaddis. ⁊ Simō qui dict⁹ est Thasi. ⁊ Judas:qui vocabat machabeus. ⁊ eleazarus. qui dictus est aphus ⁊ aharon qui dictus est Jonathas. Iste ergo Mathathias plangebat apud filios statum rerum:⁊ ciuitatis rapinā ⁊ templi nuditatē:⁊ calamitates plebis: dicebatq3 melius illi esse: ꝑ patrijs mori legibus:q3 ita sine gloria viuere. Uenientibus aūt ad Modin villam a rege directis:vt cogerēt iudeos facere:que precepta videbantur a rege:⁊ iubentibus illic cōstitutis idolis imolare:sm regis iussiōe3:⁊ primū Mathathiā:qui doctrina vel fama glorie reliquos anteibat sacrificare ꝯpellentibus Mathathias recusabat hoc facin⁹ dicens. Licet alij omnes iussiōibus antiochi ꝑ timore obtemperent:mihi tamē ⁊ meis filijs tale scelus nullatenus imponitur. Cunq3 tacuisset accedens quidam ex iudeis imolauit in medio sicut precepit Antiochus:iratusq3 mathathias irruit sup eum cū filijs suis habētibus gladios:eiusq3

epla

Sanj e p patrijs mori legibus quam sine glo. viuere.

sanguinem super aram effudit: et iudicem regis Apollonium qui eos ad talia cogebat: cum suis paucis militibus interemit: et aram deponens clamauit. Si quis emulatur patrias leges et dei religionem: sequatur me. Et hec dicens: cum filijs ad solitudinem exijt: relinquens omnem suam possessionem. Idem multi facientes cum filijs et vxoribus ad solitudinem confugerunt. Audientes vero ista iudices regis: auxilia conuocantes que in arce hierosolymorum pro custodia permanebant: prius quidem conabantur verbis eos flectere: vt ad penitentiam peruenirent: et eligerēt potius illa que prosunt: ne aliqua necessitate cogente eis tanq̄ hostibus vterentur. Quibus non accipientibus verba: sed contraria sapientibus: conflixerunt die sabbatorum: et sicut erant in speluncis ibi eos atroci incendio cremauerunt: dum repugnare ꝑpter diem festum noluissent: ne in malis suis honorem sabbati transgredi viderent. Nam vacare in eo nobis legitimum est. Mortui ergo sunt cum vxoribus et filijs in speluncis: globis fumiferis suffocati numero mille. Multi autē liberati sunt adiuncti mathathie: et illum sibi iudicem ordinauerunt: qui et sabbatis eos docebat pugnare dicēs. Quod si hoc non fecerint obseruantes legem: sibimetipsis erunt hostes: in illo die contra eos venientibus inimicis. Hoc dicens persuasit eis: et hactenus permanet nobis consuetudo pugnandi: etiam si tali die bella consurgant. Colligens ergo sibi Mathathias armatam multitudinem: aras deposuit ydolorum: et peccantes in eos quantos manu capere potuit interemit. Nam multi eius timore dispersi sunt ad gētes propinquas. Et pueros non circuncisos iussit circuncidi: expellens eos qui vt talia prohiberent fuerunt constituti. Cap. VIII.

Igitur eo magistrante vno anno: dum morbo grauissimo premeretur conuocauit filios suos: et circunstantibus. Ego quidem inquit o filij decretam proficiscor viam. Commendo autem vobis patrias leges obtestans: ne earum transgressores: sed potius custodes esse debeatis. Paterne vero voluntatis memores: ritus patrios custodite: et periclitantem antiquam consuetudinem restaurate: non seducti ab his qui sponte aut necessitate cadunt: sed digni meo instituto: omnem violentiam et necessitatem tollerando superate. Ita vos preparantes: vt si oporteat pro legibus grata mente moriamini. Scientes hoc quia deus tales non despiciet: sed vestram virtutem inspiciens reddet vobis et libertatem: et tribuet quandoq̨: vt cum securitate vestris moribus perfruamini. Nam corpora nostra mortalia et temporalia sunt: factorum vero monimenta immortalitatis ordinem consequuntur. Quod desiderantes/vos decet appetere gloriam: que nullo sit fine claudenda. Concordiam vō vos habere commoneo: et in quo aliquis melior existit: altero cedente vobis inuicem proprijs ministrate virtutibus: et Symonem fratrem sapientia antecedentem vobis patrem putate. Et quicquid ille persuaserit custodite. Machabeum vero/militie(propter virtutem et fortitudinem)habebitis ducem. Nam gentem defendens: hostes viriliter expugnabit. Suscipientes viros iustos et religiosos: veritatem eorum fouete.

Ista filijs locutus est: deum orans adiutorem eis fieri. Et vt populo leges proprie conseruentur: fideli corde supplicans: viuendi finem communi sorte suscepit. Et sepelitur in Modin: magnumq̨ luctum omnis populus super eum peragens. Suscepit gubernationem rerum filius eius Iudas: qui et Machabeus centesimo et sexagesimosexto anno: et adiuuantibus se primo anno fratribus: ceterisq̨ religiosis: inimicos a prouintia expulit. Et transgressores legum paternarum iudeos occidit: et purificauit ab omni malo suam terram. Cap. IX.

Hec cum audisset Apollonius dux Samarie: colligens exercitum egressus est contra iudam. Ille autem occurrit ei: et committens cum eo pugnam vicit: et multos eorum interfecit. Inter quos et ducem Apolloniū armis exuēs interemit

Optima i filios instructio

Monimenta: non corpora ... facta secuntur.

multamq3 predam ab exercitu hostium auferens:discessit. Seron ergo dux inferioris syrie: audiens q multi transirent ad iudam: z magna iam virtute circunseptus ad bellum accederet: statuit contra eum dimicare: z colligens milites sub se constitutos: uel transgressores iudeos: contra macbabeum produxit exercitum. Perueniens vero vsq3 ad bethoron: vicum iude: ibi exercitum locauit. Judas autem occurrens ei: z confligere disponens: quia milites ad pugnaz videbat propter paucitatem z ieiunium desides: hortabatur dicens. Non per multitudinem vincendos hostes aut expugnandos esse credatis: sed pietate: z hoc euidentissimum habemus exemplum: maiores nostros: qui propter iusticiam z proprias leges certantes: multa sepius milia deuicerunt. Nam nullum lesisse maxima virtus extitit. Hec dicens: suasit eis contemnere multitudinem. Confligens ergo cum syris: duce eorum interfecto cunctos ad fugam vertit. Secutus autem eos vsq3 ad campum: cecidit octo milia: reliqui fugati: ad maritima loca discesserunt. Que audiens rex Antiochus: maximo furore commotus: omnem propriam virtutem congregans: z multos ab insulis mercede conducens: parabat circa veris initium dimicare contra iudeam. At vero militibus stipendia distribuens: vidit thesauros deficere: non eniz omnia vectigalia ei reddebantur propter sediciones gentium. Nam cum magnanimus esset: ei minime sufficiebant que dudum collegerat. Deliberauit itaq3 primum ad persidam ire tributaq3 prouincie congregare. Relinquens autem pro regni gubernatione quendam lysiam: gloriaz apud se maximam possidentez: ut regeret prouincias a fluuio eufrate vsq3 ad fines egypti z inferioris asye: z partem exercitus: z elephantes ei tradens precepit ei filium suum Antiochum diligenter nutrire: z vastare iudeam: z habitantes in ea ducere captiuos: z euertere Hierosolymam: z genus eorũ omnino disperdere Hec quidem precipiẽs Lysie rex Antiochus: abyt ad persidam: centesimo z quadragesimoseptimo anno: z transiens eufraten ad superiores ascendit prouincias. Capitulũ. X.

Lysias vero eligens Ptholomeum dorimenis z nicanorem: z gorgiam viros potẽtes amicos regis: z tradens eis peditũ quadraginta milia: equitũ vero septem milia: transiyt contra iudeos. Qui vsq3 Emaus ciuitatem venientes: in campo exercitum locauerunt. Superuenerunt vero eis ad auxilia de syria uel a finitimis locis: z multi transfuge iudei: necnon z negociatorum quidam sperantes iudeorum se emere captiuos: argentum z aurum pro eorum precys deportantes. Exercitum autem z multitudinem aduersariorum iudas intendens: suadebat suis militibus confidere: hortabaturq3 spem victorie in deum habere: z ut patria lege eum saccis induti rogarent: z solitum habitum petitionis ostendentes supplicarent: quatenus preberet eis contra inimicos auxilium. Quo facto disponens eos secundum antiquum z patriũ modum per millenarios z illos dimittens: q pauloante vxores duxerant: z eos qui possessiones pauloante acquisierant: ne pro eorum desiderio minus audacter pugnarent: residuos talibus hortabatur affatibus. Tempus quidem vobis non aliud inquit necessarium est o socy: nisi ut fortiter contemnatis pericula. Nunc enim licet viriliter certando accipere libertatem: quam z propter se ipsam vobis caram: z pro diligentia colendi deum plus desiderabilem esse confido. Tanquam ergo in hoc solo vobis positis: ut accipientes eam felicem z beatam renouetis vitam: z ut scđm leges z consuetudines conuersemur: agite ne forte per negligentiam vestram iudaice gentis semen intereat. Ita ergo pugnate: mortem pro maximo lucro putantes: ut si viceritis cum libertate z patrys legibus eternam gloriam conquiratis. Parate ergo vos crastina die: audacibus animis bellum pro lege patria cõmittentes. Judas quidẽ incitans socios: ita locutus est Posthus

Non vincunt hostes in multitudine

Bona consultatio

vero transmittentibus Gorgiam cum quingentis peditibus et mille equitibus: quatenus per noctem irruerent super Judam: et ad hoc preuios eis dantibus aliquos de fugientibus iudeorum. Sentiens filius Mathathie: statuit et ipse/castra hostium latenter inuadere. Cumque cenasset: focos plurimos derelinquens: tota die proficiscens: in aduersariorum castra ad locum Emaus peruenit. Gorgias autem exploratus castra iudeorum: nec eos inueniens arbitratus in montibus eos discessisse: vbi essent querere decreuit. Lucescente vero die apparuit hostibus in Emaus Judas cum tribus militibus plus: minus armatis vtcunque propter paupertatem. Qui respiciens aduersarios optime septos: et studio militari dispositos: inuitauit iudeos dicens: etiam nudis corporibus pugnare debemus: et deum inuocare: qui sepius nos inermes contra plures et armatos victoriam fecit acquirere. Sermone finito iussit tubicines clangore significare militibus suis: quatenus inopinatos hostes inuaderent. Quorum multos resistentes occidit: reliquos persecutus est vsque ad Gazara. Et campos idumee: et Azoti: et iamnie. Prostrati sunt autem tria milia eorum. Judas ergo iubebat militibus suis hostium predam contemnere: dum adhuc certamen eis et pugna Gorgie superesset: quibus expugnatis esset prede licentia. Adhuc eo dicente hec ad milites: respexerunt illi qui cum Gorgia erant: exercitū quem in castris reliquerunt esse deuictum: castraque incensa. Nam fumus a longe eis que acciderant indicabat. Ut ergo hec ita esse qui erant cum Gorgia cognouerunt: et eos qui cum Juda erant ad aciem paratos attenderunt: mente ad fugam conuersi sunt. Judas autem sine pugna deuictis Gorgie militibus: reuersus tulit hostium spolia: multumque aurum et argentum: et purpuram et iacinctum auferens: ad propria remeauit cum letitia: laudans deum de his que potuit obtinere. Nam hec victoria desideratam eis contulit libertatem. Tunc Lysias confusus de perditione exercitus quem direxerat: statim alia sexaginta electorum milia peditum: et quinque milia equitum congregans: venit protinus ad iudeam. Et ascendens super montana Bethsure: villam iudee castrametatus est. Occurrit autem ei cum decem milibus Judas Et multitudinem hostium videns: adiutorem sibi deum fieri postulauit. Et confligens cum precursoribus aduersariorum: sine aliqua dilatione superauit. Prosternensque quinque milia eorum: factus est reliquis in timorem. Attendens ergo Lisias audaciam iudeorum: quia parati sunt mori: nisi eis viuere cum libertate licuisset: et timens eorum desperationem tanquam fortem: colligens residuum exercitum redijt ad Antiochiam: et remorabatur ibi presidia congregans peregrinorum: vt cum maiori expeditionis apparatu contra iudeos venire potuisset. Totiens igitur victis Antiochi regis ducibus. Judas contionem faciens suadebat: vt post tantas donatas sibi a diuina dispensatione victorias: ascenderent ad Hierosolymā et templum ab ydolis expiarent: legitimasque hostias imolarent. Qui dum cum tota multitudine ad hierosolymam peruenisset: templum desertum inueniens: et incensas portas: et siluas in templo per longam solitudinem pullulasse: Lugere cepit cum proprijs socijs pro templi visione. Eligens autem quosdam milites: iussit eis expugnare eos qui arcem custodiebant. Dum ipse templum a ruine feditate purgaret. Quod diligenter emundans: introduxit noua vasa: candelabrum: et mensam aramque ex auro factam. Recomposuit autem et vela in ingressu: et ianuas ipsas restruxit. Deponens quoque altare: ex lapidibus nouis aliud edificauit. Quinta vero et vicesima mensis Casleu: quem macedones Appelleon vocant: accenderunt lumina super candelabrum: et adoleuerunt holocausta in nouo altari. Hec autem facta sunt post tres annos: eodem die quo mutata est eorum religio ad prophanam ydolorum

vincit Gorgias.

Magna victoria Jude.

Judas · renouator hyerlm ·

consuetudinem. Nam templum destructum ab Antiocho: sic tribus annis permansit. Quinto ergo anno et quadragesimo et centesimo: in templo facta sunt hec: quinto et vicesimo die appellei: mensis olimpiade centesima et quinquagesimatertia. Renouatum vero est in eodem die quinto et vicesima appellei mensis: octo et quadragesimo et centesimo anno: olimpiade centesimaquinquagesimaquarta. Desolationem ergo templi contigit fieri scdm Danielis predicationem: quam ante quadringentos et octo annos predixerat: per quam significauit: quod macedones illud destruerent. Celebrauit itaque iudas cum ciuibus suis pro renouatione templi sacrificia per dies octo: nullum genus deliciarum relinquens: sed preciosissimis dapibus eos pascens; deum autem laudibus et psalmis glorificabant: sesequ mutuo cantibus delectabant. Pro renouatione vero solennium: post multum tempus insperata religione recepta legem posuerunt: ut posteri per octo dies hanc renouationem templi celebrarent. Unde et ab illo tempore hactenus hanc festiuitatem celebramus: vocantes eam lumina: eo quod preter spem hoc nobis splendidum lumen colende religionis apparuit. Murum autem in circuitu ciuitatis construxit: et aduersus incursiones hostium turres edificauit altissimas: custodes in eis deputans: sed et Bethsuram nomine ciuitatem muniuit: quatenus pro castello ea aduersus necessitates hostium vteretur.

Capitulū. XI.

HIs ita factis: gentes finitime pro reparatione uel fortitudine iudeorum hec indigne ferebant. Quapropter insurgentes: multos iudeorum per incursiones et insidias opprimebant. Aduersus quos frequenter bella Machabeus educens: ab icursionib⁹ et a malis que iudeis inferebāt eos arcere tentabat. Et super filios Esau idumeos adueniens per summitates: in ea multos eorum incendit: virosque prostrauit. Deinde contra ammanitas al's ammonitas perrexit: exercitum magnum habentes: quorum dux erat Thimotheus. Subijcientes autem et istos: azororum cepit ciuitatem et vxores: et filios eorum ducens captiuos et ciuitatē incendēs reuersus est ad iudeam.

Capitulū. XII.

AUdientes ergo eum vicine gentes reuerti: congregantur in galaditiden contrā iudeos sibi finitimos. Qui fugientes ad Theman castellum: transmiserunt ad iudam: mandantes ei quod festinaret Timotheus capere locum in quo confugerāt. Cumque legerentur epistole: a galilea nuncij quoque superuenerunt: indicantes congregari eos qui in ptholomaide: et tiro: et sydone: et alijs erant galilee gentibus. Ergo ex vtraque parte hostib⁹ nunciatis: cogitās iudas quid deberet fieri. Symonē quidem fratrem precepit tria milia electos accipere: et in solacium galileorum exire: ipse vero cum Jonathan fratre suo et octo milibus militum exiens in galaditiden: reliquit super ceterum exercitum Josephum filium Zacharie et Azariam: precipiens eis seruare diligenter iudeam: et cum nullo hostium bellum committere: donec ipse reuerteretur. Igitur Symon perueniens ad galileam et confligens inimicis: ad fugam eos conuertit: et vsque ad portas Ptholomaidis persequens: occidit tria milia eorum: et spolia tollens peremptorum: et captos ab eis iudeos: et sarcinulas eorum auferens ad propria remeauit. Judas vero machabeus et frater eius Jonathas: transeuntes iordanem fluuium: et viam trium dierum ambulantes: Nabutheos cum pace occurrentes inueniunt. Qui narrantes: que in galaditide contigissent: et quod multi eorum tribularentur per castella et ciuitates galaditidis: suadentesque ei properare contra alienigenas: ut possit a periculis iudeos eruere: flexus reuertitur ad solitudinem: et irruens primum super habitantes bethsurā: et oēm masculum etate validum trucidauit: et ciuitatem incendit. Facta autem nocte: nec

sic abstinuit. Sed profectus in castellum quo Timotheus iudeos obsidebat: ma-
ne ad eum peruenit. Et inueniens iam ad muros accedentes aduersarios: ⁊ quos-
dam scalas vt ascenderent apponentes: alios alia ferentes machinamenta: iussit tu
bicinem signum dare. Adhortatusq; milites pro fratribus ⁊ propinquis prono ani-
mo laborandum: in tres partes diuidens exercitum: hostes a tergo inuadit. Sen-
tientes ergo hi qui cum Timotheo erant: quia Machabeus est: experti iam prius
per bella virtutes ⁊ felicitates eius: ad fugam conuersi sunt. Secutus autem eos
Judas: interfecit octo milia eorum. Deueniens quoq; ad Modollam ciuitatem
alienigenam: cepit eam ⁊ omnes masculos interfecit. Ciuitatem vero ipsam incen-
dit: exiensq; inde Castomachi ⁊ Bosor: ac multas ciuitates Galaditidis euertit.
Interiecto vero tempore: Timotheus maximum preparans exercitum: aliaq; pre
sidia colligens: ⁊ Arabas mercede cōducens: venit trans torrentem prope Rephon
ciuitatem: exhortatusq; est milites dicens. Si pugnam cum iudeis commiseritis:
prono certate animo: neq; torrentem transeatis. Nam si transieritis: perditionem
vobisipsis imminere cognoscite. Judas autem audiens preparatum ad pugnam
Timotheum: cum vniuersis suis militibus festinabat ad bellum. Et transiens tor
rentem irruit super inimicos: ⁊ quosdam eorum occurrentes occidit. Alijs autem ti
mores incutiens: arma sua proijcere coegit. Quorum quidam ad locum qui dicitur
Graua fugientes: sperauerunt salutem. Judas vero ciuitatem capiens: eos in-
terfecit: ⁊ locum incendit: varia vsus specie ad hostium necem. Cumq; hec peregis
set: colligens eos qui in Galaditide erant cum vxoribus ⁊ filijs: ⁊ omni eorum sup
pellectile decreuit ad Judeam reuerti. Cum ergo venisset ad aliquam ciuitatem
que dicitur Efron in via positam: dum nec aliud iter pergere potuisset: nec reuerti
vellet: misit ad ciues in Efron rogans eos: quatenus licentiam darent ei per suam
ciuitatem transire. Nam illi portas lapidibus obstruxerunt: ⁊ exitus itineris occu-
pauerunt. Quibus minime acquiescentibus: Judas adhortatus suos circundedit
obsidione ciuitatem. Quam vna die vel nocte expugnans cepit: ⁊ omnem mascu-
lum in ea occidit: incendens totam. Quo facto per eam sibi viam apperuit vniuer-
sam. Tanta autem peremptorum erat multitudo: vt etiam super mortuos ambula-
rent. Transeuntes vero iordanem: venerunt ad magnum campum: cuius in pro-
spectu iacet ciuitas Bethsan al's Bethsamis: que grece dicitur Scitopolis. In-
de ad iudeam perrexerunt: cantantes ⁊ laudantes: ⁊ solitos pro victorijs ludos agē
tes. Ibiq; vbi immolauerunt sacrificia: gratias agentes pro his que peregerunt:
⁊ pro salute exercitus. Nam nullus iudeorum in his prelijs est defunctus. Jo- Josephus et Azarias.
seppus vero Zacharie filius ⁊ Azarias: quos presides reliquerat Judas: tempo
re quo Symon in Galilea Ptolomaidem expugnabat. Cum ⁊ ipse Judas cum
fratre suo ionatha in Galaditide debellarent: volentes ⁊ ipsi gloriam acquirere du-
cum fortissimorum. Omne sub se constitutum auxilium colligentes: ad Jamniam
venerunt. Et Gorgie duci iamnie occurrentes: prelioq; facto: duo milia suorum mi
litum amittentes: ad iudeam fugierunt. Euenit vero eis hec calamitas: quod non
obedierunt preceptis iude dicentis: vt contra neminem pugnam ante suum aduen-
tum committerent. Nam super omnes alios eius bellicos: tractatus in hoc miran
dus extitit: quod Joseppi ⁊ Azarie peccatum futurum predixerat: si transgerede-
rentur eius precepta. Judas autem ⁊ fratres eius pugnare contra idumeos non
cessabant: sed vndiq; eis imminebant. Et Chebron ciuitatem capientes: munimi
na eius deposuerunt. Et turres incendentes: depredabant terram omnem alieni-
genarum. Ad Maresan vero ciuitatem ⁊ Azotum venientes: tenuerunt eas: et

multa spolia exinde ducentes: ad iudeam reversi sunt. Capitulū.XIII.

Eodem tempore rex Antiochus superiorem prouinciā percurrens: audiuit ciuitatem persarum diuitijs excellentem Helimaidam nomine: preciosissimumqȝ templum in ea diane: ꝛ omni specie ornamentorum plenum: insuper ꝛ arma: ꝛ loricas: quas reliquisse ibi audierat filium Philippi regem macedonū alexandrū. Cōmotus ergo egreditur cōtra Helemaidā: ꝛ obsidebat eaȝ. His vero qui in ea erant minime territis impetu eius: neqȝ obsessione: sed pertinaciter repugnantibus: spe deceptus discessit. Nam exeuntes ciuitatem: fugauerunt ꝛ persequebantur eum vsqȝ ad Babyloniam. Ubi cum post multam suorum militūȝ amissionem venisset: quidam ei nunciauit ꝛ ducum perditionem: quos pugnare contra iudeos reliq̄rat: ꝛ creuisse fortitudinem iudeorum. Super priorem itaqȝ curam hoc crescente malo: incurrit ī egritudinē. Qua diu se al's eū tenente: ꝛ crescentibus passionibus intellexit ꝙ moreretur: conuocansqȝ amicos morbum suum eis atrocem indicauit: confessus hec ideo se pati: ꝙ iudeorum gentem affligens templum expoliasset: deumqȝ contempsisset. Quo dicto ilico expirauit. Unde miror polibiū magelopolitam: ꝙ vir bonus existens: dicit ideo perisse Antiochum: quia voluit templum diane in persida deuastare. Nam qui nullatenus egit peccatum: sed tantum cogitauit: nullo reatu facti tenetur. Si autem polibio videt̄ ideo Antiochū vitā finisse: multoplus verisimile creditur propter templi Hierosolymitani vastationeȝ sacrilegum regem perisse. Sed ob hoc non resisto magelopolite: cum nostra opinio vera videatur. Antiochus ergo priusquam moreretur: conuocans Philippum vnum ex socijs suis: tutorē eū regni constituit: ꝛ dans ei diadema: ꝛ stolaȝ ꝛ anulū: filio suo Antiocho iussit deportare: ꝛ censuit ut prouideret eius educationem: et custodiret ipsius imperium. Defunctus vero est Antiochus nono ꝛ quadragesimo: ꝛ centesimo anno. Capitulū.XIIII.

Lysias autem mortem eius nuncians multitudini: filium eius Antiochuȝ quem ipse nutriebat: regem constituit vocans eum eupatorem. Eodem tempore hi qui erant in arce hierosolymorum custodes macedonuȝ: ꝛ transfuge iudeorum: multa in iudeos aduersa fecerunt. Eos enim qui ascendebant in templum immolare: repente inuadentes: hostiliter imprimebant. Nam arcis culmen templi altitudinem superabat. His igitur accidentibus: Judas deuastare custodiam arcis deliberauit: et colligens omnem populum: arcem instantius obsidebat: anno principatus seleuci centesimo ꝛ quadragesimo. Construens igitur machinamenta: et aggeres accumulans: capere arcem laborabat. Multi ergo ex trāsfugis ea nocte egressi ad prouinciam: ꝛ aliquos similes ꝛ impios congregantes ad Antiochum regem vsqȝ venerunt: petentes non debere se despici: dum a contribulibus suis atrocia paterentur: que ideo sustinerent: quomodo religione sua relicta: patris eius imperio obedissent: ꝛ nunc pericula sustinerent per iudam ꝛ viros eius: necnon et custodes a rege deputati: nisi aliquod ab eo presidium mitteretur. Hec audiens adolescens Antiochus: valde iratus: et duces: et amicos conuocans: precepit colligendum exercitum: siue peregrina solacia. Congregatusqȝ est exercitus peditum quidem centum milia: equitum vero viginti milia: ꝛ elephantorum duo al's ducenta ꝛ triginta quinqȝ. Quiqȝ producens exercituȝ egressus est ab Antiochia cum lisia habente totius exercitus gubernationem: ꝛ perueniens ad idumeam: exinde bethsuram ascendit: ciuitatem nimis fortem ꝛ mu-

nitam: ⁊ circundans ciuitatem obsidebat instanter. Resistentibus ergo bethsureis ac preparationem machinamentorum eius incendentibus: multum temporis in obsidione consumptum est. Judas vero audiens regis aduentum: destitit quidem ab obsidione arcis. Occurrit autem regi castrametatus in angusto quodam loco qui dicitur Beduscarit: decem milium stadia ab hostibus distante. Rex quoq; egressus a Bethsura: per angusta duxit exercitum ad castra Machabei: factoq; diluculo: milites ordinauit in acie: ⁊ elephantos quidem sequi seipsos inuicem fecit: propter locorum angustiam: non valentes in latitudine collocari. In circuitu vero uniuscuiusq; elephantis properabant pedestres quidem mille: equites quingenti. Gestabant autem elephanti turres excelsas: ⁊ arcarios in eis: reliquamq; virtutem ex vtroq; latere montis fecit ascendere: amicos exercitui preponens: ⁊ iubens clangorem fieri: ⁊ ad hostes accessit aureos enudans clyppeos simul ⁊ ereos: vt nimium fulgorem sue claritatis emitterent: montesq; eis frementibus resultarent. Hec Judas inspiciens territus non est: sed fortiter excipiens inimicos ex eorum precursoribus vsq; ad sexcentos occidit. Eleazarus autem frater eius quem Mauronem vocabant: videns sublimiorem elephantum ornatum loricis esse regalibus: et putans in eo sedere regem accessit ad eum virtute: ⁊ multos circa elephantum perimens: alios dispersit ⁊ fugere compulit: ⁊ sub ventrem elephanti ingressus eum percussit. Qui mortali plaga percussus moriens cecidit: ⁊ Eleazarum suis compressum ponderibus interemit. Sic enim magnanimiter multos inimicorum disperdens vita priuatus est. Judas igitur hostium fortitudinem contemplatus discessit ad hierosolymam: ⁊ obsidionis necessaria preparabat. Antiochus inter hec partem expeditionis in Bethsuram misit: vt eam deuastaret. Cum reliqua autem multitudinis virtute: ipse ad hierosolymam profectus est. Bethsurite ergo territi fortitudine aduersariorum: ⁊ sua videntes necessaria defecisse: seipsos accepta fide tradiderunt.

Antiochus itaq; capiens ciuitatem: omnes ciues nudatos abiecit: ⁊ suos ibi custodes reliquit. Multo vero tempore templum obsidens in hierosolymis sedebat: pertinaciter intus repugnantibus ciuibus. Nam ad singula que contra eos statuerat rex machinamenta: ⁊ illi econtrario ad suam defensionem instrumenta bellica requirebant. Quibus ⁊ alimenta defecerunt: fructibus prioribus omnibus consumptis. Et terra illo anno non erat culta: quia septimus annus instabat: in quo secũdum legalia instituta relinquebant vacuam terram. Multi vero obsessorum refugiebant: propter inopie necessitatem. Unde relicti sunt in templo paucissimi. Et his quidem qui in templo obsidebantur: tales res accidebant. Lysias vero dux ⁊ rex Antiochus: quomodo Philippus a persida veniens nunciatus est eis commendatum sibi presumpsisse imperium: ⁊ rempublicam Antiochi sibi velle defendere: pretermittentes obsidionem: ire aduersum Philippum decreuerunt. Quod consilium nequaq; manifestum ceteris ducibus facere voluerunt: sed iussit rex Lysiam ducibus dicere: diuturnam obsessionem nihil eis proficere posse: quando ⁊ locum aduersariorum constaret esse munitum: ⁊ sibi victualium necessitas irrogetur: et expediret pacem facere cum iudeis: eosq; relinquere proprijs vti cerimonijs. Unde a nobis hactenus prohibiti existere videntur aduersi. Hec dicens de Philippi tyrannide tacendum esse decreuit: ne exercitus sui dubia corda perciperet. Hec Lysia dicente: exercitui ⁊ ducibus sententia placuit. Tunc mittens rex ad iudam: pacem promisit obsessis: ⁊ patrijs legibus eos viuere pollicetur. Hi vero suscipientes verba: ⁊ confirmatis sacramentis ⁊ fide exierunt a templo. Intrans vero Antiochus: ⁊ aspiciens munitum locum: impudenter sacramenta transgressus

Archartos: arcus portant

Eleazarus vir strenuus.

est: iussitq; omnem exercitum in circuitu stantem: deponere muros vsq; in solum. Post hec reuersus est ad Antiochiam: ducens Oniam principem sacerdotum: qui et Menelaus dicebatur. Nam Lisias persuasit regi Menelaum occidere: si vellet iudeos esse pacatos: dicens hunc fuisse initium malorum: qui flexit patrem suum cogere iudeos religionem patriam relinquere. Mittens ergo rex Menelaum ad Leriam syrie ciuitatem: interfecit eum: post decimum annum principatus sacerdotij eius: et ut ipse principatum obtineret: impulit iudeos transgredi leges. Princeps vero ordinatus est post Menelai interitum alchimus: qui et Joachim vocatus est. Rex autem Antiochus inueniens Philippum iam rebus imperantem: debellabat eum. Quem sub sua faciens potestate: occidit. Filius autem principis sacerdotum Onie: de quo prediximus adhuc puerulus defuncto patre relictus: videns quod auunculum suum Menelaum rex interfecisset: et principatum sacerdotij Alchimo dedisset: non existenti de genere sacerdotum: sed a Lisia flexus: ut transponeret honorem ab ea familia ad aliam domum: fugit ad Ptholomeum regem egypti: et honorem meruit ab ipso: et vxore eius Cleopatra: locumq; petijt in regione heliopolitana: vbi simile Hierosolymorum edificaret templum. De his quidem tempore opportuno exponemus.

Capitulum. XV.

Odem tempore fugiens Demetrius seleuci filius a Roma: et perueniens ad tirum: imposuit sibi diadema: et colligens quosdam mercede conductos satellites: ingressus est aulam: omnibus libenter eum suscipientibus. Comprehendentes vero et Antiochum regem cum Lisia: viuentes perducunt ad eum. Qui statim iubente Demetrio interempti sunt: cum regnasset Antiochus annis duobus: sicut iam et alibi demonstratum est. Conuersi sunt autem ad eum multi iudeorum maligni et transfuge: cum quibus et Alchimus princeps sacerdotum accusabant vniuersam gentem: et iudam: et fratres eius: dicentes quod omnes amicos regis interfecissent: omnesq; eius fautores perdidissent: seipsos quoq; a propria terra iactatos: extorres patrio solo factos et rogabant etiam mitti aliquem ex iudeis amicis eius: qui certius de facinoribus iude renunciaret. Demetrius ergo commotus: misit Bachidem: amicum regis Antiochi epifanis: cui omnis mesopotamia credita erat: dans ei exercitum: et principem sacerdotum Alchimum commendans: precepitq; perimi iudam: et eos qui cum illo erant. Egressus itaq; de Antiochia Bachides: peruenit hierosolymam: direxitq; nuncios ad iudam et fratres eius de amicicia uel pace loquens: dolo volens illum capere. Ille vero minime credidit: videns cum tanta multitudine exercitus eum adesse: quanta ad bellum: et non ad pacem venisset. Sed quidam ex populo attendentes que bachides concionabatur: et existimantes nihil se ab Alchimo seuum pati: consanguineo existente: ad eos transierunt: et sacramentum ab vtrisq; acceperunt: nihil eos pati: neq; illos qui eiusdem fuerunt voluntatis. Bachides vero transgressus sacramentum: sexaginta ex eis interfecit: et alios qui ad eum transire cogitabant remorari fecit: prioribus fidem non custodiens. Descendens autem ab hierosolymis: cum ad villam que dicitur birzitho venisset: multos cepit transfugas: et aliquos populi. Quos omnes occidens: denunciauit prouincialibus cunctis: ut ioachim obedirent. Cui aliquam militum partem relinquens ad prouinciam custodiendam: ad regem Demetrium antiochiam reuersus est. Joachim vero principatum suum volens confirmare: et credens: quod si fidem pparaset multitudini: tutiorem sibi magistratum acqreret: omnes seducebat verbis et ad libitum vnicuiq; loquens nimis velociter manu valida transfugarum circumseptus est. Cum quibus ministris circuibat prouinciam et quantos in ea iudeos non sibi consentientes inuenisset: occidebat. Uidens autem iudas ioachim magnum fieri: multosq; interfecisse viros bonos et venerabiles: ipse quoq; circuiens prouinciam

occidebat ptiū ei⁹ fautores. Qđ cū vidisset ioacbim: ꝛ itellexisset minime se cōtra iudā valere/ad auxilia regis Demetrij conuertitur. Veniēs igitur ad antiochiā icitauit eū Judam accusans: quasi multa ab eo mala perpessus esset: ꝛ ampliora toleraturuꝫ nisi citius vindicaretur. Cap. XVI.

Tunc Demetrius boc ꝛ suis rebus noxium putans esse: si negligeret tanta iude facinora. Nicanorem fidelissimum amicum cum exercitu destinauit: qui cum eo a Roma ciuitate fugerat: precipiens ei nullatenus genti parcere iudeorum. Nicanor vero perueniens ad bierosolymam: pugnare mox aduersus iudam minime decreuit. Dolo autem opprimere eum cupiens: mittit ei verba pacifica dicens: nulla necessitate pugnandi venisse: sed sacramentū prestare: ꝙ nibil seuissimum a rege pateretur. Hec dicente Nicanore: iudas ꝛ fratres eius flexi: nullāqꝫ fraudem suspicati: data fide suscipiunt Nicanorem cum exercitu. Qui salutans Judam: dum sermocinatur dedit signum proprijs militibus: quatenus iudam comprebenderent. Qui cum insidias intellexisset: exiliuit ꝛ ad suos confugit. Patefacta vero voluntate sua: ꝛ apertis insidijs: bellare Nicanor contra iudaꝫ decreuit: ꝛ pugnaꝫ preparans conflixit cum eo in vico Cafarsamala. Quem victum compulit ad arcem bierosolymorū confugere. Cui descendenti ab arce ad templum: occurrentes aliqui sacerdotum ꝛ seniorum salutabant eum: ꝛ imolationes ostendebant: quas pro rege deo offerri dicebant. At ille interminatus est eis templum se deponere: nisi redeunti sibi traderent iudam. Et bec quidem interminatus: exijt ab bierosolymis. Sacerdotes autem propter dictorum eius merorem: in lacbrymas proruperunt: ꝛ deo supplicabant eos ab interminatis periculis liberare. Cunqꝫ Nicanor ab bierosolymis egressus: in aliquo vico qui betboron dicitur peruenisset: ibi castra cōstituit: vbi ꝛ alia presidia de Syria destinata suscepit. Judas autem in adassis altero vico: stadijs distante triginta a Betboron castrametatus est: mille tantum socios pugne babens: quos bortatus ne pertimescerent multitudinem aduersariorum: sed qui sint ꝛ de quibus premijs pericula paterentur cogitantes vnanimiter bostes inuaderent: procedit in pugnam: ꝛ cōmittens fortissimū prelium cuꝫ nicanore: aduersarios valde cōtriuit. Deinde ipse nicanor cuꝫ atrociter decertaret occisus est. Quo cadente: ducem pdens exercitus/terga vertit ad fugaꝫ. Quos psequens iudas interficiebat: ꝛ sono tubaruꝫ in circuitu positis significabat ꝙ bostes prelio superati discederent. Quod audientes armati exiebant: ꝛ fugientibus occurrētes occidebāt eos. Ex quo prelio nullus euasit: dum nouem miliū numerus extitisset. Que victoria cōtigit tertiadecima mēsis qui dicitur apud iudeos adar: apud macedones distris. Hanc celebrant per oēm annū: festum colentes diem. Et ex illo quidem tempore breui spacio gens iudeorū ab illis calamitatibus requieuit: sed postea ad certamina rursus ꝛ pericula redierunt. Principem autem sacerdotum ioacbim volentem deponere murum sanctuarij veterem: et constructum ab antiquis propbetis: plaga quedam dei repentina pcussit: ex qua mutus in terram cecidit: ꝛ tortus per multos dies detestabiliter expirauit: principatuꝫ sacerdotij tenens annis quattuor. Quo defuncto: sacerdotium populus Jude contradidit. Cap. XVII.

Qui audiēs virtutē romanoꝝ ꝙ expugnassēt gallias: ꝛ bibernia: ꝛ cbartaginē libie: necnō ꝛ gretiā subegissēt: ꝛ reges pseuꝫ ꝛ pbilippū ꝛ magnū ātiocbū: ꝺlibe rauit cū eis aicicias copularꝫ: mittēs romā aicos suos: eupolemū filiū ioānis ꝛ iasonē eleazari: rogabatqꝫ p eos romāos auxiliatores sibi ꝛ aicos eē: ꝛ ꝺmetrio scriberꝫ q̄ren⁹ nō cōfligeret cū iudeis. Cūqꝫ venissent romā legati iude: senatus eos libēter excepit: ꝛ ea que petierunt celeriter annuit. Faciens ergo ob boc senatusconsultum: exem-

Judas sur Fortir.

plum quidem ad iudeam transmisit: ipsum vero tabulis ereis scriptum in capitolio collocauit. Erat autem huiusmodi senatusconsultum: de auxilijs τ de fide circa gentem iudeorum. Neminem subiectorum romanis debellare contra gentem permittimus iudeorum: nec alicui bellanti prebendum auxilium censemus: triticum aut naues: aut pecunias: τ si quis contra iudeos putauerit esse bellandum: sciat eis nos auxilia prestaturos: τ rursus si romanorum quilibet inuaserit terram: iudeos eis omnibus modis obstaturos. Et siquid de hoc pacto gens iudeorū voluerit uel addere: uel auferre: communi sententia populi romani faciendum esse conuenit. Scriptum est autem hoc senatusconsultum per eupolemum Joannis filium: τ Jasonem Eleazari: sub principe sacerdotum iuda: duce Symone fratre ipsius. Hec quidem prima inter romanos τ iudeos amicicia cognoscitur contigisse.

Prima: inter Romanos: & iudeos amicitia.

Capitulum. XVIII.

Demetrius autem nunciata sibi morte nicanoris: τ perditione militie: rursus ad iudeam Bachidem cum exercitu destinauit. Qui ab Antiochia egressus: puenit ad iudeā: τ i arbellis ciuitate galilee castra constituit: τ eos q ibi in speluncis habitabant (cum multi ad eas confugissent) captos suis partibus aggregauit: exindeq; mouens: ad hierolymam properabat. Qui audiens iudam in aliqua villa nomine barziton castra locantem: contra eum alacriter festinabat cum peditum viginti milibus: τ equitum duobus milibus. Jude vero fuerunt omnes duo milia. Qui multitudinem Bachidis timentes tentoriaq; relinquentes: fugierunt omnes preter octingentos. Judas autem proprijs militibus destitutus: τ hostibus imminentibus: nec tempus habens congregandi exercitum non dubitabat cum octingentis pugnam contra Bachidem committere hortatusq; suos: ut hostes inuaderent: τ pugnam viriliter sustinerent: cum illi dixissent: se non esse ad tantam magnitudinem exercitus idoneos: τ suaderent nunc quidem discedere: τ a periculis liberari postea vero inimicis collectis viribus obuiare: non hoc inquit videat solis aspectus ut terga mea hostibus nudem: sed licet omnimodo immineat perire pugnantem: fortiter stabo: omnia viriliter perferens futura pericula. Bachides vero producens de castris exercitum ad prelium: preparabat equites in vtroq; cornu disponensq; fundibularios leuiores τ arcarios ante omnem aciem: ipse in dextro cornu constitit. Qui cum sic aciem ordinasset: iussit tubicinem signum dare. Hoc idem faciens τ iudas: committit cum hostibus pugnam: τ constanter ambobus certantibus: prelium vsq; ad occasum solis extensum est. Uidens vero iudas Bachidem cum electis suis in dextro cornu ordinatum: congregans animosiores viros inuadit illam partem exercitus: τ confligens ibi ordinem eorum dirrupit: τ medios ad fugam conuertit: secutus eos vsq; ad gazara. Uidentes ergo fugam dextere partis in sinistro cornu erant: circumuenierunt: τ iudam sequentem in medio eum obsederunt. Qui fugere minime valens: circūseptus ab hostibus: stans pugnabat cum suis: multosq; interficiens aduersariorū: pcussus interijt. Juda vero interfecto: socij eius tali duce priuati: terga verterunt. Cuius corpus ab hostibus sub pacto symō τ ionathas fratres redimentes: perduxerunt ad Modin villam: vbi τ pater eorum sepultus erat: lugente eum per multos dies populo hebreorum: τ honorante secundum communem τ legitimam consuetudinem. Finis quidem talis iudam inuenit: virum fortem τ magnum τ bellicosum: τ mandatorum patris sui memorem: τ omnia pro libertate ciuium τ facere τ pati paratum. Tali ergo virtute plenus: magnam sibi gloriam et

monimenta seruauit: liberans gentem a Macedonum seruitute. Qui cum principatum sacerdotij tribus annis habuisset: defunctus est.

Hec insunt in tertiodecimo libro Josephi: historiarum antiquitatis iudaice. Capitulum. I.

Incipit liber tredecimus antiquitatis iudaice.

Quibus modis gens iudeorum macedonibus in seruitute eam tenentibus libertatem recepit ꝛ ꝙ per tanta certamina dux eorum iudas transiens defunctus est: pro ipsis bellans in volumine interiore monstrauimus. Post interitum vero iude: iterum quicunqꝫ erant impij ꝛ transgressores patrie legis: venerunt contra iudeos: ꝛ vndiqꝫ eos pessime molestabant. Adiuuabat autem eorum maliciam fames que tunc prouinciam omnẽ occupauit: ut multi propter inopiam necessariorum non tolerantes ambas calamitates famis: ꝛ inimicorum: transfugerent ad macedones. Bacbides interea iudeos qui patria reliquerunt solennia: ꝛ communem vitam elegerant congregans: custodiam eis prouincie tradidit. Qui tenentes amicos iude bacbidi prodebant: quos torquẽs crudeliter occidebat. Tantis ergo iudei calamitatibus oppressi: reliqui ex amicis iude videntes miserabiliter gẽtem pereuntem adeuntes fratrem eius Jonathan: rogabant eum: ut imitaretur fratrem suum: ꝛ illius erga suã gentẽ prouidẽtiam hortabantur: ab's adhiberet: ꝛ ne despiceret populum sine defensore pereuntem. Jonatha vero promittente paratum se esse mori pro cunctis: ꝛ credentes eum suo fratri parem existere: ducẽ iudeorũ ordinauerũt. Quod bacbides audiens ꝛ timens: ne regi vel macedonibus concitaret bella Jonathas: sicut olim

Judas dolo eum interficere statuit. Cuius voluntas non latuit ionathan neqꝫ fratrem eius Symonem. Qui colligentes sotios omnes ad deserta confugierunt: ꝛ venientes super aquam que dicitur lacus assar: ibidem commorabantur. Bacbides autem sentiens eos discessisse: ꝛ in illo loco conuersari: contra eos omni cum sua virtute progressus est: ꝛ trans iordanem castra ponens refouebat exercitum. Jonathas cognoscens Bacbidem contra se venisse: mittit fratrem ioannem qui Saddi dicebatur ad nabutbeos Arabas: vt apud ipsos deponerent supellectilem: vsqꝫquo pugnarent contra Bacbidem: erant enim amici. Joannem ergo euntem ad nabutbeos: insidijs collocatis in nabatb ciuitate filij Amri: capiunt eum vna cum suis: ꝛ rapientes omnia que portabant: occidunt ioannem ꝛ omnes sotios eius. Vindictam vero quam pro boc receperunt a fratribus eius: postea demonstrabo. Bacbides autem cognoscens ionatban in nemoribus iordanis castra posuisse: obseruans sabbatorum diem contra eum venit: tanqꝫ nō in ea pugnaturum propter legem. Ille sotios bortatus: ꝛ anime eos pericula pati dicens: in medio comprebensos fluuij et bostium: ꝛ quia aufugere non baberent: dum bostis ante faciem: fluuius a retro probiberent: orans ad deum vt victoriam sibi prestaret: cōmittit pugnam cum bostibus. Quorum multos occidens: cum videret temerarium se Bacbidem appetentēꝫ: dextramqꝫ ad feriendum extendentem: preuidens plagamqꝫ deuitans: cum sotijs in fluuium exiliuit: ꝛ pernatans trans iordanem: periculum mortis euasit. Nam bacbides fluuio relicto: ad bierosolymorum arcem discessit: vsqꝫ ad duo milia suorum amittens. Qui etiam multas iudee ciuitates capiens: muniuit biericbo ꝛ Amatutē ꝛ Betboron: ꝛ betbulam: ꝛ Pbamnatban: ꝛ Faratonem: ꝛ Tbocboam: ꝛ gazara: ꝛ turres in vnaquaqꝫ ciuitate constituens: ꝛ muros cicundans eis validos: ꝛ magnitudine precellentes: custodiam in eis statuit: vt exinde iudeos affligeret. Arcem vero bierosolymorum cautius muniuit: ꝛ tollens filios nobilium iudeorum: obsides in arce conclusit. Eodem tempore veniens quidam ad ionatban ꝛ fratrem eius symonem: nunciauit filios Amri celebrare nuptias: ꝛ nouam nuptam nobilem duci a Madaba ciuitate ꝛ Arabas cum pompa munificentissima. Jonatbas tunc et Symon tempus putantes prosperum sibi ad fratris ioannis apparuisse vindictam: cum multa potentia sotiorum egrediuntur ad Madaba: ꝛ inimicos inter montes insidijs collocatis prestolabantur. Vt autem virginem ꝛ sponsum viderunt: ꝛ multitudinem amicorum cum eis sicut in nuptijs: exilientes ab insidijs omnes occiderunt: ꝛ ornatum cum omni preda tollentes reuersi sunt: penam pro fratre ioāne a filijs amri talem exigentes. Nam ipsi cum sequentibus amicis ꝛ vxoribus vel filijs: numero quadringenti perempti sunt. Symon itaqꝫ ꝛ ionatbas ad oram iordanis reuersi ibidem permanebant. Bacbides autem omnem iudeam muniens: ad regem reuersus est. Judei vero duobus annis a bellorum tumultu requieuerunt. Tum transfuge vel impij videntes ionatban cum suis multam licentiam babere libertatis: dixerunt ad regem Demetrium: petentes mitti Bacbidē vt ionatban debellaret: quod facilius euenire pollicebantur: si vna nocte inopinanter eum inuaderent. A rege ergo Bacbides destinatus: perueniens ad iudeam omnibus scripsit amicis ꝛ iudeis auxiliari sibi: quatenus ionatban comprebenderent. Festinantibus autem eis ꝛ non valentibus ionatban tenere: quia nimis se caute tractabat. Bacbides ira commotus trasfugarum primos quinquaginta: qui sibi ꝛ regi mentiti sunt occidit. Jonatbas vero cum fratre vel sotijs ad Vtbalagam villam timens Bacbidem abscessit: edificansqꝫ turres: ꝛ muro circundans: eam babebat valde munitam. Quod audiens Bacbides: milites suos cum iudeorum auxiliatoribus perducens

contra Jonathan peruenit: et ad eius munimina accedens: per dies multos obsi-
debat eum. Qui obsidioni fortiter resistens. Symonem quidem fratrem suum expu
gnaturum bacbidem in ciuitate dimisit: ipse vero furtim egreditur in prouinciam: et
congregans manum multam: nocte Bacbidis inuadit exercitum et multos occi-
dens: Symonem fratrem fecit aduentum suum cognoscere. Qui sentiens hostes
interimi egreditur: et macedonum machinamenta obsidioni preparata suppositis flam-
mis incendit: et multos eorum viriliter interfecit. Videns autem Bacbides ab
inimicis se circunseptum: quorum alios quidem ante se: alios autem retro conspiciens
turbatus hec insperate sibi euenisse: in transfugas tanquam in deceptores suum fu-
rorem conuertit: volebatque si posset obsidione soluta sine dedecore ad propria re-
meare. Cuius voluntatem cognoscens Jonathas: legatum ad eum pro amici-
tijs destinauit: quatenus redderent inuicem sibi quos ceperant vtrique captiuos. Pu-
tans autem hanc honestiorem Bacbides discessionem: paciscitur cum Jonatha et
iurauerunt vtrique nunquam contra se arma presumere: et captiuos dantes et recipi-
entes: in antiochiam Bacbides recessit. Qui post hanc discessionem: nequaquam ad
iudeam deinceps peruenit. Jonathas vero hanc libertatem acquirens in Ma-
chima ciuitate populorum negocia disponebat: et maliuolis uel impijs cruciatis: iudeo
rum gentem purgabat. Capitulum. II.

ANno sexagesimo et centesimo epifanen Antiochi filium contigit syriam ascen-
dere: et Ptholomaidam capere ciuitatem: per proditionem militum intus
commorantium. Erant enim ingrati circa Demetrium propter superbiam su-
am: quia dum se clausisset in quadam turre regali quam non longe ab Antiochia
construxerat: a nemine videbatur: sed et rem publicam ut seditiosus negligebat. Un-
de et odium ei a subiectis exortum est: sicut iam alibi demonstrauimus. Igitur in
ptholomaidem Demetrius audiens Alexandrum peruenisse: omnem contra eum
produxit exercitum. Direxit autem et ad Jonathan legatos pro auxilijs: nam pre-
cedere Alexandrum statuit: veritus ne ille prius auxilium eius postularet: aut Jo-
nathas memor malorum sese cum inimicis coniungeret. Denunciauit ergo eum mul
titudinem congregare: obsidesque iudeorum recipere: quos Bacbides in arce hiero-
solymorum concluserat. Talibus inter hec a Demetrio Jonathas ad se nuncijs
venientibus ad hierosolymam peruenit: et epistolas regis audiente populo uel ar-
cis custodibus hilaris intimauit. Quibus relictis transfuge uel impij trepidauerunt:
precipiente rege quatenus Jonathas exercitum congregaret: et obsides reciperet.
Quos cum accepisset: suis vnumquemque parentibus reddidit. Equidem Jona-
thas in hierosolymis mansionem faciebat: renouans ciuitatem: suaque voluntate sin
gula construens: et edificans muros ciuitatis lapidibus quadratis: ut forent aduer-
sus hostes munitissimi. Que videntes custodes muniminum: iudeam relinquentes
omnes in Antiochiam fugierunt: preter illos qui in Bethsura ciuitate et in arce hie-
rosolymorum erant: quorum plurima pars impiorum et trasfugarum fuit iudeorum.
Quapropter castra non reliquerunt. Capi. III.

COgnoscens autem Alexander promissiones quas Demetrius fecerat Jo-
nathe: et fortitudinem eius: et quanta disposuerat bellans contra macedones:
et iterum qualia ipse pertulerat a Demetrio: et Bacbide duce Demetrij: et meli-
us nihil inuenire: quam Jonathe presidium: ad amicos dicebat in presenti tempo-
re. Jonathas qui et contra hostes fortis existit: et odium habet proprium in De-
metrium a quo multa mala perpessus est: si videtur amicum eum facere contra de-
metrium nunc debemus: non alias vtilius est rogare eum ad auxilium conferendum.

Cunq; ei ⁊ amicis placuisset: transmittit ad Jonathan scribens talem epistolam.
Rex Alexander ionathe fratri salutem. Fortitudinem quidem ⁊ fidem tuam
iam dudum audiuimus. Et ideo transmisimus ad te pro auxilijs: ⁊ ordinauimus
te hodie principem sacerdotum iudeorum: ⁊ amicum nostrum vocari precipimus.
Idcirco etiam destinaui tibi pro munere purpuream stolam: ⁊ auream coronam: ⁊
peto honoratum te a nobis: similem erga nos fieri. Suscipiens epistolam Jona
thas: induitur quidem sacerdotali stola celebratione tabernaculorum instante: post
quartum annum mortis Jude fratris sui. Nam neq; per ipsum tempus princeps
sacerdotum aliquis constitutus est. Collegit vero ⁊ multum exercitum: ⁊ armorum
copiam quam ipse construxerat. Quod factum vt peruenit ad Demetrium: nimis
eum multumq; contristauit: suamq; cepit accusare tarditatem: q non ante Alexan
drum esset ipse clemens erga Jonathan. Ueruntamen nec sic distulit scribere ad
Jonathan: ⁊ ad populum eius. Cuius exemplar taliter existebat. Rex Deme
trius ionathe gentiq; iudeorum salutem. Quomodo nostram seruastis amiciciam
temptantibusq; vos inimicis non consensistis. Hanc vestram quidem laudo fidez:
⁊ in his permanere quesumus: recipientes a nobis vicem vel gratiam: per quam
mereamini vectigalium vestrorum releuationem. Et quicquid predecessoribus me-
is regibus vel mihi hactenus prebebatis: omnia noueritis nostra vobis largitate cõ
cessa. Super hec etiam pretium salis vobis: ⁊ coronarum quas nobis offerebatis
vel quod pro tertia parte frugum: ⁊ medietate fructus lignorum quod parti mee cõ-
petebat: vobis ab hodierno die remitto. Sed ⁊ censum singulorum habitantiũ in
iudea: qui nostro erario proficiebat. Necnon ⁊ trium finitimarum vobis prouinci-
arum: Samarie: vel Galilee: ⁊ trans iordanẽ: vniuersa vobis concedo: a nunc per
omnia tempora. Ciuitatemq; hierosolymorum sacram ⁊ inuiolabilem priuilegia sua
possidere: liberamq; cum suis confinibus a decima parte vectigalium esse precipio.
Arcem vero committo sacerdoti vestro ionathe: vt quos ipse probauerit fideles ami
cos: custodes in eam deputet nobis seruandam. Captiuosq; iudeorum ⁊ seruien-
tes apud nos: liberos eos esse concedo. Nec post hanc sanctionem iudeorum iu-
menta violentijs angariorum subiaceant. Sabbatum autem vel omnes dies festos
⁊ tres ante eos dies: sine vectigalibus esse denuncio. Eodem modo iudeos nostrã
terram habitantes: liberos ac sine lesione dimitto. Licentiamq; mihi militare vo-
lentibus vsq; ad triginta milia prestamus: eadem quibus ⁊ meus vtitur exercitus:
vbicunq; ierint accepturi. Ordinabo ergo quosdam eorum in castris: quosdam cu-
stodes mei corporis: ⁊ duces in aula mea constituam. Precipio vero magis vestris
vti legibus: easq; custodire: ⁊ tribus propositis in iudea legibus obedire. Princi-
pemq; sacerdotum diligentiam habere volo: ne quis iudeorum aliud templum nisi
hierosolymitarum veneretur. Prebeo etiam ad sumptus imolationum per singu-
los annos: centum quinquaginta milia dragmas: queq; superfuerint pecunias ve
stras esse vobis. Decem milia autem dragmas quas reges a templo accipiunt: vo-
bis cedo: quia sacerdotibus ministrantibus templo competunt. Quicunq; itaque
ad hierosolymorum templum vel intra eius fines confugerint: debitores regalium
pecuniarum: siue qualibet causa faciente: licentiam eis indemnitatis concedo: sal-
uasq; eorum possessiones esse. Renouari vero templum impendijs ex meo factis
murosq; ciuitatis spondeo fabricari: turresq; altas construere. Et quicquid ad mu
nimen vestrum necesse fuerit: meis stipendijs restaurare polliceor. Tantum est: vt
quas cepistis amicicias nobiscum ⁊ fedus: sine simulatione seruetis. Hec qui-
dem promittens ⁊ blandiens Demetrius iudeis scripsit. Rex vero Alexander
magnũ colligens cõductum exercitum: ⁊ milites qui de syria transierũt ad eũ cõtra

epl'a

Multa blandimenta plebi iudaice p demetrium regi promissa.

Immunitas templi.

mors demetrij

Onie epla

demetriũ duxit:pugnaq3 cõmissa:cornu sinistro demetrij aduersarij sunt fugati:ꝛ per secutione diutina multi eorum occisi sunt castraq3 direpta:dextrum quoq3 cornu in quo demetrius preliabatur deuictum est:ꝛ alij quidẽ omnes recesserunt: demetrius autem fortiter pugnans nõ paucos hostiũ prostrauit. Cũq3 fugans alios equus eius ceni baratro inhesisset minime fugere valens occiditur. Nam videntes hostes quod ei cõtigisset:reuersi circũdederũt eum:ꝛ omnibus in eum iacula destinantibus: cum ille pedestris fortiter resisteret:postea multis pfossus vulneribus:nec valens susten-tare collapsus est. Demetrij quidem talis exitit finis: qui regnũ p vndecim annos rexit:sicut ꝛ alibi demonstrauimus. Cap. IIII.

Onie vero principis sacerdotum filius:eodẽ nomie quo pater nuncupatus:q3 alexandriã fugisse ad Ptholomeũ regẽ cognomine Philometorẽ diximus: videns iudeã a regibus macedonũ mala pati:volensq3 memoriã ꝛ gloriã eternã sui relinquere:ad Ptholomeũ regem ꝛ reginã Cleopatrã transmisit:petens licentiam quatenus templũ edificaret in egypto:simile hierosolymoꝝ:leuitasq3 uel sacerdo-tes de genere suo constitueret:quod desiderabat cõfidens in ppheta Ysaie:qui ante sexcẽtos annos predixerat q oporteret in egypto tẽplũ edificari maximo deo p viꝝ iudeũ. Idcirco elatus onias Ptholomeo uel Cleopatre huiusmodi destinauit epi stolam. Multa uel maxima vobis belloꝝ conficiens opera:ꝛ cum dei auxilio p ueniens ad humilẽ Syriã:ꝛ phenicẽ ꝛ in lenonũ ciuitatẽ Heliopolim:perq3 alia lo ca multa veniens preter cõstitutiones templa iudeos cõstruxisse repi: quapropter ꝛ pfidos extitisse quod etiã egyptijs accidit:pter temploꝝ multitudinẽ variarũ regi onũ. Opportunũ autẽ locum inueni q dicitur agrestis bibaste castrũ plenũ varia ma teria:uel sacris animalibus:ꝛ peto concedendũ mihi eũ dominio tuo segregatũ:qua tenus purgare templũ ibi dirutũ: ꝛ edificare maximo deo possim mensura eadem ꝛ simile hierosolymorũ p te: tuaq3 cõiuge:uel filijs:quatenus habeant egyptum habi tantes iudei:quo cõueniẽtes ᵭm cõcordiã quã adinuicẽ habent:possint tuis vtilitati-bus ministrare. Nam ꝛ Ysaias pphetaa predixerat esse in egypto dño deo sacrificiũ multaq3 talia de ipso predicauit. Hec quidem Onias regi Ptholomeo scripta transmisit. Considerent tamẽ aliqui pietatem eius ꝛ Cleopatre sue sororis uel cõiu gis ex epistola quã scripserunt. Naz peccatũ ꝛ legis transgressionẽ sup caput Onie posuerũt scribẽtes hec. Rex Ptholomeus ꝛ regina Cleopatra Onie salutem.

Legimus tuã petitionẽ in qua suggerebas pmitti tibi in Lenonũ ciuitate templũ heliopolitanũ dirutũ purgare quod appellatur agrestis bibaste. Quapropter mira-mur si deo gratũ sit templũ quod edificaturus sis in tam luxurioso loco:plenoq3 sa-cris animalibus. Sed quomodo dixisti Ysaiã pphetam iam dudum hoc predicasse cõcedimus tibi:si contra legem vestrã nõ est:ut nihil nos in deũ peccasse videamur.

Accipiẽs igit locũ Onias edificauit templũ arãq3 deo similẽ hierosolymorũ:mi-nus tamẽ ꝛ pauprimũ. Mensura vero eius ꝛ vasa minime visum est mihi nunc de-scribere. Nam in septimo libro iudaice antiquitatis inserta sunt. Inuenit ꝛ Onias quosdã sui similes iudeos sacerdotes ꝛ leuitas ibi religionẽ colẽtes. Sz de hoc tem plo late narrauimus. In alexandria vero iudeos ꝛ samairtas qui templũ tẽporibus Alexandri macedonis sup garizim montẽ construxerant:cõtigit cõtra se seditionez excitare:ꝛ propter templa corã ipso Ptholomeo certare:iudeis quidẽ dicentibus: ᵭm legẽ moysi templũ se in hierosolymis cõstruxisse: samaritanis aũt in garizim: ꝛ supplicauerunt vt cũ amicis rex cõsederet:audiẽs de his altercationẽ victosq3 morte multaret:cũ pro samaritis sabbeus ꝛ theodosius intimassent:pro iudeis vero ꝛ hie-rosolymitis andronicus mesalamis:iurauerunt p deum coram rege ᵭm leges dicta sua probare:petiueruntq3 Ptholomeũ quatenus iusiurãdi trãsgressores pimeret.

Rex ergo multos secū amicos in ↄciliū ↄgregās: sedit partes audire. Tūc iudei alexandria ↄstituti timebāt nimis de viris qui ꝑ tēpli hierosolymitani pte differebāt nam atrociter ferebā t: si hoc tam antiquū ꝛ nobile ꝑ vniuersū mūdū tēplū solueret. Cūq₃ sabbeꝰ ꝛ theodosiꝰ cōcessissent vt pmꝰ andronicꝰ vba faceret: idē andronicꝰ ap probatōem facere suā cepit ex lege vł ṕdecessoribꝰ ṕncipū sacerdotū qs: ex quo gene rē honorē sacerdotij a pře suscepisset: ꝛ quō oēs asye reges templū varijs oblatōibus ꝛ clarissimis donis honorauerūt: de garizi vō tēplo neminē ẜmonē fecisse. Que dicēs andronicꝰ: ꝛ his multa silia: regē flexit sniam ṕnūciare decernēdā: tēplum hierosoly mitanū ẜm leges moysi fabricatū fuisse: sabbeū aūt ꝛ theodosiū interficiēdos. Hec sunt que contigerunt iudeis in alexādria tpibꝰ ptholomei philometoris Ca.V.

Itaq₃ demetrio in pugna pempto: sicut supius indicauimꝰ: alexāder accipiēs regnū syrie: scripsit ptholomeo: vt accipet in mřimonio suo filiā eius: iustum q₃ hoc dicebat esse: cum paternū obtinuisset ṕncipatū: ꝛ ꝑ dei ꝓuidētiā in eo ꝑductꝰ fuis set: post ꝑditōem demetrij: s₃ etiā ꝑ alia multa dignum se eius familiaritate: vł cogna tōe dicebat. Ptholomeꝰ vō libēter spōsalia accipiēs rescripsit dicēs: gauisū₃ se eē ꝙ p̃inū suscepisset ṕncipatū: daturūq₃ ei suā filiā ꝓmisit: ꝛ occurrere iussit eū ad ptho lomaidā: quatenꝰ ei filiā suā iure traderet nuptiali. Tūc ipse puellā ad ptholomaidā ab egypto ꝓducēdā: ibiq₃ ↄiūgēdā esse ↄstituit. Ptolomeꝰ quidē hec scribēs: ꝓpe ad ptholomaidā ṕuenit: filiā cleopatrā secū adducēs: vbi ẜm ↄstitutū: alexādrū rep perit: filiāq₃ suā ei ↄiūxit: dotē argēto vł auro ẜm regiā q̃titatē ↄplēs. Cūq₃ nuptie celebrarēť scribēs alexander ionathe ṕncipi sacerdotū: iussit eū ad ptholomaidam fe stinare. Qui ṕueniēs ad reges: munificēter eis offerēs dona: claro apud eos honore potiebať. Tūc alexander ↄpulit eū ꝓpa veste exutū purpura indui: simlr̃q₃ sup tribu nal secū sedere: iussitq₃ duces cū eo ꝓcedere: pq₃ mediā ciuitatē clamare: nemini ↄtra eū qcq̃₃ dicere: vł causas licere ↄnectere. Quod cum duces fecissent regis: erga iona the inuidētes hi qui parati fuerant eum accusare: simul cum inimicis eius profugerūt veriti: ne quid pessimum paterentur. Tanto vero studio rex alexander dilexit io nathan: vt primum eum suorum describeret amicorum. Capitulum.VI.

Centesimo ꝛ sexagesimoquito anno: demetriꝰ demetrij filiꝰ cū mł'tꝫ ↄductꝫ quos ei lasthenꝰ cretēsis ṕstiterat a creta ad ciliciā nauigauit. Quod alexander au diēs in pauore turbaq₃ al's timore ↄstitutꝰ ↄtinuo de phenicia ad antiochiā festinauit vt ṕus q̃₃ huc ṕueniret demetriꝰ: eā tute disponeret. Reliqt vō humilis syrie ducem appolloniū: cognoie titū: qui cū mł'to exercitu ꝓfectꝰ ad iamniā: ionathe ṕncipi sacer dotū mādauit dicēs. Iniustū esse eū solū cū licētia vł ptāte viuere: nō obediēte₃ regi sibiq₃ dicebat hoc magnū obprobriū ab oibꝰ inferri: ꝙ eū nō ẜbigeret regi. Non ergo te inqt in mōtibꝰ abscōdas: arbitratꝰ fortitudinē te hr̃e: s₃ si ↄfidas tue v̇tuti descēde: q̃ tenꝰ ꝑ capū nr̃i milites ↄfligāt: ꝛ fortissimi belli euētꝰ demōstret victoriā meis vł tuis. Scito tñ optios ab vnaq̃q₃ ciuitate mihi ↄmilitones iūctos: q ſp tuos ꝓauos euicerť Cōtra nos al's nobis aūt in tali terra certādū ē: vbi nō lapidibꝰ s₃ armis decet fortis sime ꝑliari: ne sit locꝰ tibi quo valeas deuictꝰ effugere. His incitatꝰ ionathas: decē milia militū eligēs: ab hierosolymis egrediť cū frē symone: ṕueniensq₃ ad ioppē: ca stra iuxta ciuitatē disposuit. Nā ioppēses portas cōcluserāt: intꝰ hn̄tes custodias ab appollonio ↄstitutas. Cūq₃ ionathas obsidere passet eos: timētes ne suā ciuitatē de uastaret portas apiūt. Appolloniꝰ vō captā audiēs ioppē a ionathā: tria milia eq tū sumēs: ꝛ octo milia peditū ad azotū ṕueīt: ꝛ exinde tacite paulatiq₃ viā sibi pfecit. Cū ergo veīsset in ioppē tāq₃ recedēs: ionathā trahit ad cāpū: ↄfidēs eqtibꝰ ꝛ spē in eis hn̄s sue victorie. Cūq₃ ꝓcessisset ionathas: seq̄bať vsq₃ ad azotū appolloniū: qui cū ad cāpū vidisset hostē venisse: ↄuersus ꝑugnā cū eo cōmisit. Mille itaq₃ equites

appollonius ad insidias in aliquo torrente disposuerat: qui retro inimicis insisterent. Quod sentiens ionathas: nō est turbatus: sꝫ ordinās in quadro exercitū: ut p ambas ptes inimicos exciperēt: hortatus est: ut fortiter añ ul' retro pugnātib⁹ vbiqꝫ resisterēt. Prelio aūt vsqꝫ ad vespam ꝓcedente: dans fratri symoni ptē exercitus: iussit aduersarioꝝ eum aciē inuadere: suisqꝫ ꝑcepit: testudine facta sagittas equitū excipe. Qui cū ꝑcepta fecissent nihil ledebant̄: qꝫuis hostes sup eos frequētia tela librarēt: vsqꝫquo suas euacuassent pharetras. Nam sagitte corpa clippeis septa: minime cōtingebāt: cū cōstipatione testudinis tela veniētia refugarēt. Cū vo a pmo mane vsqꝫ vespe iaculantes aduersarij defecissent: intelligēs symon lassos eos: inuadit aciē: fortiterqꝫ cū suis militib⁹ dimicās: fugauit inimicos. Vidētes aūt equites pedites ad fugā cōuersos: et spe eoꝝ decepti sine decore et turpiter abscesserunt: et p omnē campū dispsi fugierūt. Quos secut⁹ ionathas vsqꝫ ad azotū multos occidit eoꝝ. Qui de sua salute desꝑantes: ad tēplū dagonis cōfugierūt: quod erat in azoto. Capiēs aūt incursione sua ciuitatē ionathas: incēdit eā: et oēs circa eam vicos: neqꝫ pepcit templo dagonis: sed etiā flammis cōsumpsit: et eos qui ibi cōfugerāt interfeci. Multitudo vo q̄ in illo cōcidit prelio vna cū illis qui in tēplo cōfugerant: octo milia fuerunt. Vincēs ergo tm̄ ionathas exercitū: ab azoto discessit: et ad ascalon venit: et foras ciuitatē castra ꝯstituēti: territi ascalonite: in occursum ei exierunt dona portantes. Qui laudans eoꝝ voluntatē reuersus est ad hierosolymā: multā ꝑdam ferēs: quā videbat̄ a victis hostib⁹ abstulisse. Alexander aūt deuictū audiēs ducē suū appolloniū: simulauit gaudiū: qꝫ preter eius sententiā cū ionathā cōflixisset: qui eius amicus erat: mittitqꝫ testimoniū ionathe: ꝑbens pmiū et honorē: et torquē aureū: sicut solet affinib⁹ regis dari: eiqꝫ cōmisit accaronis ꝓuincie magistratū. Cap. VII.

Eodem tēpore: rex ptholomeus philometor dict⁹: naualē ducēs exercitū et pedites: ad syriā veniebat: alexandro suo genero solatia prebiturus. Quē omnis ciuitates studiose alexandro ꝑcipiente suscipiebāt: et deducebant vsqꝫ ad gazotū: vbi oēs ꝓclamabant: accusantes ionathan qꝫ tēplum incēdisset et destruxisset: ꝓuinciāqꝫ vastasset: multosqꝫ eoꝝ interemisset. Que ptholomeus audiēs tacuit. Ionathas aūt in ioppen occurrit ptholomeo dona clarissima uel honorē ab eo ꝑcipiens et producēs eum vsqꝫ ad fluuiū qui eleutherus appellat̄: ad hierosolymā remeauit. Perueniēs ergo ptholomaidē: pter omnē spem paulomin⁹ habuit interfici ptholome⁹ insidijs alexandri quas ei p āmoniū amicū pauerat. Manifestis aūt factis isidijs ptholomeus alexandro scribit: ad penā ammoniū petēs: et dicēs insidias se ab eo passū: et vindictā sumere iustū esse. Alexandro vo nō cōcedēte ptholomeus intellexit illū causam insidiarū extitisse. Quapropter ei fact⁹ est odiosus. Antiochenis aūt et ꝑus erat odibilis alexander ꝓpter ammoniū: multa nāqꝫ p euꝫ passi fuerant: et penā qdē ab ammonio ꝓ eius delictis exegerūt: occidētes eū qui tāqꝫ mulier se ꝓperabat abscondere habitu circūdatus femineo: sicut alibi dictū est. Ptholomeus itaqꝫ accusans eum ut ꝓditorē nuptiaꝝ filie sue: transgressorēqꝫ auxilij quod ei contra demetriū deduxisset: soluit affinitatē. Nam et auferēs suā filiā: ad demetriū legationem direxit: amiciciā cū eo cōponēs: filiāqꝫ datuꝝ se illi vxorē et restituere paterno eū ꝑncipatui cōpromittēs. Demetrius vo gaudēs: suscepit legationē et nuptias. Tū nimi⁹ iam ptholomeo labor restabat: flectere antiochenos: ut demetriū susciperēt: nā inimici ei⁹ fuerūt: eo qꝫ a patre ei⁹ demetrio multa pessima passi fuissent: et alexandro tamē antiocheni ꝓpter āmoniū irascebāt̄: ut ꝑdixim⁹. Qui pulsus ab anthiochia: i ciliciaꝫ vsqꝫ ꝑuenit. Ptholome⁹ ergo ad antiochenos veniēs: rex ab illis et militib⁹ ordinat̄: coactusqꝫ duo sibi diademata supposuit: vnū asye: alteꝝ egypti. Benign⁹ aūt: et iustus existēs: nec cōcupiscēs aliena: sꝫ et futura ꝓuidens: recusare regnum decreuit:

ne romanos offenderet:ideoqȝ antiochenos in ꝯtōem cōgregās:flectit eos vt deme-
triū suscipēt:dicēs eum nequaqȝ ꝑ p̄re dolorē ꝓuatuꝝ:si bñ mereretur ab eis: doctorē
aūt in bonis ꝛ ducē se illi esse:nec se fallacib⁹ negocijs immiscere:sibi aūt dicebat egy
pti regnū sufficere. Que differēs flectit antiochenos demetriū suscipe. Alexandro
vo cū magna militia vł apparatu ad syriā a cilicia ꝓfecto:terrāqȝ antiochenoꝝ ꝑdāte
ptholome⁹ cū genero ꝯtra eū duxit exercitū. nā iam filiā suā matrimoniali iure deme
trio ꝯtradiderat: ꝛ vincēs alexādrū:ad arabiā fugauit eū. Cōtigit aūt in ꝑlio: vt equ⁹
ptholomei vocē elephātis audiēs: ptholomeū iactaret. Qđ cū vidissent hostes: ipetū
sup eū fecerūt: multisqȝ vulnerib⁹ caput ei⁹ ꝑforātes: ad piculū mortis eū adduxerūt.
Sed custodes corpis eius rapiētes eū liberauerūt: ꝛ ita ꝑ quatuor dies defect⁹ iacuit
vt nec loqui nec intelligere potuisset. Alexādri vo caput arabū potētissim⁹ zabilus
abscidēs ptholomeo trāsmisit. Qui die quīto releuat⁹ a vulneꝝ dolore: suauē sibi rem
summūqȝ spectaculū alexādri morte simł ꝛ capite vidit: qui tamē paulopost vitā fini
uit: ꝑ alexādri morte gaudio summo cōpletus. Regnauit ergo asye alexād er qui
dict⁹ est balās annis quiqȝ: sicut in alijs demōstratū est. Suscipiēs vo p̄ncipatum
demetri⁹ qui nicanor appellabat̄: fraudibus corrumpe cepit ptholomei militiā obli-
tus: ꝛ ꝙ socer eius ꝛ auxiliator fuisset: ꝛ affinis ꝑ connubiuȝ cleopatre. Quopropter
milites ptholomei ad alexādriam confugierūt: elephātos aūt demetri⁹ cōphendit.

Jonathas interea p̄nceps sacerdotum ex omni iudea sibi milites congregans:
arcem hierosolymoꝝ obsidebat: vbi custodia macedonū: ꝛ trāsgressoꝝ multitudo lo-
cata videbat̄. Et hi quidē contēnebant ionathan faciētē machinamēta: confidētes lo
ci munitōibus. Noctu vo qdam maliuoli iudei exeūtes: venerūt ad demetriū: arcis
obsidionē nūciantes. Qui nūcio incitatus: exercitū contra ionathan ab antiochia edu
xit. Cūqȝ ad ptholomaidē ꝑuenisset: scripsit ionathe: p̄cipiēs ad ptholomaidē euȝ ci
tius occurrere. Jonathas aūt obsidionē quidē minime soluere decreuit: seniores
vo populi ꝛ sacerdotes ꝯgregans: ꝛ auꝝ ꝛ argētū ꝛ vestē: cum multitudine donorum
deportans: ad demetriū vsqȝ ꝑuenit. Que cum obtulisset: iram eius molliuit: ꝛ hono
ratus firmū ab eo p̄ncipatū sacerdotij suscepit: quē a regib⁹ ante ipm donatū posside-
bat: accusantibusqȝ eum transfugis: demetri⁹ eis non credidit: sȝ ꝛ petēti quatenus ꝑ
omni iudea: vł tribus ꝓuincijs: samaria: vł ioppe: vł galilea: trecēta tantū daret talenta
ꝑ oibus his epłam ei ꝑstitit: que vba huiuscemodi ꝯtinebat. Rex demetrius io
nathe fratri: gētiqȝ iudeoꝝ salutē. Exēplū epłe quā lasteni cognato nostro scripsim⁹:
trāsmisim⁹ vobis: vt eam noueritis. Rex demetri⁹ lasteni patri salutē. Judeorum
gēti nobis amice: nostraqȝ iussa seruāti: ꝑ fide decreui dona p̄bere: ꝛ tres possessiōes
afferema: belscelida: vel ramathe: que addite sunt iudeis de samaria: ꝛ his attinētia:
ꝛ quātacūqȝ ab immolātibus hierosolymoꝝ reges accipiebāt ante me: vel quecūqȝ
de fructu terre: vel plātatis: omniaqȝ alia que nostro competūt iuri: vel paludes salis:
vel ꝑ coronis que nobis offerebant̄ eis concedo: ꝛ nihil extorqueat̄ ab his ammodo
ꝛ imposterum. Cura igit̄ vt huius epistole fiat exēplar ꝛ det̄ ionathe: quaten⁹ in nobi
li loco tēpli reponat̄. Hec scripta fuerāt. Uidēs ergo demetri⁹ pacē: nullūqȝ sup
esse piculū: nec belli timorē: soluit exercitū stipēdiaqȝ eoꝝ imminuit: ꝛ solis illis sum
ptus p̄bebat: qui cum eo a creta vł alijs insulis venerāt. Unde odium vel inimicitie
militū contra eū ꝯflate sunt: quib⁹ ipe qdē nihil p̄bebat: reges vo añ ipm eis annonas
etiā in pace sbministrabāt: vt eos in certamib⁹ si oporteret ꝑ se fideles ꝛ ꝓpitios haberēt:
atqȝ paratissimos in re bellica ꝛ pacis cū oi haberēt ꝯfidētia expetere. Ca. VIII.

Intelligēs itaqȝ odiū militū circa demetriū alexandri quidā dux: apamen⁹ ge-
nere: diodotus noīe: qui ꝛ trifon dicebat̄: venit ad malchū arabum: qui filium
alexandri antiochū nutrierat: manifestāsqȝ ei inimicitias exercit⁹ quas ꝯtra demetriū

habebant dari sibi petebat antiochũ: nã regẽ eum facere: uel paternũ principatũ ei se restituere dicebat. Qui primũ resistebat: minime credẽs: post vero multo tẽpore trifone petẽte: vincit̃ malchus: flexusqꝫ volũtate sua est ad ea q̃ trifon petebat. Princeps aũt sacerdotũ ionathas cape volẽs arcẽ hierosolymorũ: ⁊ iudeos transfugas: uel impios omnesqꝫ qui ꝑ totã ꝓuinciã custodes erant: transmittens ad demetriũ legatos cũ donis: rogabat ut de castellis iudee custodes eiiceret. Cui rex nõ hec tantũ se ꝓbere: sꝫ etiã his maiora ꝓmittebat: post finẽ belli quod pre manibꝰ habebat: petebat vero eũ ⁊ auxilia transmittere: mandans ꝙ exercitꝰ suus ab eo recessisset. Tunc ionathas tria milia militũ eligẽs destinauit. Antiocheni vero demetriũ ꝓpter hec que passi fuerant abhorrentes: ⁊ ꝓpter patrẽ eius: qui multa cõtra eos mala cõmiserat: tempꝰ seruabant quo potuissent eũ inuadere: vidẽtesqꝫ auxilia venisse demetrio ab ionatha: arbitratiqꝫ ꝙ multa cõgregaret auxilia nisi ꝑcederẽt eum arma ceperunt: ⁊ circũstãtes aulam obsidionis modo: coacto exercitu parati regẽ conabant̃ opprimere. Ille ergo videns populum hostiliter se cũ armis inuadere: colligẽs conductos ⁊ ab ionatha trãsmissos iudeos: cũ antiochenis cõfligit: quorũ vim non ferẽs vincit̃. Vidẽtes aũt iudei sic antiochenos atrociter expugnantes: sup palacii culmẽ ascẽderunt: vnde illos vulnerantes: ipsi quidẽ ꝓpter altitudinẽ tectoꝝ minime ledebant̃: illos vero celis prosternebant que de supioribꝰ ad inferiora iactabant: ⁊ sic eos de ꝓximis domibus repulerũt. Deinde igne supposito: flãma totã ciuitatẽ ex lignis ꝯstructã tectoꝝ spissitudinẽ deuorauit. Antiocheni vero nequaqꝫ valẽtes extinguere ignẽ: ad fugã cõuersi sunt: ⁊ cum iudei de tecto ad tectũ desilirẽt: ⁊ ita eos ꝑsequerent̃: ammirabilẽ cõtigit fieri antiochensium depulsionẽ. Rex aũt ut vidit antiochenos filios suos: ⁊ vxores suas velle saluare: quapropter ⁊ pugnã reliquisse: ꝑ angustas vias inuadit eos: ⁊ cõfligẽs cũ eis multos interfecit: ita ut cogerent̃ armis ꝓiectis se demetrio. Qui veniã eis ꝓ facinoribꝰ cõcessit: seditionẽqꝫ compescuit. Donauit etiã iudeis partem prede. Causam itẽ victorie sue factos eos ꝓfessus: gratias agẽs ionathe ad hierosolymam transmisit: laudans eum ꝓ auxiliis destinatis. Post aũt maliuolus cõtra eũ extitit: ꝓmissionesqꝫ fraudauit: bellũqꝫ minatus est: nisi cũcta redderet tributa: que gens iudeoꝝ prioribꝰ regibus syrie ꝑsoluebat. Et hec fecisset: nisi trifon impetũ eiꝰ ꝓhibuisset: ⁊ apparatũ eiꝰ ꝯ ionathan: erga suas vertisset curas. Reuersus eni trifon ex arabia cum puero antiocho: imponit ei q̃zuis adolescẽti diadema. Cũqꝫ oẽs milites trãsissent ad eũ: demetriũ deserẽtes: bellũ contra demetriũ ꝓducit: ⁊ cõfligẽs cum eo victoriã obtinuit: ⁊ elephantos cũ antiochensiũ ciuitate subiecit. Demetrius vero victꝰ ad ciliciam recessit. Antiochus aũt legatos ad ionathan destinans ⁊ litteras: amicum eũ sibi parauit: ⁊ pncipatũ sacerdotii cõfirmauit: ⁊ quatuor ꝓuincias que terre iudeorũ addite fuerant: insup ⁊ aurea vasa uel pocula: ⁊ purpureã vestẽ ei transmisit: hisqꝫ omnibus ei vti ꝑmisit: ⁊ fibulam auream ei donauit: primũqꝫ amicum suũ vocauit.

Symonẽ autem fratrem eius ducẽ sup omnẽ militiam a regione tiri vsqꝫ ad egyptum constituit. Ionathas ergo de donationibꝰ antiochi gauisus mittens ad eum: ⁊ ad trifonem legatos: amicũ se eis ꝓfessus est: ⁊ pugnare cum eo contra demetrium insinuans ꝓ premiis laborũ non parua mala a demetrio se esse ꝑpessum. Concedente igitur antiocho a syria uel phenice ut cõgregaret exercitũ: quatenus cum ducibus demetrii confligeret: statim ad ciuitates exiit. Que cum eum splẽdidissime suscepissent: exercitum dare non distulerunt. Veniens autẽ ad ascalonam ciuitatẽ: ⁊ munificenter cum donis sibi occurrẽtibus: hos ipsos petebat: ⁊ vnãquãqꝫ humilis syrie ciuitatem a demetrio desistentẽ ad partes antiochi transire: ac secũ bellum producere ꝓ vltione demetrii: ex his que quondẽ in eis peccasset: esse dicens dignas occasiões ꝑ quas hec cogitare deberent. Cũqꝫ flexisset ciuitates auxilium antiocho mittere:

ꝑuenit ad gazam: ſperans ſe ⁊ hoꝛum fidē ad antiochū ꝯuertere. Multū vero p̄ter quod ſperauerat aliter gazeos inuenit: qui duriſſima obiectōe non eū ſuſcipe: nec demetriū relinquere decreuerūt. Quo dū ionathas ꝯcitatus eſſet: ad obſeſſiōem eoꝛū et afflictōem ꝓuincie paraꝛ. Nam partē militie circa gazam diſponēs: cū reliqua ipſe ꝑcurrēs: cūcta p̄dabat vel incēdebat. Que cum vidiſſent gazei: nullūqꝫ auxiliū a demetrio ſibi veniſſe conſpicerēt: ⁊ ꝑiculū p̄ns: adiutoꝛiū v̄o longe ⁊ incertū eſſe vtrum veniret: optimū eſſe decreuerūt: hūc dimittētes illi obedire. Faciētes igiꝛ ad ionathā amicicias auxilia ꝓmiſerūt. Hoīes eni ante maloꝝ ꝑitiā vtilitates non itelligūt ſuas: ꝗſed cum in malis fuerint ꝯſtituti: tūc mēte ꝑcipiūt ⁊ agūt: q̄ nihil leſi facere debuerūt — Nota dictum p[…]

Jonathas ꝯſentiēs eis de amicitijs: tollenſqꝫ obſides ad hieroſolymā tranſmiſit ipſe v̄o totā ꝓuinciā ꝑcucurrit vſqꝫ ad damaſcū: dum demetrij duces audiſſet ad cedeſſam cum multa manu veniſſe. Cedeſſa inter tirum ⁊ galileā cōſiſtit. Nā hoc deſiderabant duces demetrij: vt de ſyꝛia eū ad galileā traherēt: putātes minime eū pati galileos ſibi ſubiectos affligi. Cūqꝫ ionathas eis occurriſſet: ſymonē fratrē in iudea ducē reliquit. Qui multū exercitū de ꝓuincia cōgregās: bethurā obſedebat: locuꝫ iudee munitiſſimū: nam tenebat eam demetrij cuſtodia: ſicut ⁊ p̄us a nobis demonſtratum eſt. Ut ergo aggerē cōpoſuiſſe ſymonem viderūt: ⁊ machinamēta conſtituiſſe: multaqꝫ vſum induſtria cōtra bethſure obſidionem: timuerūt cuſtodes ne capto loco interirent: ⁊ mittētes ad ſymonē: petebant fidē accipe: ne quid ab eo peſſimū paterēꝛ. Qui cum fidē dediſſet: illos quidē de ciuitate tulit: ſuamqꝫ cuſtodiā ibi conſtituit.

etate aūt qñ maxie mulieres pudicicia decorant. Hec nupta erat saturnino: etiam ipso genere: opib⁹: ceteroq₃ cultu cōsimili. Huius itaq₃ amore detinet iuuēis qdā noie mūdus: ex nūero equestri: sed i gradu iā emerito ɔstitut⁹: ⁊ dignitate magna sublimis: idone⁹ etiā ad mūera largiēda: sūptusq₃ faciēdos. Nā mēorate quoq₃ mulieri maiora dōa ꝓmiserat: q̄ illa cōtemnēte maxio fuerat amore succēsus: vt ēt .xx. miriadas dragmarū atticarū se daturū ꝓ vno cōcubitu spopōdisset: sed neq₃ sic illa deflexa ē. Tū ille nimiā infelicitatē morbi suscipiēs: siqdē nec cibū valebat accipe: morti se addixerat: hoc vnū sibi iudicās tanti mali fore remediū. Et ille quidē tale decretū aio infigēs: p dies singulos agebat: vt celeri morte rapet. Erat aūt mūdo liberta q̄dā ex parentib⁹ noie ida: oium malorū ⁊ iniqtatū coagulū. Hec grauiter ferēs: ꝙ ille iuuēis se dānaret in mortē: nā clarebat oio peritur⁹: accedēs erexit eū: ⁊ cepit cū eo talia fabulari: que aium eius bōe spei facerent. Promittebat se nanq₃ actura apud paulinā: vt qnq₃ miriadas accipiēs: cōcedert iuuēi quod volebat. His itaq₃ dictis: iuuenē de morte reuocās: sūpsit ab eo pecūie quātū placuerat: sed nō eadē via paulinam aggredit: q̄ fuerat añ tentata: cernēs aium mulieris nullo mō capi pecunijs. Sciēs vo ꝙ admodū eēt illa cultura isidis occupata: tale aliquid machinat. Accedit ad quosdā ex tēplo isidis sacerdotes: quibus interpositiōe iurādi fidē seruare psuasit: dās ēt in pñti duas miridias ⁊ dimidiā: ꝓmittēs ēt aliud tātū: si quod vellet: habuisset effectū. Tūc causā apit: amorē iuuenis idicat: orat vt ⁊ mulierē qbus posset modis iduceret. Illi āt pecuniarū cupidine capti ꝓmittūt quicqd imparet ꝓtinus ipleturos: psertim aūt ipse maxim⁹ sacerdotū: vt paulinā cōueiret: ac suis vbis ipelleret pollicet. Finxit āt se ex egypto venisse: ab anubio destinatū: ꝙ is grandi circa paulinā amore teneret: eūq₃ deū sibi iussisse: vt romā vēiret: mulieriq₃ pcepta numis apportaret. Libēter illa ⁊ optabiliter suscipit: atq₃ ad aicas gloriādo denunciat: ꝙ ab anubio tali merito digna iudicet. Hoc ēt intimauit marito: ꝙ āborū cenā anubi⁹ cōcupiscat. Ille āt grata cōcessit pudiciciā cōiugis nō ignorās: Illa igit pgit ad tēplum ⁊ cū cenasset: tēpusq₃ quiescēdi vēisset: vniuerse ianue a sacerdote claudunt. Cuncta quoq₃ lumina subtrahūt: mūdus autē intro latebat occultus. Qui postq̄ factū silentiū ē ad mulierē deuēit. Illa aūt existimās deū eē reuerēter accipit: atq₃ ita cū ea mūdus pnoctās: circa vicinū lucis abscessit. Illa aūt mane facto cōsurgēs: atq₃ ad suū virū veniēs: aduētū ad se numis enarrauit. Silr ēt loqt ad aicas: magnā sibi ex hoc glorificationē reputās ꝓuenisse: ⁊ quia vba quoq₃ ad illā fecisset: anubi⁹ indicabat. Sed ex audiētibus alīj nō credebāt: naturā inspiciētes rei: ps aūt credebat: q: dū verū ad miraculū dicebant: pudiciciā attēdentes: dignitatē quoq₃ referebāt. Tertia vero die postq̄ factū ē occurrēs ei mūdus: o paulina inqt: saluasti mihi .xx. miriadas: q̄s posses familiaribus tuis rebus adijcere: nunc autē nec meis postulationib⁹ defuisti: ⁊ dānificatiōe liberasti. Nā in tēplo tota nox a te cū mūdo pacta ē: nec mei nois interest voluptate percepta. Nihil .n. ad pficiendū negocium obfuit: ꝙ anubius vocitat⁹ sū. Et ille quidē talia locutus abscessit: illa vero in mentē suā rediens: tunc primum illud facinus intellexit: ⁊ scissis ꝓtinus vestimentis ad viruz cucurrit: factionemque apuit: tā magni facinoris depcata: ne suā iniuriam neglexisset. At ille impatori cūcta denunciat. Tunc tyberius diligenter cām examinās: vniuersū sacerdotū scelus inuenit: ⁊ ipsos quidē cum ipsa que cā totius iniqtatis extiterat: adegit in cruces: templū autē ipm funditus euertit: statuāq₃ isidis in tyberim fluuium iactari pcepit: mūdum āt exilio cōdemnauit: dignum eū maiore pena nō iudicās: ꝙ amoris vehemētia deliquisset. Et ea quidē que in tēplo isidis ꝓuenere: tali fine conclusa sunt. Nunc ad rē redeo vt explicem que iudeis rome eodem tempore contigerunt: sicut etiam ante prestrinxi. Erat quidā vir genere iudeus: de sua patria profugus: accusabatur autē

legalium transgressione preceptorum: vnde apud suos quoque reus habebatur: etiam malignus in omnibus. Iste per multos dies legem se moysi exponere simulabat: et tres viros in omnibus similes sibi consocians: seducunt vulviam quandam vnam de cetu nobilium vt legi iudaice animum suum dederet. Cui persuadebant: vt ostri et auri plurimum in hierosolymam mitteret: templi ornatui profuturum. Quod illi sumentes proprijs vsibus absumpsere: propter quod etiam argumentis et fallacijs antea cuncta pegerant. Tunc tyberius: nam et totum negocium saturninus insinuat: vir vulvie piter amicus et tutator: iubet roma cunctos iudeos excedere. Consules vero quattuor milia ex iudeis militantes mittunt in sardorum insulam: plurimos autem militare nolentes propter legis patrie custodiam affecere tormentis: atque hoc modo propter nequitiam quattuor hominum vniuersa multitudo pellitur ex vrbe. Sed neque samareorum gens turbis fuit expers: vel tumultibus aliena. Hos enim peruertit vir quidam mentiri proculdubio iudicans caphedon nomine: qui omnem plebem suasionibus artificiosis induxerat vt in montem garizim omnes accurrerent: quem cum sanctum haberent ac venerabilem. Pollicebatur enim se ascendentibus ostensurum vniuersa vasa: que ibidem a moseo fuissent obruta. At illi persuasi verbis illius armantur: et considunt in quodam vico: cuius est nomen tirathua: atque hincinde plurimos congregabant: vt cum maxima multitudine montem ascenderent. Sed hos in ipso ascensu pilatus occupat: omnem equitatum precedere iubens: et ductu velocissimos: atque ibi circa memoratum vicum pugna committitur: et alios obtruncant: plerosque in fugam vertunt: maximam partem capiunt: quorum seditionis princeps vel eos qui in fugiendo tunc plurimum vulnerant: pilatus interfecit.

Capitulum. XI.

Sed ex hoc samareorum gente turbata cuncti potiores ad vitellium veniunt: qui per id tempus gerebat principatum syrie: atque apud eum pilatum accusant: quod iniuste tantos occiderit. Non enim a romanis discedendo: sed iniuriam pilati declinando: in tiratbua congregatos esse promebant. Tunc vitellius marcellum vnum ex suis amicis qui curaret iudeam constituit: pilatum autem romam pergere: vt de his que a iudeis accusabatur: se in iudicio cesaris expurgaret. Tunc pilatus postquam in iudea decimum compleuit annum: pergit romam vitellij iussione compulsus: non enim posset eius dispositionibus reluctari. Sed antequam pilatus romam veniret: tyberius ex humanis rebus abscessit.

Capitulum. XII.

Vitellius autem veniens in iudeam: ascendit hierosolymam: et erat forte tunc festiuitas a maioribus instituta: que pascha vocatur. Vitellius itaque magnificus ac munificus extitit in populos: nam et venalium rerum precia leuigauit: et in alijs plurimis circa eos liberalis apparuit: sed etiam stolam pontificis: vniuersumque eius cultum atque ornatum in templo haberi permisit: et sub pontificum potestate seruari secundum institutionem moris antiqui: Nam antequam vitellius venisset: in antonia seruabatur. Arx enim huiusmodi nomine censebatur. Vt autem ibidem seruaretur: talis extiterat causa. Pontificum quidam hircanus nomine: vnus ex multis: nam plures hoc vocabulo fuerant nuncupati: prius in loco templi vicino tabernaculum construxerat: et ibi ex maxima parte degebat: vbi etiam stolam pontificalem habuit. Nam custos eius extabat: propter quod ea soli licebat inducere: quando intrabat templum. Ceterum quando in ciuitatem exiebat: priuatis indumentis vtebatur. Hanc itaque consuetudinem et ipse et filij eius: et eorum filij: multo tempore conseruabant. Sed postquam herodes accessit in regnum: illud tabernaculum opportuno loco sibi existimans situm opulentius construxit: et antoniam ex nomine antonij: qui ei amicus erat appellat: sed etiam stolam sicut eam ibi reperit: ita etiam precepit custodiri existimans ex hoc nihil seditionis aduersus se populum commoturum. Similiter etiam fecit archelaus filius eius: postquam he-

rodi successit in regnum. Et deinde archelao excluso: a romanis seruabatur stola ponti-
ficis in illo tabernaculo: ex lapidibus fabricato: sub sigillo sane pontificū et in gazofi-
latio habebatur: a quo et cetera templi ornamenta: et candelabrū quoq; seruabatur: qđ
tantum per dies festos ad vsum pontificū tradebatur. Trāsacta vero festiuitate: iterum
in loco ꝓprio reponēda reddebatur: et per tres vtiq; festiuitates singulis quibusq; ānis
et per ieiunia: dabatur atq; reddebatur. Vitelli⁹ aūt tūc secundū morē antiquū stolā illā
pontificum potestati contribuit: neq; permisit: vt quādo vsui opus esset: a gazofilacio
peteretur. Hoc itaq; beneficium iudeis indulgens pontificē iosippū cognomēto
caipham sacerdotali remouit officio: cui ionathan filiū anne in pontificale ministeriū
subrogauit. Que cum egisset: tunc confestim quod in antiochiā ducit ingreditur. Mit-
tit etiam tyberius ad vitelliū litteras: iubens ei: vt amiciciā cū artabano parthoꝝ ipe-
ratore conficeret: Terrebat enim eum: q inimicus extaret: et armeniā inuasisset: ne for-
te amplius eius concepta ꝓgrederetur audacia: monetq; vt non aliter eius amicicie cre-
deretur: nisi suos filios obsides prebuisset. Hec itaq; ad vitelliū scribēte tyberio: il-
le magnis muneribus psuadet hiberoꝝ et labanoꝝ regi: vt cum artabano sine vlla di-
latione pugnaret. At illi a pugna quidem abstinēt: verum scithas concesso eis transi-
tu aperiētes caspias pilas: in artabani regiones immittūt: atq; ita deuastatur armenia:
omnisq; terra parthorum hostibus impletur et cladibus. Nam primi eoꝝ passim vbiq;
perimuntur: turbis et lucta cuncta complentur. Filius etiam ipi⁹ impatoris, in ea pu-
gna perimitur cum exercitu numeroso. Nā multe miriades ibi defecere parthorum:
ipmq; artabanū per munera vitellius corruptis amicis eius: et consanguineis pene ꝑ-
diderat. Sed cum dolos intelligeret artabanus: seq; circūuentū irremediabiliter ag-
nouisset: nam erant plures qui ei insidias parabant: cū paucis fidelibus ad superiores
satrapias abscessit: atq; ita se insidiātium dolis eripuit. Postea vero magnā manum
decoarum sacorumq; congregans: cum resistētibus sibi pugna congreditur: et superans
suum tutatus est principatum. Hec tyberius audiēs: iussit postea cū artabano ami-
ciciā fieri: quod etiam ille libenter amplectitur. Hoc aūt quando gerebatur: circa eufratē
fluuiū erāt artabanus et vitelli⁹: atq; ibi de pacis federe cōlocuntur: in medio sibi pōte
fluminis occurrentes: paucos secū vterq; qui sibi munimēto forēt adducēs. Ibi post
q̄ de pace locuti sunt: herodes eis tetrarcha cōuiuium in loco medio ꝑparat: taberna-
culū ex velamētis preciosis exornās. Tunc artabanus dat obsidem tyberio dariū ~~Darium filium Artabanj~~
suū filiū: cum quo etiā munera magna multaq; trāsmittit. In quibus etiā hoiem ma-
gnitudine septem cubitoꝝ: genere iudeum: noie lazarū misit: qui propter corporis va-
stitatem gygas vocabatur. His itaq; peractis: vitellius an ad antiochiā: artabanus
aūt in babiloniā reuertitur. Herodes āt volēs semetipsum tali nuncio commenda-
re: litteras per huiusmodi destinat portitores: in quibus intimat pacem factā: obsides-
q; susceptum: postremo cuncta denunciat: que ad negocium pertinebāt: nihil penitus
ꝑtermittens. Postea vero cum a vitellio de his rebus destinarentur epistole: rescribitur
a cesare: q cuncta iam ante cognouerit: herode de omnibus edocēte. Ex hoc vitelli⁹
supra q̄ quisq; ratus erat indignatiōe turbatur: non tamen suum animū aperit: sed iram
mēte seruabat: donec reuerteretur. gaio sumente regimen principatus.

Capitulum. XIII.

Tunc etiam philippus herodis hui⁹ frater vita defungitur: vicesimo quidē secūdo
anno iperāte tyberio: ipe aūt p. xxxv. annos rector aduixit: sub suo iure possidēs
traconitidis et gaulonitidis regionē. Ad hec etiā vātaneoꝝ vniuersā gētē suo regimie
gubernabat. Is moderatū et māsuetū se cūctis quib⁹ iperabat exhibuit: nullas op-
pressiōes aliquibus impoiās: nā ei⁹ ad subiectos cōuersatio talis erat. Procedebat
cum paucis: electis: sibiq; gratissimis: in causis iusta iudicia proferebat: in itinere oc-

occursātib⁹ vel opis egentibus auxiliabatur impigre: ac si forte oppressiōem senserat alicuius: statim in solio considens causam audiebat: iuste pti adiutor iniuste punitor existens. Hic ergo moritur inualida: vñ magnis exequijs in monimētum defert: qđ ab ipso ante fuerat constitutum: iuxta paniadā: exequieq̧ sunt illi magnifice celebrate

Principiatum autem eius tyberius cesar assumēs: siquidem nullum reliquerat filium: dispensationi syrie regiminiq̧ coniunxit: functiones autem tributarias quecūq̧ colligerentur in eadem precepit tetrarchia seruari. His quoq̧ temporib⁹ inter aretbā petreum: ꝛ berodē regem simultatio magna contigit: propter buiusmodi causam.

Herodes tetrarches vxorem babuit aretbe filiam cum qua non paruum tempus aduixerat. Sed cum romam euocaretur: transiēs in domo berodis exceptus est. Frater eius erat etiam ipse: sed nō ex vna matre ꝓgenitus. Herodes enim ex filia symonis sacerdotis fuerat ꝓcreatus. Cumq̧ ibi esset: berodiadis amore captus est: vxoris alterius berodis: filia enim erat ista aristoboli soror autē agrippe maioris. Audet igitur de muliere de nuptijs ineundis miscere sermonē. Illa vero suscipiēte pacta firmātur: vt cum roma reuersus fuisset: illa connubij iura suscipere. Erat enim in pactis: vt filiam aretbe regis excluderet. Et berodes quidem romam talibus pactis firmatis aduebitur. Sed cum reuersus fuisset: pagens rome ꝑpter que fuerat euocatus: vxor eius fideliter cuncta cognoscens: que inter eum fuerant berodiademq̧ composita: eū q̧ eam ille cuncta cognouisse sentiret: rogat virum: vt in macberunta vbi limes erat aretbe berodisq̧ regionis: ab eo mitteret: nibil sue voluntatis aperiens. Hoc berodes libenter accipiens: mittit vxorem: nibil eam sensisse penitus arbitrat⁹. Illa vero: pmiserat enim ante multum tempus ad patrem: vt ei apud macberunta omnia pararent q̄ itineris vsus exposceret: a ductoribus aretbe suscipitur: confestimq̧ intrat arabiam atq̧ ibi ab illis ductoribus ad alios: ab illisq̧ rursus ad alteros transmissa cum sūma celeritate patri perducitur: cui cunctā berodis aperit voluntatē. Ille vero exbinc inimiciciarum sumpsit initium: atq̧ ab vtroq̧ exercitu congregato in regione gamalica bello confligitur: non quidem ipsis pñtibus: sed ductoribus ab vtraq̧ pte trāsmissis Pugna atq̧ facta: ꝛ exercitu berodis afflicto: ꝓditiōe profugarum: qui de pbilippi tetrarcbia ad berodē quasi auxiliandi causa cōuenerant: bec berodes scribit ad tyberium. Ille autem indignatus q̧ aretbas talia ppetrauerit: scribit vitellio: vt ei incūctāter bellū inferret ꝛ aut viuum eum vinctum adduceret: aut certe mortui caput auferet

Tyberius quidem vt bec ageret: rectori syrie demādabat. Ca. XIIII.

Quibusdam autem iudeorum videbatur ideo perisse berodis exercitum q̧ i euȝ satis iuste indignatio diuina commota sit: pro vindicta iobannis: qui vocabatur baptista. Hunc eni berodes occidit: virum valde bonum qui precipiebat iudeis v̄tuti operam dare: iusticiam colere: in deum seruare pietatem: ꝛ per baptismuȝ in vnū coire: tum demum enim baptismū acceptabile fore: si non solum ad abluenda peccata sumatur: verumetiam ad castimoniam corporis: atq̧ ad anime iusticiam purificatiōnemq̧ seruetur: omniumq̧ pariter virtutum velut signaculum ꝛ custodia quedam fidelis babeatur. Que cum ab eo precepta buiusmodi docerentur: atq̧ ad audiendum eum perplurima multitudo concurreret: veritus berodes: ne forte doctrine eius persuasione ppli a suo regno discederēt: videbat eni: q̧ p̄ceptis ei⁹ ac monitis parata eēt plebs in oibus obedire: meli⁹ credidit pusq̧ noui aliqđ fieret: puenire boieȝ nece: q̧ postmodū turbatis rebus: seram penitudineȝ gerere. Ex sola bac suspitione berodis vinctus in castellum macberunta abducitur iobannes: ibiq̧ obtruncatur Judeis autē sicut iā diximus videbat pro eius vltione interitū illi⁹ exercitui deum inportasse quo berodes sumpsisset digna supplicia Uitellius vō cepit oia preparare: vt bellū cum aretba perageret. Sumēs igitur duas legiōes: ꝛ peditum ꝛ equitum vniuersam

Jo. Baptista occidit.

manū:cūctosqꝫ auxiliarios ex regib⁹ qui sub romanis erant simul adducēs:pergebat ꝑ iudeā transitum facere. Sed veniētes in occursum ei⁹ ꝓmates iudeorum:postulabāt ne per eoꝝ regionē iter ageret:ne compellerēt contra legē suā imagines ⁊ signa suscipere. Quibus auditis ille ꝑsuasus:mutata sniā quā ante consulto ꝓuiderat:per căpū magnum ire ꝑcepit exercitum:ipse autē cum herode tetrarcha ⁊ amicis ascēdit hierosolymam de hostias imolatur⁹. Nam dies festus iudeorum ꝓpinquus instabat. Ad quam festiuitatem occurrēs:fauorabiliter ac decenter ab omni multitudine iudeorum except⁹ ibiqꝫ peragens dies festos:ionathan pontificali remouit officio:qđ eo filo ei⁹ fratri contradidit. Quarto aūt die allate sunt illi littere:in quibus significabat̄ mors tyberij:⁊ vt omnem multitudinē congregās: ad deuotiōem gaij:iurare compelleret. Milites quoqꝫ ⁊ auxilia cuncta ad loca ꝓpria dimittebat:q̄ bellum iam gerere non valeret nesciēs gaij propositū:in quē potestas rerum translata cōstaret. Dicebat̄ etiam q̄ hoc arethas ex augurio antea cognouisset. Nā cum ad eū vitellius nūcium belli misisset:fertur vitellij militib⁹ respōdisse:impossibile esse ꝓrsus: vt ad petreos romanus exercitus aduenerit:antea eni vnum ex ꝑncipibus moriturum:vel eum qui bellū imperauisset:vel illum qui impetrātis ꝓposito ministraret:vel illum aduersus quē plius pararet̄. Vitelli⁹ interea ī antiochiā repedauit. Agrippa vō aristoboli fili⁹:ānō añqꝫ tyberi⁹ moreret̄ romā venit:volēs apud iperatorē agere:vt sibi aliquā tribueret ptāte.

Volo igitur plenius explicare:de vniuerso herodis genere:qualiter fuerit ꝓpagatum:simul eni ⁊ sermo ad hanc historiā ptinēs amplius enitescet:ꝑ quē ꝓbabit̄ nihil ꝓdesse vel exercitus vim:vel corporis valitudinem:vel alia que videntur mortalibus appetenda:sine pietate qua colitur deus. Siquidem intra.c.annorum spacium preter paucos:nam admodum plures erant:cuncta herodis origo consumpta est. Super hec etiam ad humilitatē ⁊ modestiā humanum genus adducitur: cum illius familie calamitates audierit postremo etiā:omnis res agrippe declarabitur:digna maiore miraculo:qualiter ⁊ priuatus ⁊ abiectus ad tantam magnitudinē potestatis ascendit:qđ nullus scientiū eum de illo homine aut sperare posset:aut credere. Dixi quidē etiam antea de his:tamen nunc quoqꝫ diligentius explanabo. Herodi maiori fuere ex mariāne hircani:filie due:ex quibus vna:idest salome nupta fuerat faselo nepoti suo: filio faseli fratris herodis:hanc enim pater ipe tradiderat:altera vero:idest cypris antipatro:etiam ipsa nepoti quidem herodis:filio autē sororis eius salome. Et faselo quidem ex salome procreantur filij.v.antipater:herodes:⁊ alexander:filie autem alexandra ⁊ cypris:quā in coniugium acceperat agrippas filius aristoboli. Alexandrā autem honorabilis vir ciprianus ex nobilibus habebat vxorem:sed nullos suscipiens filios cypris emoritur. Uerum ex agrippa quidem pueri procreantur duo:filie autē tres:berenice:mariāne:drusilla. Agrippa autem ⁊ drusus pueri vocabantur:quorum drusus:antequā ad adolescentiam veniret emoritur:agrippa autem a patre mittebat̄ Herodes autem ⁊ aristobolus:⁊ berenice:etiam hij quoqꝫ filij fuerūt herodis maioris:berenice autem custodibari fuit ⁊ salome filia sororis herodis. Hos aristobolus infantulos dereliquerat:occisus a patre cum alexandro fratre:sicut ante iam diximus. Sed hij postqꝫ adoleuerunt:ducunt quidem agrippe frater mariānem filiā olimpiadis:herodis regis filie:⁊ iosippi qui erat herodis regis frater aristobolum. Tercius autem agrippe frater aristobolus ducit iotapatam sigerammi filiam emesorum regis:ex quibus nascitur puella cuius audiendi sensus fuerat obturatus:nomine iotapata:⁊ isti quidem masculorum filij fuere:herodiadis quoqꝫ erat his soror progenita: que herodi herodis maioris filio fuerat iūcta:quē ex mariāne susceperat symōis pōtificis filia. Ex istis etiam salome filia ꝓcreat̄ qua ꝓcreata:herodiadis legē paternā trāsgrediens:herodi coniungitur:fratri viri sui: ex vno patre progenito:viuum deserens

virũ. Hic ãt cui cõiuncta est: tetrarchiã habebat galilee: filia vero eius salome philip po filio herodis nupta est: tetrarche traconitidis regionis. Sed isto sine filio moriente aristobol⁹ eã in cõiugium suscepit: filius herodis: frater agrippe. Ex quib⁹ filij quoq; nascunt̃. iij. herodes: agrippa: aristobolus. Et salome quidẽ tali modo ꝓsapia ꝓpaga tur. Ei aũt ex antipatro filia ꝓcreat̃ cypris: quã alexas selcias sumit vxorem. Alexe vero huiusq; mulieris filia: fuit item cypris. Herodes aũt ⁊ alexãder: quos f̃res dixim⁹ antipatri: sine filijs moriunt̃. Aleãdro aũt herodis regis filio: qui a patre fu erat interempt⁹: alexãder ⁊ tygranes filij generãt̃: ex archelaica pradocoꝝ regis filia ⁊ tygranes quidẽ cum regnaret in armenia: accusatus in roma: sine prole defungitur Alexãdro aũt tygranes omonimus fratris ei⁹ gignitur fili⁹. Et iste alexander qui du xit antiochi cõmagenorum regis filiã iotapatam nomine: lesidi cilicie ciuitatis a vespa siano rex efficitur. Et alexandri quidem origo confestim vt pullulauit: culturã genus sue dereliquit: ad ritus transiens moresq; gentilium: cetere vero filie herodis: nullam prolem penitus habuere. Herodis aũt quã memoraui prosapia permãsit vsq; ad tempus quo agrippa maior regnum accepit. Capl'm. XV.

His itaq; de herodis genere declaratis: nũc de agrippa narrabo: vel qualis illi aduersitas fortune ꝓuenerit: vel qualiter omnes calamitates effugerit: atq; ad magnã dignitatẽ ꝑtatemq; conscẽderit. Ante paucum igitur tempus q̃ rex hero des de vita discederet: agrippa apud romã erat: vbi maximã familiaritatẽ cũ druso ty berij filio conquisierat: ⁊ cum antonia drusi maioris coniuge: ꝓpter qđ hec matrẽ eius in honore magno haberet: ⁊ venerabiliter appellaret. Agrippa vero magnus ⁊ na tura largus existens: ⁊ ad donãdum valde munificus viuẽte quidẽ matre suam volũ tatem non valebat ostendere: veritus: ne illam in aliquo cõtristaret. Mortua vero ma tre: ⁊ ꝓprij factus arbitrij: cepit opes suas abundanter effundere: ⁊ alia quidẽ quotidi ani victus gratia opulenter erogarat: alia muneribus in diuersis expenderat plurima vero in libertis cesaris dabat: ꝙ per eos posset aliquid adiuuari. Proinde hoc modo semetipsum exhibens: breui ad magnã penuriam egestatẽ peruenit. Accessit etiã illi aliud: vnde rome permanere prohiberetur: Contigit enim tyberij filiũ mori. Quo mor tuo: tyberius prohibuit omnes amicos filij sui omnesq; familiares ante faciem suam accedere: ne illis visis recordatiõe filij facta: dolor ei luctusq; moueretur. Ob hanc igi tur causam in iudeam agrippa nauigando perrexit: videns se apud romã miserabili ter viuere: ꝓpter quod omnes suas opes amiserat: ⁊ nullus illi aditus esset: vñ poss; aliquos questus habere: nam multas etiam ibi pecunias sub fenore acceperat: a qui bus cum vrgeretur: vnde debitum consolueret: non habebat. Defectu igitur consilij ⁊ confusione ꝙ se aliter videret: discessit in quãdam turrem: que in malathoes fuerat constituta: addicens semetipsum: vt de hac luce defungeret. Que cũ vxor eius cypris ita esse sentiret: cepit omnibus modis laborare: vt eum a morte prohiberet. Inuenit ergo consilium: vt ad suam sororem herodiadẽ scriberet: quam herodes tetrarcha vxo rem acceperat intimans ei in quibus agrippa esset constitutus vel q̃liter se vell; mor te damnare: oportere illam ꝓpter consanguinitatem auxilium ferre. Illi vero euocan tes agrippã: habitatiõe; illi in tyberiada cõstituũt: ⁊ aliquãtũ eris ꝑ singulos dies: qđ ad victũ eius subministraret̃ dare ꝑcipiũt. Sed in hoc herodes nõ multo tꝑe ꝑseuerat licet etiã ipa q̃ darent̃ sufficiẽtia nõ fuissent. Nã cũ aliquo die ꝑ vinũ hoc herodes ex probraret agrippe: agrippa ipaciẽs exprobratiõis abscessit: atq; inde perrexit ad flac cum virum consularẽ cum quo rome amiciciã non ꝑuam induxerat. Is eni tunc gu bernatiõem syrie dispensabat. Cunq; suspectus esset a flacco: apud eũ interim dege bat. Retinuit etiam ibi flaccus aristobolũ fratrẽ agrippe: s; simulate diuersũ: haud sa ne ꝑ hoc in aliquo ꝑpediebãt̃: quo min⁹ amiciciã cõsulis honoremq; mererẽt̃. Sed

nō tñ aſtriſtobol⁹ aduerſando ceſſabat:donec eū flacco quoq; reddidiſſet inuiſū:huiuſ modi cām offenſiōis inueniēs. Damaſceni cū ſydonijs ꝑ militib⁹ certamē exercebāt. Cunq; inter eos flaccus auditurus foret:illi cognoſcētes agrippā: ꝙ apud eum plurimū poſſet:rogabant:vt eoꝝ ꝑtis fautor exiſteret argentū ei plurimū ꝓmittentes. Et ille quidē oīa ſtudioſe gerebat:ꝙ damaſcenis ſuffragaretur auxilium. Ariſtobolus aūt:nō eni eum latuit pecuniarū que fuerat facta ꝓmiſſio:cām deportat ad flaccū. Que cū fieret examinatiōe manifeſtior:a ſua grā repellit agrippā. Ille aūt extrema penuria circūſeptus ad ptholomaidā ꝑgit:atq; ibi neceſſitate reifamiliaris ſtrict⁹:cōſiliū capit in italiam nauigādi. Sed cum eum ſumptuū ꝓhiberet inopia:marſiū libertum ſuum rogabat vt ei in tanto molimine adiutor exiſteret:ab aliquib⁹ pecunias mutuando: ⁊ marſias ꝑmū quēdam berenice matris agrippe libertum:ſed iure teſtamēti eius:factum ditionis antonie:poſtulat:vt ei aliquas pecunias daret ſcriptura ⁊ fide mediāte. Ille vero querebaꝰ de agrippa ꝑ cuiuſdā fraude pecunie:⁊ compellit marſiā:ſub cautiōe dare miliū atticarū facereq; vt duo milia min⁹ quīgētos accipet. Ille porro ꝯceſſit:q: nō erat aliud qđ egiſſ;. Sūpta itaq; pecunia agrippa athedonā venit ⁊ repiēs nauē tūc ꝓpōitū pagebat. Hoc agnoſcēs crēniuſ capito:iānie curator militeſ mittit:ab vt eo argēti.xxx.miriadaſ exigerēt:q̄ rome theſaur᷑ ceſariſ debebāt. Quiq; veniētes:agrippā pecuniā dare cōpellunt. Ille vero facturū ſe quod videbaꝰ aſſimulans:nocte alexādriā ꝓfugit:vbi alexādru; depcaꝰ alabarchū:vt ei.xx. miriadas mutuas largireꝰ. At ipſe quidem ſibi daturum ſe nō ꝓmiſit:cyprie aūt ſimilia poſtulanti non abnuit:obſtupeſcens ſtudium dilectiōis ei⁹ erga ꝓprium virū: ⁊ ꝙ eā videbat boneſtatis cuncto genere decoratam. Alexander igitur.v.illis talenta in alexādria mutaꝰ:ꝓmittēs:vt cum inde archeā veniret:ibi reliquum daret:timēs agrippā: ꝙ eſſet in expenſis ꝓfuſior. Et cypris quidē exinde virum in italiam nauigaturū dimittens: ipſa cum filijs in iudeā reuertitur. Agrippa vero puteolis appulſus:epiſtolā ad tyberium ceſarem ſcribit:qui tunc capreis agebat:pn̄tiam ſuā ſignificās:vt dignus fieret vultui ceſaris apparere:quo continentiā ab eo mereret. Petebat ergo:vt ei capreas venire concederet. Tyberius autē nihil ſtilatiōe ꝓducēs:clemēter illi ⁊ humane reſcripſit:inter alia quoq; ſe gaudere ſignificās illū ad ſe ſoſpitem repedare. Cunq; ille capreas aduenſſet:nihil minus ei ceſar alacritatis exhibuit:q̄; per lr̄as oſtenderat. Nā ⁊ amplexatus eſt eum: ⁊ magnifica hoſpitalitate ſuſcepit. Sed poſtero die allatis litteris ab berennio capitone:in quibus ſignificabaꝰ:ꝙ agrippa.xxx.miriadaſ debens ſoluendo non adeſſet: ⁊ ob id tempore quo ſe ſpoponderat redditurū ꝓfugit exactores deuitans animus ceſaris immutat⁹ eſt. Nā cum illa; legiſſet epiſtolā: indignatione commotus:ingreſſum ad ſe interdixit:donec ab eo debitu; redderetur. Ille autem nequaquam ex ceſaris indignatione commotus:antoniam deprecabatur germanici matrem: ⁊ gai:qui poſtea ceſar effectus eſt:vt ei.xxx. miriadas mutuas imparti retur:ne ab amicicia tyberij decidiſſ;. Illa vero berenice matris agrippe recordatiōe nā ſe he mulieres admodum diligebant:ſiquide; pariter gaio lac prebuerant:pariterq; illum enutrierant:argentum quod poſtulat impertitur. Quod cum pro debito reddidiſſet:nullomodo poſt hec ab amicicia tyberij prohibetur. Deinde tyberius ceſar eum ſuo nepoti coniunxit:iubens:vt ei in omnib⁹ proceſſiōibus adheſiſſet. Agrippa vero:propter quod ab antonia cum magna gratia fuiſſet exceptus:cepit omni niſu agere:vt gaium eius filium in omnibus accuraret:qui fauore matris in magnis habebatur honoribus. Erat ibi forte quidam genere ſamareus:libertus ceſaris: ab eo mutuatur:miriadas centum:ex quibus antonie reſtituit quod debebat:ex reliquo autem:gaium amplius accurabat:vn̄ apud eū maiorē adipiſciꝰ dignitatē. Per dies igiꝰ agrippa circa gaiū i meli⁹ ꝓcedente:quodā die ꝑmo fit de tyberio. Cūq; agrippa

ex affectu vota ꝓfunderet: vt celeriter defuncto tyberio: gaio daretur imperium: quem meliorem dignioremqꝫ in omnibus esse firmabat: inter auditores horuꝫ verboꝝ forte fuit quidã etiã euthicus agrippe libertus ⁊ auriga: ⁊ tunc quideꝫ silentio q̃d audiuẽrat tradidit: postea vero cum eũ agrippa furti argueret ꝓ vestibus aliquibus: ⁊ reuera aliqua vestimẽta subtraxerat fugiens cõprehẽdit̃. Cumqꝫ ad pisonẽ duceret̃: qui tũc custos fuerat ciuitatis: causam fuge requisit⁹: verba quedã secreta cesari se nũciare dicit: eius munimini salutiqꝫ ꝓ futura. Proinde vinctum mandat ad capreas. Tyberius autẽ more suo vtens: habuit eũ in vinculis custoditũ. Magnã enim sollicitudineꝫ ꝓ semetipso gerebat: sup quemlibet aut imperatorẽ cogitans aut tirãnum. Naꝫ neqꝫ legationes facile suscipiebat: neqꝫ ducum suorum: vel curatorum: vel aliorum in ceteris constitutorum officijs remotiões: vel ꝑfectiões celebrabat: nisi forte: cum quisquã in aliqua dep̃henderet̃ offensa. Alioquin nulli ab eo dabat̃ nisi morte successio: nam vinctorum aliquas secretas denũciat̃ões suspectas habebat. Vñ cum amici causam huius dispositiõis inquirerẽt: rñdisse fertur: legationem vinctoꝝ se quideꝫ ideo nec facile suscipere: nec cito dimittere: ne ceteri videntes alios facili⁹ absolutos: ex hoc plures ad se venire incitarent̃: ⁊ sibi frequẽtia legatorũ molestiã inquietudinis apportaret: presertim cum necesse esset etiã eis dona largiri. Magistratus aũt semel datos: diõ se iugiter ꝑmittere dicebat illis quibus fuerint concessi ꝙ intelligeret consuli ꝑ hoc ⁊ prestari ex magna ꝑte subiectis. In natura nãqꝫ oẽm administratiõeꝫ hoc habere firmabat: vt circa opes acquirẽdas faceret hoies studiose festinare. Cũ sibi non se aliqñ penitꝰ in officio ꝑmanere perspexerit: manifestũ: ꝙ omne gerat studium: vt antequaꝫ arceat̃ officio: q̃ꝫ plurimum possit acquirat. Unde quoqꝫ ad furta plurimi ⁊ rapinas cõcitant̃. Si vero ꝑseueraturos se in administratiõibus certo cognoscãt: licẽtia plurima cõquirendi pigriores ⁊ quietiores fiũt ad furta vel fraudes aliquas faciẽdas. Cũ autem celeres successiões dantur hominibus: nequaquam subiecti sufficiunt: ducib⁹ depredantibus: quibus largitas non est temporis attributa quo repleti essent studiuꝫ omne lucrandi deponere. Exemplum etiam eis ꝓferebat quendam vulneratum: ad cuius vulnus musce congregabantur plurime. Quem quidam transeuntium cum vidisset: miseratus est eius calamitatem: ratusqꝫ: ꝙ imbecillitate nimia muscas illas a se non posset abijcere: ⁊ opus haberet alterius beneficio: interrogauit eum causaꝫ cur sibimetipse non auxiliaretur: molestiam repellendo muscarum. Cui ille respondens amplius inquit mihi lesionis importas: si has presentes fugaueris. Iste quidem iaꝫ replete sanguine: non eo modo moleste sunt: quin etiam aliquantulum remissius insistunt: si vero his amotis alie famelice congregentur: ita illud vulnus inuadunt: vt etiã si intereant: non valeant effugari. Propterea igitur ⁊ seipsum dicebat subiectis ꝑ rapinas iudicum fatigatis consulere: per hoc quod nõ crebro in administrationib⁹ alios substitueret: qui more muscarũ cum naturaliter ad lucra referentur tum etiam remotionis timore: amplius incitarentur ad rapiendi cupidinem. Testificatur autẽ huic meo sermoni ꝙ hui⁹ esset nature tyberius: ip̃m eius op⁹ inspectum: qũo quidẽ duobus et xx. annis in imperio actis: duos tm̃ dispẽsatores in iudeaꝫ misit: quorum illa gẽs gubernatione regeret̃: gratũ atqꝫ pilatũ: qui ei successerat: nec in sola iudea forte talis extitit: sꝫ etiam in ceteris regioibus nõ aliter apparuit. Sꝫ etiã vinctorũ examinationes se differre ꝓpterea dicebat: quia si ꝯdẽnati morerẽtur liberatio ꝑ hoc hoim malignoꝝ imminẽtiũ illꝭ adessꝫ: cũ vero in custodia tenerẽt̃ maiorẽ illis sicut meriti essent inferri calamitatẽ. Propter has igit̃ ⁊ hui⁹mõi causas etiã euthic⁹ audit⁹ nõ fuerat: sꝫ retinebatur in vinculꝭ. Tẽpore vero procurrẽte: tyberius ex capreis tusculanuꝫ venit: distãtẽ a roma iteruallo stadiorũ cẽtũ. Agrippa vͦ rogabat ãtoniã: vt ageret: quo euthici aduersũ se discuteret̃ accusatio. Honorabilꝭ q̃ppe apđ tyberiũ hẽbat̃ ãtonia ⁊ ꝯgnatiõis

No —
de muscis

τ dignitatis gratia: nã drusi fratris eius vxor extiterat: sed etiã virtute pudicicie: Eta te nãq3 viridi viduata pmãsit: spernẽs secũdi viri coniuginm: cum etiã a sebasto cuicũ q3 nubere iuberetur: omnemq3 suam vitam liberã detractionibus gessit. Tiberio quo q3 beneficium grande pstiterat: cum fuissent a seano insidie preparate: amico viri sui: τ potentiam magnam tunc habente: eo q multarũ tunc miliciaru3 ductor existeret τ q in consilium eius plures ex nobilitate cõcurrerẽt: libertorumq3 se ad eum magna ma nus addiderit: sed τ milicia ois fuerat ante corrupta. Igitur omnib9 per dies augmẽ tũ accedebat insidijs: τ pene seianus totum opus impleratt: nisi antonia seiani mali gnitate prudentior suam exercuisset in hac causa fiduciam. Nã cum cognouisset: que de tyberio tractarentur: scribit ad eum oia diligenter: τ p pallantẽ quendam seruoru3 suorum fidelissimum: litteras in capreas destinat ad tyberium. Ille autẽ insinuata co gnoscens seianum cum conscijs vniuersis interimit: antoniã aũt licet etiam ante vene rabilem haberet: venerabiliorẽ tamen ex eo habuit: eiq3 in oibus obediebat. Ab hac igitur tyberius rogatus vt examini daret eutbicum: siquidem inquit tyberius menda cium est: aduersus agrippam quod dicitur: meritum habebit eutbicus dignumq3 sibi suppliciũ: si vero in examinẽ datus: que dicit vera claruerint: in illum qui cãm exami nari compellit omnis pena reuertitur. Sed agrippa cum ei hec ab antonia dicerentur magis instabat: deprecans exaiationẽ cause fieri. Antonia vero: non enim valebat a grippam contemnere: q erat vehemens in petendo: tempus oportunum inueniens: pcedente etia3 agio eius filio τ agrippa pmeridiano: iam quippe pransi pcesserant postulabat tyberium: vt vocato eutbico: celebraretur examen. Cum ille: sciunt inquit antonia dij: quia non ex mea snia: sed a te coactus geram: quicquid in hac causa fuerit gestum. Hec dicens: iubet macronem qui seiano successerat: vt adduceret eutbicum At ille sine vlla dilatione cum esset adductus: cepit eu3 tyberius pcõtari: quid nã di cendum haberet aduersus eum: qui ei libertatis munus indulserit. Cum ille: o domi ne inquit: vehebatur carruca gaius τ agrippa cum illo: ego autem ante pedes eorũ as sidebã: τ cum multi sermones verterent: hoc etiã inter plura locutus est ad gaium a grippa. O si veniat aliquãdo dies: quãdo isto sene defuncto: mundi tu suscipias pnci patum: nihil eni tyberi9 fili9 eius ipediet: q a te facile valebit occidi. Tũ eni mundus beat9 erit τ ego cũ eo beat9 efficiar. Tunc tyberi9 credibilia q̃ acta sũt reputãs: siml etiã q irã veterẽ reseruaret agrippe: pter qd eũ iusserat tyberiũ suũ filiũ: nepotẽ dru si frequẽtare suis cõuẽtibus: τ curare: qua3 iussiõem agrippa contẽserat: totũq3 se gaio dediderat: hũc inquit macro vinciri facito. Sed macro nõ satis itelligẽs: de quo illud veri9 imperaret: nã nec sperabat eũ de agrippa tale vnq̃3 aliquid cogitare: s3 interro gauit: vt certi9 qd iuberet agnosceret Cũq3 cesar in yppodromio deambularet: pue nit ad agrippã: eũq3 manu cõprehẽdẽs: dixit. O macro: hũc iussi vinciri. Illo etiam tũ ingrẽti quẽ nã pciperet: agrippã inquit. Et agrippa subito pturbatus ad depcatio nes ↄuertit: ↄmemoratiõem ei9 filij faciẽs: cũ quo fuiss3 vna nutrit9: τ tyberij: cu3 quo piter fuerat educat9. Haut tñ pficiebat aliqd: s3 ducebat ostro vestitus in vinculis: τ erat ardor magn9: nã estatis tps extabat: τ ex vino quo in epulis multo fuerãt vsi: ce pit siti vehemẽter incẽdi. Vñ quoq3 anxius factus: pter decus atq3 dignitatẽ cepit cũ cta respicere: vñ posset sitis inuenire remedium: conspitiensq3 quendã ex famulis gaij taumastum noie: aquam in vase portantem: petiuit bibere. Illo aũt porrigente: susce pit: atq3 auide bibit: τ spero inquit o puer: q in bono tibi hec effecta fuerit ministratio Nam cum hec effugero vincula: nullomodo tardabo libertatẽ tibi a gaio promereri qui mihi etiam vincto ministeriu3 pbuisti: sicut etiã añ nunquã neglexisti: cum fuisse3 in dignitate constitutus. Neq3 enim hec dicens mentit9 est: sed vicissitudinẽ ei meri tã reddidit. Nã p9modũ rex effect9: taumasto libertatẽ a gaio pmeruit: curatorẽq3 cũ

seianus insidias pparauit

seianus cũ cõscijs interim

pransi

yppodromo

fecit sue sustātie:sʒ etiā morlēs filio suo agrippe ⁊ berenice filie in eodē ministraturuʒ officio dereliquit:atqʒ in hoc honore senio grādeuus defungit. Et hec quideʒ postea facta sunt. Agrippa vero tunc vinctus stabat ante palatium:in quadā arbore ꝑ anxietate reclinatus cum plurimis:qui simul fuerant vincti:⁊ quodā alite considente sup arborē in qua fuerat agrippa reclinatus:quē bubonē romani vocant:quidē ex vinctis germanus noie comtemplatus:interrogauit milites:quisnā esset ille:qui ostro vestiretur:⁊ agnoscens:ꝙ agrippa vocaret:genere autem esset iudeus:ex his qui in illa gente primates haberentur:petiuit conligatum sibi militem:vt ad eum copiā accipet accedēdi:ꝙ vellʒ ab eo de patria eius aliquid ꝑcontari. Qđ cum ei cōcederet accessit ⁊ per interptem:o iuuenis inquit:affligit quidē te repētina mutatio:magnā tibi fortunam calamitatis importans:sed verba tibi denunciabo:que tibi ex numine diuino fugam totius mali portendunt. Scito ergo deos tibi tam mee patrie q̄ʒ huius loci testes inuoco:ex quorum prouidētia hec nobis vincula ꝓuenerūt:ꝙ neqʒ cupidine fallendi neqʒ vanum tibi gaudium afferre desiderās:dicam:que dixero. Siquidē tales ꝓnūciationes q̄ non valent ipsis operibus approbari:magis faciunt meroris augmentum q̄ʒ si nihil verborū illorum aduertas:ideoqʒ iustū putaui hoc deorū ꝓsagium nūciare. Impossibile nāqʒ est:non te confestim de his vinculis liberari:⁊ ad ꝓuectum diuturnū magne dignitatis ⁊ ptātis ascēdere:ita:vt inuidiā ab vniuersis habeas:qui te nūc miseranter attendūt:exitus etiam vite in beatitudine te repperiet cōstitutū:diuiciasqʒ plurimas:oiaqʒ que ꝓma mortales dicūt tuis filijs qui tibi nati fuerint derelinques. Memineris autem:quđ cum iterum hunc alitē videris:intra quinqʒ dies finem vite tibi venturum. Et hec quidem tibi cuncta cōplentur:nisi vano hec a numine disponūtur:cui placuit prenūciādi causa illum alitem destinare. Ego autem iniustum putaui si talia cognoscens:te quoqʒ ne cognosceres defraudarē. Nam vtile tibi fore iudicaueris paululum afflictū esse meroribꝰ:cuʒ in manus tuas cuncta mortaliū bona deuenerint:⁊ omnem infelicitatem in qua nunc detrahimur effugeris. Et germanꝰ quidem talia predicēs:tantum risum excitauit agrippe:quantum postea apparuit dignus miraculo. Antonia vero grauiter ferens agrippe calamitatē:intercedere quidē pro eo apud tyberium suspectū esse cernebat:ad hec etiā infructuosum fore. Sane inuēti sunt ei a macrone milites tales:qui eum sine districtiōe seruarent. Adhibet etiā talis cēturio:qui illis ꝓesset militibus:sed etiā qui cum eo ligaret talis inuentus est. Lauacra quotidiana cōcedebantur sed etiā copia libertis ⁊ amicis ad eū intrandi tribuitur aliaqʒ omnia ꝑmittunt:quibus sollicite curaret. Intrabāt aūt ad eum amicꝰ sylas ⁊ ex libertis marsias:⁊ stocheus cibos afferētes quos libēter habebat:aliāqʒ diligentiā q̄ necessaria solet esse in rebus talibus exercebāt:idumēta quoqʒ deportātes:sub ostentu vendēdi. Cum autem noctis adesset aduentus:stramina cōponebant:cōscijs fauētibꝰ militibꝰ. Nā eis macro cōmendans aūt ꝑdixerat. Et hec quidem agebant per menses sex:quibus agrippa in his infortunijs habebat. Tyberius autē reuersus in capreas:febrium ardore corripit:⁊ primum quidem mediocriter:sed ipeius egritudine procedente contrariam de eo spem habebat euodus amantissimus ei omnium libertorum. Is iussit ad eum filios eius adduci. Oportere nāqʒ dicebat:vt cum eis loqueretur:anteq̄ʒ terminū vite susciperet. Erāt aūt illi filij:non quidem proprij sed adoptati:nam drusus eius filius iam fuerat mortuus:cuius filius tyberius fuerat adoptatus cognomento gemellus:⁊ gaius germanici fratris filius:iam adolescentulus:⁊ liberalibus apprime disciplinis institutus:qui etiam ⁊ populo honorabilis erat ⁊ carus ꝓpter germanici patris eius virtutem. Nam hic ad magnuʒ honorem apud populos fuerat sublimatꝰ:propter māsuetudinē morū:⁊ ꝓpter affabilitatē qua cunctis gratus extabat. Et cum ipse clarus esset:nō se tamen preferebat:sʒ oibꝰ

par esse volebat. His igit̃ rebus non solũ apud populũ: sed etiã apud ipsum senatũ magnꝰ habebat. Ad hec etiã vnusquisqꝫ diuersarũ gentiũ: alius cõfabulationis grã alter fide ac mãsuetudinẽ quã in eius morib⁹ moribusqꝫ cernebat: ad amorem fuerat excitatus. Ceterũ eius morte luctus magnꝰ apud vniuersos exposit⁹ est: nõ sicut assolet: vt ꝑncipi placaret: ficto dolore monstrato: sed vera cũcti tristicia merebãt. Nã ei⁹ mortẽ vnusquisqꝫ ꝓpam suam reputabat: ita eius mores eiusqꝫ colloquia cũctis bõibus grata fuerant. Unde ad filiũ quoqꝫ ipius amor cũctorũ fauorqꝫ ꝑuenerat: maxime autẽ ois militia eius amore tenebat: ita vt gloriã reputarẽt ꝓ eo mori si rõ postularet quo ipe susciꝑet ꝑncipatũ. Sed tũc tyberi⁹ euodo iussit: vt sb ipso diluculo infantulos illos adduceret. Ipse aũt dñs pris supplicabat: vt ei signũ manifestũ ostenderẽt quisnã post eum in impiũ succederet: festinãs quidẽ vt nepoti suo ꝑncipatũ relinqret maiorẽ tñ credẽs sua snia: suoqꝫ ꝯsilio diuine dispensatõem ꝓuidẽtie: ideo a dñs sibimet demõstrari desiderabat. Supplicãti deniqꝫ illi omen tale mõstrat: ad illũ videlꝫ venturũ esse ꝑncipatũ: qui ad eũ sequẽti die ꝑmus ex oibus aduenisset. Hec ille cognoscẽs: mitit ad nepotis sui pedagogũ: iubẽs vt ꝑmo mane puerũ ad se ꝑduceret: putãs vlla re numinis suꝑare sniam. Sed de⁹ ecõtra de impio decernebat. Illo igit̃ talia cogitãte: ecce dies illuxit: ꝛ iubẽs euodo: vt quisquis toris esset infantul⁹: eũ ad se ꝑmit⁹ euocaret: illeqꝫ egressus: gaiũ ante tabernaculũ reppit: nam tyberi⁹ necdum aderat: ciboꝝ acceptõe tardat⁹. Ille autẽ ignorãs totũ quid agebat: quicqꝫ tyberius cuꝑet: veni inquit: vocat te pater. Et hoc dicto: eum in tabernaculum introduxit.

Tyberi⁹ autẽ vt vidit gaiũ: tũ ꝑmũ intellexit maiestatis suꝑne potẽtiã: ꝛ ꝙ non sit in hoim ptãte de imperij cõstitutõe decernere. Tũc ille ꝑmũ lamẽtat⁹ est semetipsum quidẽ: ꝙ ei⁹ cõsiliũ fuerat infirmatũ: ꝛ ei potestas ordinãdi quẽ vellet ablata: tyberiũ autẽ nepotẽ: ꝙ nõ solũ de impio decidisset: sed etiã ipaꝫ salutẽ ꝛ vitã agere nõ illi sine ꝑiculo fore cernebat: ad hec etiã inuidiã illi ex cognatõe futurã esse. Nam timore vel odio suspectũ fieri gaiũ rebat: taꝫ ex eo ꝙ ꝑncipatũ accipe festinauerit: qꝫ ex eo ꝙ eũ insidiaturũ sibi putatur⁹ esset: credẽs: quasi festinaturũ in se redigere ptãtẽ. Et tũc quidẽ in his malis erat tyberi⁹: ex illo euẽtu augurij: qd ei presagũ fuerat: eo ꝙ ei⁹ nepos amisisset impiũ. Unde multũ anxius: se quoqꝫ culpabat: ꝙ illud auguriũ postulasset accipe: ꝛ ꝙ cũ liceret de hac vita merorib⁹ liber abscedere ignoratiõe futuroꝝ: ꝑ snãipius imprudentiã factũ esse: vt cũ infelicitate magna: ꝛ magno dolore discederet.

Tunc tamẽ licet valde turbat⁹: ꝙ impetũ ad quos nollet cernebat esse venturum pugnauit cum animo suo: vt huiusmodi verba loqueret ad gaiũ. O fili inquit cum habeã ꝓpiquiorẽ tyberiũ: tñ tibi ex mea snia deorũqꝫ decreto: impij cõtribuo ptãtem. Rogo autẽ te: vt nihil aduersus aliquẽ recorderis: qui mihi in ꝑncipatu administer extiterit: vel qui mihi beniuolẽtiã exhibuerit aut fauorẽ: ne aliquẽ ledas ꝓpter me: q te ad tantã sblimo magnitudinẽ dignitatis: neqꝫ circa tyberiũ min⁹ aliquid charitatis exhibeas: qꝫ te ꝛ cognatõi debere cognoscis: ꝛ mihi: qui tibi tantorum bonoꝝ auctor existo: vt dignã vicissitudinẽ mee circa te beniuolẽtie reddas: ꝛ simul tyberiũ cures: vt etiã cõsanguinitati quod debes exhibeas: ꝛ munimẽ tibi vel principat⁹ vel salutis acquiras: cum tibi eum feceris adiũctum. Nam solitari⁹ quisqꝫ ampli⁹ patꝫ ꝑiculis maxime cum in tanta rerũ celsitudine als mobilitate quisquã fuerit cõstitut⁹: ad hec quoqꝫ quia nec dij impunitũ quicqꝫ relinquũt: quod cõtra fas aut ius: aut cõtra fed⁹ nature fuerit ꝑpetratũ. Et hec quidẽ tyberi⁹ loquebat. Gaius autẽ ꝛ si ficta locutum tyberiũ senserat: ꝛ ipse longe aliter in animo gerebat: tamẽ ꝓ tempe benigne respõdit: ꝛ facturũ se omnia pollicet. Ceterũ in impium veniẽs: ꝛ tyberiũ extinxit: ꝛ ipse non post multũ tẽpus insidijs interẽptus est. Sed hec postea. Tunc autem tyberi⁹ gaiũ successorẽ in ꝑncipatu ꝓnunciãs: paucis diebus adviuẽs vita defũgit. Tiberij mors

Imperauit aũt dies.iij.mẽses.vi.ãnos.ij.ꝛ xx. Gaius autẽ quart⁹ romanoꝝ effi cit impatoꝛ. At romani audientes tyberij moꝛtẽ:hilares agere ceperunt: pꝛospero letificati nuncio:nõ tamẽ ad credẽdũ:uel exercẽdũ gaudiũ fiduciam gerebant: nõ qa foꝛte nollent:nam multis suis pecunijs cõparare diligerent:illũ nunciũ verũ esse sed timuere:ne si falso nuncio concitati:gaudia sua ꝑderent:ab illo cogniti perirent:ꝙ ei⁹ moꝛte gauderent. Plures quippe ille nobiles romanoꝝ extinxerat. Nã erat impoꝛ tabilis:in ira irreuocabilis:ad quicqd ꝑpetrandũ cupiditas impulisset:ꝛ sine ratõne quoqꝫ iudeoꝝ occisionẽ inueniẽs:in omnib⁹ que faciẽda decernebat asper agrestisqꝫ constabat. Ob hec illi moꝛtẽ eius audiẽtes suam leticiã manifestare verebant̃ In terea marsias agrippe bonũ depoꝛtans nunciũ:cũ in balneo reperisset:iam egrediẽti noto ei signo dato:hebꝛeaqꝫ lingua locut⁹:moꝛtuus est inquit leo. At ille verbũ intel ligens:gaudio cepit extolli. Tibi inquit sup omnia pꝛo hoc etiaꝫ bono nuncio gratie abũdantes reposite sunt:tantũ ut vera sint que dicunt̃ Tũc cẽturio qui agrippe cu stodiẽdo pꝛeerat:intẽdens iam festinationẽ marsie qui aduenerat:ꝙ gaudiũ agrippe qd̃ ex eius verbis illi cõtigerat:ratus nouitatẽ quandã significatã: interrogabat eos quid vellet ille sermo qui fuisset allat⁹. Illi tantisp secretũ auferre trepidabant: sed dum vrgeret:nihil hesitans indicauit agrippa. Iam eni amiciciã magnã induxerat. Ille aũt gaudiũ magnũ ille sermone pꝛecipiẽs ꝙ etiã ꝓsperitatẽ ex hoc agrippe cer nebat cõuiuiũ ponit. Eis epulantib⁹:potuqꝫ indulgentioꝛe ꝓcedente:venit quidam dicens:viuere tyberiũ:ꝛ intra paucos dies in ciuitatẽ vẽturꝫ. Tũc cẽturio aspere val de illo sermone turbat⁹:ꝑpter quod cernebat moꝛte digna que gesserat:ꝙ moꝛte cesa ris audita:cũ illo vincto gaudens cõuiuiũ celebꝛauerit:ex lecto ponit agrippam. Tu inquit fallere festinasti:moꝛtẽ impatoꝛis falso denuncians:sꝫ scito hunc sermonẽ pe na tui capitis expiandũ. Hec dicens:confestim ligari iubet agrippã: ꝛ constringi arcioꝛe custodia. Et nocte quidẽ illa agrippa in malis fuerat cõstitut⁹: sequẽti vͦ die ꝑ omnẽ ciuitatẽ de moꝛte tyberij sermo firmat̃:ꝛ iam iamqꝫ homines illum sermonẽ confidẽter ac publice ꝓferebant. A gaio quoqꝫ destinant̃ epistole:vna quidẽ ad sena tum:moꝛtẽ tyberij nũcians:altera vero ad pisonẽ custodẽ tunc tempoꝛis ciuitatis: in qua iubebat agrippã ex militũ auferri custodia:ꝛ ad domũ transferri in qua pꝛimitus habitabat:anteqꝫ haberet̃ in vinculis:ꝛ ibi tunc iterim erat:in remissioꝛi custodia.

Sed gaius postqꝫ romã venit:tyberij coꝛp⁹ secum adducẽs:iusta ei secundũ moreꝫ patrium opulenter magnificeqꝫ celebꝛauit. Agrippã vͦ cum ipsa die cupet absolue re:antonia ꝓhibuit:nõ odio aliquo circa vinctũ:sꝫ opinioni consulens gaij:ne putare tur moꝛtẽ tyberij gratanter accipe si eum tam celeriter absoluisset:qꝫ ille deuinxerat. Uerũtamẽ nõ multis dieb⁹ ꝑtereuntibus:eum accersiuit in domũ tondiqꝫ ꝑcepit: ꝛ vestibus cultuqꝫ mutato:dyadema capiti eius imposuit ꝛ regẽ ꝯfirma tetrarchie phi lippi:donans ei etiã lisanie alteram tetrarchiã. Pꝛo catena vero ferrea quã gerebat auream ei parẽ pondere cõdonauit. Magistrũ autẽ equitũ in iudea constitutoꝝ ma rillũ destinat. Uerũ scđo anno gaij cesaris agrippa postulat:ut nauigare ꝑmittere tur ad ꝓpꝛia:quo ꝓuinciã sibi cõmissam:ꝛ aliqua necessaria certo dispẽsans modera mine:reuertatur. Et ꝑmittente impatoꝛe:venit in patriã:ꝛ pꝛeter spem omniũ rex ab omnib⁹ cernebat̃ cum magno miraculo ꝛ in hoc cunctis apparebat: quantã habe bat in omnib⁹ foꝛtuna licentiã. Omnes etiã hesitabant cõparantes penuriã hominis in quam tpe pꝛioꝛi deuenerat:ꝛ ꝓsperitatẽ pꝛesentẽ qua fuerat sublimatus. Pleriqꝫ etiã beatificabant hominẽ:ꝙ nõ fuerit defraudat⁹ recupatione foꝛtune. Alij etiã pe ne incredibilia putabant:licet suis intuerent̃ obtutib⁹. Tãtaqꝫ quippe i agrippa rerꝫ mutatio cernebat̃:ut quoꝛũdã mẽtes vterent̃ in dubiũ. Cap.XVI.

Erodias autẽ soꝛoꝛ agrippe q̃ herodi cũcta fuerat:tetrarcha eni erat iste galilee

